


2-5-78



2 400 40



MADE IN SPAIN

67

27918112

Del Collegio de la Comp de S. Juan de S. Juan B. 8754



Nos dō Phelippe por la gracia de Dios Principe de las Asturias, y de Gyrona. &c. Primogenito de los reynos de Castilla, de Aragon, de Leon, de las dos Sicilias. &c. Governador general de los reynos de la corona de Aragon, duque de Montblanch, y señor de la ciudad de Balaguer. Por quanto por parte de vos el venerable, y amado nuestro fray Domingo Pico maestro en sacra theologia vicario y comissario general de los frayles conuētuales, reformados, de la ordē de sanct Frāçisco en la prouincia de Aragon, nos ha sido fecha relación q̄ para vtilidad y prouecho de los fieles christianos: ha uey copilado sobre la sagrada escriptura dos libros, el vno llamado Trilogiū triū quadragenarū, y el otro declamaciones super visionibus apocalipsis beati Ioannis: en lo qual hauey mucho vigilado, y sostenido diuerfos trabajos, y gastos. Supplicando nos que teniendo consideracion a los dichos gastos, vigilias, y trabajos vos hizieremos gracia y merced de dar os licēcia y facultad para que vos, o quien vuestro poder houiere: y no otra psona alguna, podays imprimir y fazer imprimir los dichos libros en todos los dichos reynos de la corona de Aragon: y vender aquellos por el tiempo que fuesse nuestra merced. Y nos acatando lo susodicho y tambien porque los dichos libros han sido reconocidos por personas graues y doctas, y tenemos relacion que son no menos vtils que prouechosos, lo hauey tenido asy por biē. Por ende con tenor de las presentes de nuestra cierta sciēcia auctoridad y potestad real plenissima de que vsamos, damos licencia, permisso, y facultad a vos el dicho fray Domingo Pico, y a quien vuestro poder houiere por tiēpo de quinze años que se cuēten desde el dia de la data desta en adelante para q̄ vos y las dichas personas que el dicho vuestro poder houieren, y no otras algunas podays y puedā imprimir y hazer imprimir en los dichos reynos de la corona de Aragon los dichos dos libros, a saber es el vno llamado trilogiū trium quadragenarum, y el otro declamaciones super visionibus apocalipsis beati Ioannis. Ca nos mādamos por el mismo tenor de las presentes a qualesquier impressores, & otras personas, y subditos de su magestad, so incorrimēto de nuestra ira y indignacion y pena de mil florines de oro de Aragō de los bienes del que lo cōtra rio hiziere irremissiblemēte exhibideros y a los reales cofres aplicaderos y de perdimēto de los libros que cōtra la forma en esta licēcia se imprimierē y vēdieren, y de los moldes de la dicha impressiō: q̄ ellos ni otra persona alguna sin vuestro querer y volūdad expressa no puedā imprimir ni vēder los dichos libros en los dichos reynos dētro del dicho tiēpo de los dichos quinze años. Para execuciō y cumplimiento de lo qual por las mesmas presentes de la dicha cierta sciēcia y real auctoridad mādamos a todos y qualesquier officiales y subditos de su magestad mayores y menores en todos los dichos reynos, y cada vno de aquellos constituydos y constituyderos que a vos, o a quien el dicho vuestro poder houiere, guarden, y oblierven la presente nuestra licencia y todo lo en ella contenido: y no hagan ni permitan que se haga lo contrario en manera algūa sin la gracia de su magestad y nuestra tienen cara: y en la pena susodicha dessean no incurrir. En testimonio de lo qual mandamos hazer las presentes con nuestro sello real comun en el dorso selladas. Datis en la villa de Monçon a. iij. del mes de Octubre del anyo del nascimiento de nuestro señor de Mil, quinientos, quarenta y siete.

To el Principe.

Dominus princeps mandauit mihi Michaeli clementi. &c.

El principe.

Por quāto por parte de vos fray Domingo del Pico Doctor en sancta Theologia, Vicario y comissario general de los frayles conuētuales reformados de la ordē de san Frāçisco, nos ha sido hecha relacion q̄ vos haueys cō puesto dos libros, sobre la sagrada escriptura, el vno intitulado Trilogiū triū quadragenarū, y el otro declamaciones super visionibus apocalipsis beati Ioannis, y nos suplicastes y pedistes: por merced q̄ hauiēdo cōsideracion a lo q̄ en ello haueys trabajado, os diessemos licēcia, y mādassemos que vos o la persona, o personas que vuestro poder houierē, y no otras algunas puedā imprimir ni vēder los dichos libros en los reynos y señorios de Castilla ni traer los a vēder de fuera dellos: o como la nuestra merced fuesse, y por q̄ hauiēdo se visto por nuestro mādado los dichos libros por personas doctas en theologia parecio q̄ erā de buena doctrina, y q̄ de imprimir se, se seguiria vtilidad y prouecho. Por la presente os damos licēcia y facultad, y mādamos que vos o la psona, o personas que vuestro poder houierē para ello y no otras algunas puedā imprimir y vēder y imprimā y vēdan los dichos libros en los reynos y señorios de Castilla por tiēpo de diez años primeros siguiētes que se cuēten desde el dia de la fecha desta mi cedula en adelante so pena que qualquier persona o personas q̄ sin tener vuestro poder para ello los imprimierē o hizierē imprimir, y los vēdieren o hizieren vēder, pierda toda la impressiō que hizierē o vēdieren, y los moldes y aparejos cō que lo hizierē y mas incurra cada vno en pena de cinquēta mil marauedis por cada vez q̄ lo cōtrario hizieren, la qual dicha pena se reparta en esta manera. La tēcia parte para la psona q̄ lo acufare, y la otra tēcia parte para el juez q̄ lo executare, y la otra tēcia parte para nuestra camara y fiscos y mādamos q̄ cada pliego de molde del dicho tractado se venda al precio q̄ por los del nuestro cōsejo fuere tassado, y mandamos a los del dicho nuestro cōsejo, presidētes, y oydores de las nuestras audiēcias, alcaldes, alguaziles de la nuestra casa, corte chāçillerias y a todos los corregidores, escrivātes, gouernadores, merinos, prebostes, y otras justicias y juezes qualesq̄er de los dichos reynos y señorios de castilla q̄ os guardē y cūplā, y hagā guardar y cūplir esta mi cedula y cōtra ella os no vayā ni pāsē ni cōsietā y ni passar por algūa manera, so pena de la nuestra merced y de diez mil marauedis pa la nuestra camara a cada vno que lo contrario hiziere. Hecha en Monçon de Aragon el primero dia del mes de Octubre de. M. D. xlvij. años.

To el Principe.

Por mandado de su alteza. Francisco de Ledesma.

De vniuersalitate ecclesie. Prologium.

REVERENDISSIMO DOMINO

NOBIS ET APOSTOLICAE SEDIS GRATIA EPISCOPO

Tropiē. ac in Hispaniarum regnis. Sanctissimi domini. D. Pauli tertij & apostolice sedis cum potestate legati de latere nuncio, necnon eiusdem sanctissimi

domini nostri papae thesaurario generali, perquam nobili domino

Ioanni a Poggio. frater Dominicus del Pico Aragonensis a Sarinena minoritanus, suo domino obseruan-

dissimo. S. atque incolumitatem. D.



SANCTAM Christi ecclesiam (quam confitemur multitudinem, quae sancta vnitatem, vnius signaculi fidei, & vnius spiritus viuificantis, ac vnius pacis & concordiae laetatur) Reuerendissime presul: catholicam & vniuersalem esse, adeo, vt nec gentem, certum locum, patriam ve, nec determinatum tempus sibi vendicet: quinimo, vt beatus Petrus inquit, sine personarum acceptione omnes qui timent Deum, & iustitiam operantur, amplectatur, fide credimus, & sanctorum patrum testimonijs & epistolis edocemur. Quem catholicum & vniuersalem titulum sibi vedicauit, eo quod generaliter extendens palmitem suos in quolibet loca, & tempora praeterita, praesentia, & futura, secundum feriem successionis nascentium & decedentium continuata, sub vno duce in visibili Deo, in vnitatem religionis semper viguit: atque in breui supernae gratiae fecundata, velut vxor sicut vitis abundans in lateribus domus suae, cum filijs sicut nouellis oliuarum in circuitu mensae eius mater filiorum laeta & stabilis vsque in seculum permanebit. Quod non abs re omnibus persuaderi existimo, si fundamentum & radicem eius vnicuique fideliter liceat perscrutari. Fundamentum dico, Christum Iesum, quem Apostolus dicit apostolorum & prophetarum: quando quidem (secundum Ambrosium) illum Apostoli praedicauerunt, quem prophetae suis temporibus praedixerunt.

¶ Quam obrem Christus Iesus vtriusque testamenti finis, vtriusque populi fundamentum est, vtriusque populis eodem lapide angulari connexis idem caput, redemptis ex eadem captiuitate idem saluator, viuificatis per eundem spiritum eadem vita, atque idem agnus ab origine mundi occisus: cum per sanguinem huius mansuetissimi agni vtriusque liberatio & salus operata est in cordibus iustorum ab initio mundi credentium & expectantium illum. Magna Dei providentia asserit Augustinus factum: Iob beatus, non populi Israelis indigena, neque advena, sed vel ex idumaea gente ducens genus, quintus ab Abraham (vt inquit Origenes) vel ex idumaea ortus post Israel, & ibidem mortuus (vt Augustinus) vel Esau (quem Philo Iudaeus dicit accepisse Dinam filiam Iacob in vxorem) vt Hieronymus) gratiam fidei & charitatis in fusam a Deo acciperet: vt ex vno hoc sciremus alias gentes esse potuisse, quae secundum Deum viuentes, pertinerent ad societatem spiritualem Israel & ad semen Abraham (non carnaliter, sed vt inquit apostolus, spiritua-liter intellectum) ad quod pertinent omnes qui aut habent, aut habuerunt fidem Abraham in vnum saluatorem, quos Deus vocare & illuminare dignabatur: non solum coagulando illos Iudaeorum populo per circuncisionis signaculum, sed inferendo illos ecclesiae Iudaeorum per fidem vbi placuit. Sicut potuit absque visibili illo sacramento vt ad omnes efficaciter ecclesiae latitudo attingeret, fortiter quo ad illos, & suauiter quo ad istos, & sic catholica & vniuersalis diceretur, & esset.

¶ Quae quamuis a principio eius paruula esset, nec habens hubera, successu tamen temporis adeo creuit, vt telte popheta, in omnem terram exiret sonus eius, & in fines terrae eius procederent & audirentur verba. Sicut enim corpus humanum suas habet temporum aetates, vicissitudines, suaque augmenta tam secundum membrorum quantitatem, quam secundum sensuum & discretionis incrementa: suis in super

Decremento ecclesiae. Prologium.

vescitur cibis, nunc istis, nunc illis, nunc lacte, nunc solido cibo: ita ecclesia (quae unicum corpus Christi in
i. cor. xii. sticum est secundum Apostolum) sua habet tempora, suas aetates, & aetatum accessus, suaque incremen-
Psalms. ta, & status. Ante legem autem modica erat, sub lege vero aucta est. Sub euangelio namque tanquam arc-
cxviii na maris (teste propheta) in omnes gentes multiplicata. In cuius initio sua incrementa, suas habuit leges,
Ambro. sua etiam alimenta, modos etiam viuendi illi primitiuae ecclesiae conuenientes: qui nunc forsitan non sic
Actuum obseruari conuenirent. nam (vt inquit Ambrosius in commentarijs epistolae ad Ephesios) inter initia ec-
viii. clesiae omnes docebant, omnes baptizabant de clero: quibus euntque diebus, & locis, & temporibus fuisset
 occasio. Nec enim Philippus tempus quaesuit aut diem, quo Eunuchum regine Candacis baptizaret.
 Adhuc etiam praeter septem diaconos nullus fuerat ordinatus. Vt ergo cresceret ecclesia, omnibus de
 clero inter eius initia concessum est & euangelizare, & baptizare, & sanctas scripturas in Dei ecclesia ex-
 planare & interpretari. At vero ubi omnia loca circumplexa est ecclesia, ex tunc constituta sunt conuen-
 ticula, & rectores, & officia in ea sunt subordinata: vt nullus de clero, qui ordinatus non esset, auderet praes-
 umere officium, quod sibi sciret non esse creditum vel concessum. ¶ Sic inter initia fidei, omnibus qui
 ex Iudaeis credebant viris ac mulieribus, erant omnia communia: & ante pedes Apostolorum posita di-
 uidebant vniciueque, prout opus erat. Cuius ratio esse poterat, quia in illis primitijs gentium, ex quibus fa-
 cta est prima ecclesia Hierosolymitana, tam erant capaces spiritus sancti (vt inquit Augustinus libro tertio
August. de doctrina christiana) vt omnia venderent, eorumque precium indigentibus ante pedes Apostolorum
 poneret distribuenda, seseque totos Deo dicarent. non tamen in abrenunciatione huiusmodi pares fue-
 runt apostolis, qui animo, & affectu, & abdicatione omnimoda omnia reliquerunt. ¶ Deinde exactibus
 Apostolorum legimus, plures christianos iam habuisse proprias possessiones & domos, vt Simon coria-
 rius, apud quem per multos dies morabatur beatus Petrus. Sic Tabitha discipula plena operibus & elec-
 tione. Sic Cornelius Centurio. Sic tandem Philippus euangelista. Isti autem iam non ponebant praes-
 dia & possessiones, nec praecium eorum ante pedes apostolorum (vt primi fecerunt). Apostoli etiam non
 imponebant baptizatis vt possessiones venderent, sed tantum vt poeniterent, & baptizarentur, & cre-
 derent Euangelio. Paulus autem Timotheo non dixit, praecipe diuitibus vendere omnia: sed praecipe al-
 ta non sapere. ¶ Secundum igitur alium & alium ecclesiae statum, alias leges & consuetudines fuisse, nemo
 ambigit. Nam alias leges & ritus ecclesia vetus olim habuit, alias nunc lex noua. Ecclesia illius legis, indige-
 bat Sacramentis significatibus seu promittentibus: nunc vero noua, opus habet sacramentis, quae sunt re-
 rum significatarum & exhibitarum testimonia: veruntamen semper vnica & vniuersalis ecclesia. Sic Chri-
 sto corporaliter viuente cum ecclesia sua, non opus erat generalem vicarium & praelatum instituire. At
 vero cum secundum corporalem conuersionem abcessurus esset ex hoc mundo ad patrem, vt schis-
 matis tolleretur occasio, expediebat eidem ecclesiae visibilem toti ecclesiae praefectum habere: vnica tamen
 semper vniuersalis ecclesia. Tandem alius erat Romanae ecclesiae status sub Petro, quando astiterunt re-
 ges terrae, & Romanorum principes, & imperatores saeuientes aduersus dominum & aduersus Christum
 eius. Alius nunc, cum reges terrae eruditi suscipiunt, intelligunt, & venerantur dominum Iesum & Chri-
 stus eius. eadem tamen semper vnica & vniuersalis ecclesia. ¶ Satis igitur iuste (Reuerendissime praes-
 sul) credimus sanctam matrem ecclesiam catholicam & vniuersalem esse. Illam enim, quae ab initio mun-
 di incoepit, & a Christo in apostolis fundata coepit crescere ab Hierusalem in omnes gentes vsque in hanc
 diem durans: cuius fides, & cathedra seu doctrina, & potestas ecclesiastica (id est) ius seu facultas dimit-
 tendi, aut retinendi peccata: ligandi, & soluendi: baptizandi, docendi, & interpretandi scripturas: deriuat-
Luc. xxii. tur a Christo in apostolos (quibus & sensus aperuit, vt easdem intelligerent) & illas per traducem succe-
 dentium sibi inuicem ecclesiarum & episcoporum durans vsque ad praesens tempus. Similiter eandem cre-
 uisse per tempora, secundum suas successiones: illam vsque ad consummationem saeculi duraturam, ex te-
Ioan. xii. stimonio Christi nemo ambigit. Christo eius fundamento in aeternum manente.
 ¶ Huius ecclesiae clementum, licet in appaerentia, & secundum superficiale intelligentiam aliquibus ap-
 pareat minui: cum cernamus huius nostri temporis ecclesiam, Romano pontifici subiectam, non ita dila-
 tatam: imo quasi in mundi angulo. s. Europae coangustatam remanere: tamen non ita superficialiter in-
 telligendum est. Quoniam ex sacris scripturis, nec ex doctrina Augustini, aut aliorum patrum deducitur,
 ecclesiam catholicam vsque ad consummationem saeculi ita crescere, vt credentium numerus in hoc se-

Decremento ecclesiae. Prologium.

culo peregrinantium in dies maior fiat: quamuis ex vtroque testamento constet, ecclesiam Christi esse
 tanquam vineam, cui quotidie noui palmites ex gentibus, vsque in finem saeculi accrescunt, huncque secu-
 li finem non esse futurum, donec salutis euangelium in omnibus gentibus praedicatum sit. Similiter praes-
 sentem ecclesiam esse spiritualem Hierusalem, & spiritualem sion: de cuius semine & filijs legitur in scriptu-
Matth. ris nunc quod pauci sunt, nunc quod multi. Nec haec inter se pugnant. Na idem numerus in relatione ad di-
xxxiii. uersa, paucus est & multus. Pauci quidem intelliguntur fideles, facta comparatione ad vniuersum genus
 infidelium per vniuersum orbem degentium. quemadmodum Saluator inquit. Arcta est via quae ducit
Mat. viii ad vitam, & pauci sunt qui ambulant per eam. Plures autem sunt qui pereunt, quam qui salui fiunt, quia
 multi ambulant in perditionis via, quae ex testimonio Christi lata & spaciofa est. Rursus idem, fideles mul-
 ti sunt comparatione Iudaeorum, quia plures, filij desertae magis, quam quae habet virum. Vbi propheta
Esa. liiii. multitudinem filiorum ecclesiae gentium futuram praenunciat esse maiorem, quam tunc erat synagoga
 multitudo. ¶ Non igitur latitudinem ecclesiae, eiusque vniuersalitem sic accipiendam putamus, vt to-
 tum orbem actualiter secundum aliquam temporis mensuram sit complexura: sed cum ipsa sit secun-
 dum spiritum, sic palmites suos in omnibus gentibus extendere debere, & in omni loco, in omni regno se-
 cundum aliquam sui partem sunt adoraturi ipsum Christum. Quod sic ad praesens se habere, facile esset
 deducere. Et ita omnes auctoritates scripturae, quae quandam vniuersalitem dicunt, satis congrue videntur
 exponere catholici doctores, vt illam, Omnes gentes seruient tibi. Et in Genesi, in semine tuo bene-
 dicentur omnes gentes. illud. Omnes gentes quascunque fecisti venient, & adorabunt nomen tuum. Et
 illud. Dominabitur a mari vsque ad mare, & a flumine vsque ad terminos orbis terrarum, & similes. Ista
 igitur vniuersalitas non est, vt singulae gentium sint crediturae alioquin (quomodo stabit dictum Saluatoris
 . Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum) sed quod omnes gentes, id est, nationes gen-
 tium, secundum aliquam sui partem & credent in Christum, & adorabunt eum, adeo (vt nostri schola-
Psalms. stici dicunt) vt sit distributio pro generibus singulorum, non autem pro singulis generum. Si autem curio-
lxxii. se quis cupiat omnimodam vniuersalitem ibi intelligi, accipiat de adoratione subiectionis, qua omnes
Gen. xxii homines in die iudicij Christo erunt subiecti, siue voluntarij iniustitia & gloria, siue coacti in pena: Prima
Psalms. autem intelligentia magis proposito conuenit.
xxxv. ¶ Huius super benedictae ecclesiae stabilitatem & firmitudinem (glorioso praesul) perpendere possumus,
 si causam ipsius intrinsecam perscrutari velimus. Nam & si ex scriptura habeamus, omnes apostolos acce-
 pisse a Christo post resurrectionem parem potestatem cum Petro, scilicet docendi & testificandi salutis
Marci vi Euangelium, iuxta id. Euntes in vniuersum mundum, praedicate Euangelium. &c. Et remittendi peccata.
timo. Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis. &c. Sic sacrum conferre baptismum, ibidem, dicens, bap-
Ioan. xx. tizantes eos. &c. Tamen transiturus ex hoc mundo ad patrem, vt vnitatem ecclesiae (vt Hieronymus in-
Marci vi quit) significaret, ac obuiaret occasione schismatis, praefecit Petrum vniuersalis ecclesiae pastorem in tri-
timo. plici illo amoris & charitatis passu, videlicet doctrinae, exempli, & subsidij. Vnde concessa in die sancto pas-
Ioan. xxi. chae omnibus aequali potestate, post dies octo apparsit ei coram apostolis & discipulis quibusdam, dedit
Mat. x. clauas, quas ante passionem promiserat se daturum. Quam principalitatem super caeteros Matthaeus etiam
 gelista, describens apostolorum numerum, subtiliter tetigit dicens sic. Duodecim autem apostolorum no-
 mina haec sunt. Primus, Simon qui dicitur Petrus. &c. Hoc autem non potest intelligi de primitate tem-
 poris aut vocationis, quoniam Andreas eius frater hanc habuit primatatem, vt patet Ioannis primo. er-
Ioan. i. go intelligenda venit de praelationis seu perfectionis primatate, atque potestatis auctoritate. haec enim An-
Ambro. brosijs sententia super capite. xij. Epistolae ad Galatas comprobatur. Similiter ex collatione praecipit frater
Mat. viii nae correctionis clare liquet, vbi dicitur, quod respiciens Iesus in discipulos dixit Simon Petre, si peccaueris
 ritin te frater tuus, &c. Per illum enim respectum ad omnes, omnium innuere obligationem nulli du-
 bium est: quia illos respicit, quos vult ad praecceptum obligare. Veruntamen verborum ad Simonem Pe-
 trum directio, principalitatem capitist tetigit, quando quidem generalia praeccepta fidelium a capite in cae-
Psalms. tera membra debent deriuari. Sicut vnguentum, quod a capite descendit in barbam Aaron (id est) ca-
xxxii. pitis, & deinde in oram vestimenti eius (id est) ecclesiae quae Christum induit. Hinc interroganti Petro,
 vt iam praefecto quo ad hoc (ibidem) Si peccauerit in me frater meus quoties remittam ei? &c. Respon-
 sum est, non dico tibi septies, &c. Quia & si sit generalis indulgentia omnium membrorum ecclesiae: ta-

De stabilitate ecclesie. Prologium.

in directa fuit in Petrum, caput, in quo principaliter residet. ¶ Hinc libeat considerare (Reuerendissime pontifex) huius pontificis summi Petri firmitatem in hoc, quod caput huius ecclesie à Christo constituitur. Quoniam & si ecclesie stabilimentum in Christo capite primario resideat, & ab illo sit, tamen miramodo, & nobis inscrutabili, velut in capite secundario ecclesie residet in Petro & ab ipso habetur. Cuius ratio est, Quia Christus est ecclesie fundamentum, quod propria sua virtute ædificium & compagem ecclesie membrorum continet, quod ex se ecclesiam firmam & immobilem facit, & incrementum præstat.

i. Cor. iii. De quo apostolus, inquit, fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, Christus Iesus. Nihilominus Petrus constitutus Christi vicarius fundamentum est: quod ex virtute pascendi à Christo accepta, ecclesiam catholicam tenuit immobilem. Hoc Cyprianus, Chrysostomus, Hieronymus, & cæteri patres nobis docuerunt. Nectam stupidi intellectu censendū sunt: ut Petrum intelligant tale caput, taleque fundamentum quale Christus, qui sua virtute continens totius ædificij onus: intus operans robor, & incrementum, facit ecclesiam inter blandimenta, & irritamenta huius seculi esse stabilem & firmam. Ideo sancti patres exactissime discutientes sacras literas, ex eisdem considerant esse manifestissimum: huiusmodi officia, quæ sunt potestate propria Christo, participatione quadam esse communia Petro, cæterisque apostolis, quasi dijs quibusdā (teste propheta) eleuatis in terra, & Petro attributa, quasi deorum principi, ut Hieronymi extat sententia. ¶ Nec diuinæ derogare potestati, nec iniuriam fieri Christo vero fundamento, ecclesieque vero & soli pastori, & capiti censemus in hoc, quod dicatur ecclesiam suam ædificasse supra Petrum: dum à se deriuata potestate, in Petrum voluit suam nouam in corpore ecclesiam. Quod mirabile secretum intelligere oportet: quoniam non dixit, super te ædificabo ecclesiam meam, nec dixit, super petram ædificabo ecclesiam meam: sed inquit, ecclesiam ædificaturum super petram, inquit, super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Per hoc significare volens: alium esse, qui ædificat: & aliud super quod ædificatur: & ita se esse fundatorem, Petrum autem fundamentum. Christus ergo ædificauit ecclesiam super se, & super Petrum. Super se quidem: quia ipse est, cuius virtute & merito ecclesia iustorum inter tot & tantas persecutiones manet immobilis. Super Petrum vero, dum ipse ex hoc mundo transiturus, ut schismatis vitaretur occasio: (quod ex vnitae vitatur) præfecit illum vniuersali ecclesie: constituens illum generalem suum vicarium, per cuius ministerium deriuarentur, seu dispensarentur gratiarum munera inter cæteros ecclesie pastores: & ita in eis vnitae ecclesie præfulgeret, & permaneret.

¶ Hanc stabilitatem & immobilitatem ecclesie in vnitae fundatam (præstantissime pastor) vsque ad consummationem seculi duraturam, nec aliquo huius peregrinationis tempore defuturam, promisit Christus toti ecclesie congregatæ: dum perhibens sibi datam esse potestatem in caelo & in terra, ac mittens illos docere omnes gentes, inquit, vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. Et clarus dicens, Satanæ expetuit, ut cibraret vos sicut triticum: ego autem rogavi pro te Petre ut non deficiat fides tua. In qua quidem promissione operæ precium erit considerare ex eisdem scripturis hoc indubitanter & firmiter tenendum: Christum & fidem Petri nunquam ab ecclesia defuturam, nec ab episcopatu & cathedra Petri vsque ad consummationem seculi deficere. ¶ Verum quantæ firmitatis & stabilitatis, sit illud caput, à quo, in quo, & in cuius sede nunquam Christi fides defutura est, ex subtili & catholica intelligentia illius orationis & promissionis Christi clarum euadet. Quod Christi verbum: patrem rogantis pro Petro, triplicem potest habere intelligentiam. ¶ Primam quidem, ut nunquam deficiat fides Christi nec à persona, nec à corde pontificis, qui vicaria ordinatione succedit. Quod videtur esse extra intentionem Christi. Neque enim videtur saluator huiusmodi verbis voluisse Petro, omnibusque eius successoribus promittere in perseverantia fidei ita esse prædestinatos. Si quidem & Petrus post illa verba ad tempus defecit à fide, sicut & apostoli cæteri, quem defectum in eis Christus post resurrectionem exprobrauit, atque illorum incredulitatem & cordis duritiam, quia ijs qui viderant eum à mortuis surrexisse, non crediderunt. Imo illis & testimonia angelorum ac sanctarum mulierum tanquam deliramenta visa fuerunt. Et quod post acceptum spiritum sanctum non defecit à fide, hoc non erat privilegium speciale Petro, sed commune omnibus apostolis, pro quibus & Christus rogauit, dicens, Pater sancte, serua eos quos dedisti mihi. & nemo ex eis perijt, nisi filius perditionis. Nec ex hoc oportet credere de alijs Petri successoribus, qui neque ita sunt in fide confirmati, ut Petrus, neque tales habuerunt à Christo promissio-

De stabilitate ecclesie romanæ. Prilogium.

fiones. ¶ Alteram autem intelligentiam habere asserimus, ut fides nunquam à generali cathedra & sede ab vniuersali ecclesia, seu vniuersali Petri vsque ad consummationem seculi deficere. Et hanc fide tenendam clarum est, propter saluatoris verbum supra allegatum, scilicet vobiscum sum. &c. Et illud, super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Portas autem inferi vocat hæreses, perfidiam, atque infidelitatem, ut communis patrum extat expositio.

¶ Ad has insuper intelligentias additur tertia, cui etiam sanctorum patrum expositiones & dicta consentiunt, videlicet, ut non deficiat fides vnquam à propria sede & diocesi, quæ Petrus peculiariter pascendam, dirigendam, & gubernandam suscepit: utique romanam, quæ certis limitibus ab alijs distincta est. Hunc autem intellectum esse, probatissimi patres sacre scripturæ interpretes, ut Cyprianus, Hieronymus, Augustinus, Bernardus, & alij ex verbis ipsius Christi elicerunt. ¶ Bernardus contra errores Petri abiliardi in epistola ad Innocentium papam, dicit sic. Oportet, inquit, ad vestrum apostolatū referri pericula quæ quæ & scadala in regno Dei: ea præsertim: quæ de fide contingunt. Dignum namque arbitror ibi potissimum resarcire damna fidei, ubi non possit fides sentire defectum, Cui enim alteri sedi aliquando dictum est: ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua? Hæc tibi Bernardus, ubi de fide Petri in sede eius ut distincta ab alijs exponit. ¶ Cyprianus in epistola ad Cornelium papam, inquit, Petri cathedræ esse principalem vnde vniuersa sacerdotalis est exorta, illamque esse ecclesiam romanorum, quorum fides apostolico ore laudatur, ad quos non possit perfidia habere accessum. Hæc ille, Clarum dicit perfidiam non posse habere accessum ad cathedram Petri, nec ad ecclesiam romanorum, quorum fides est apostolico ore laudata. ¶ Hieronymus aduersus Rufinum inquit, Romana fides apostolico ore laudata, non recipit contra fidem vllas prestigias etiam si aliter angelus nunciet, quam semel predicatum est. ¶ Idem. Romana ecclesia nullam hæresim fouit vnquam. ¶ Idem. sancta Romana ecclesia semper immaculata permansit, & domino disponente, & beato Petro apostolo opem ferente, in futuro manebit. ¶ Idem habetur ex Augustino in epistola ad generosum. ¶ Idem habetur ex antiquissimo Ireneo in libro tertio aduersus Valentinum. ¶ Fides ergo (Clementissimi præsul) & cathedra Petri, eiusque sedes, clauis regni caelorum, potestas ligandi & soluendi, à diocesi romana inseparabiles esse (garriant hæretici moderni) non temere, sed pia fide cum patribus nostris prædecessoribus credimus. Et quod Deo providente, & beato Petro opem ferente, romanum episcopatum totum nunquam à fide deficere: quem ipse beatus Petrus suo sanguine & martirio cōsecrauit, cum coadiutore & coapostolo Paulo beatissimo. Potissimum cum viderimus ab initio ad hæc vsque tempora in tot & tantis tyrannorum persecutionibus eandem Romanam diocesim nec atramite apostolicæ traditionis vnquam errasse docendo, nec hæreticis nouitatibus succubuisse credendo: sed antiquam fidei regulam secundum apostolorum traditionem semper firmiter tenuisse. ¶ Nec turbari debet quis (ut separetur à cathedra alicuius pontificis) si quem videat forsitan male viuere, & avarum, aut ambitiosum, ac superbum esse. Siquidem tales videbant suis seculis Cyprianus, Hieronymus, Augustinus, non idcirco separabāt se ab vniuersi aut ab alterius cathedra. Bernardus namque suo seculo videbat romanum clerum magna ex parte vanum ambitiosum, moribusque corruptum. Sed non ideo prætermisit docere veritatem contra sui seculi hæreticos, qui contemnebant, catholicam sedem, seu pastorem dignitatem in vicario Christi & successore Petri. Nam aliud est contemnere pastorem dignitatem, & potestatem, aliud corruptam vitam hominis sedētis in cathedra. In illa enim non vita, sed spiritus sancti dona & ministeria (per quæ Christus operatur etiam in malis episcopis) sunt honoranda. Quoniam si potestatis personam quis curiose considerare velit, quid inueniet, nisi illum similem nobis, adæ filium, multum repletum miserijs, tentationibus, & carnis tribulationibus, & huiusmodi subiectum esse? Imo vnum de numero illorum, quales apostolus describit, circumdatos infirmitate? Nihilominus tāquam seniore non increpare episcopum, sed ut patrem rogare & venerari oportere, hortatur: illiusque pudenda (si quæ viderimus) abscondere, timentes nobismet ipsi maledictionem æternam cum filiis Cham, qui verenda patris sui Noe suis fratribus nudata esse indicauit.

¶ Ortum est (prælatorum optime) nostro infelicissimo seculo impudentissimum hominum genus, qui non modo huius seculi patres & pontifices, sed & totam venerandam sanctorum patrum antiquitatem defædere, & lacerare conantur: qui (iuxta comici sententiam) nisi quod ipsi dicunt, nihil rectum putant. Qui etiam silentio prætereuntes eorundem patrum laudabilis vitæ sanctorum moniam, ad oculos adolecentium ponunt totius præteritæ ætatis errata, etiam mendacijs quibusdam & figmentis ampliata: non ad cau-

Conclusio prologii.

telam posterorum, sed in contemptum prædecessorum. in quos tanquam in specula quædam sanctimoniam, recteque viuendi normas, totam posteritatem spectare decuit. ¶ Hinc necessum fuit, vt sancta eadem romana ecclesia pro huiusmodi cathedræ tanta autoritate fufultæ conseruatione & stabilitate: vt per orbis terrarum Dioceses prouideret episcopos, vita probatos, & autoritate preditos: vt contra huiusmodi ecclesiæ & cathedræ, ac sanctorum patrum doctrinæ & sanctimoniam inimicos & dilatores, & pontificalis dignitatis detractores, eiusdem sedis authoritate & inquireret inueniendos, & inuentos poenis de merito iuste afficerent: vel ad viam veritatis & charitatis cum humilitate redire ad Deum cõpellant. ¶ Hinc etiam prouide factum censemus, vt eadem sancta sedes apostolica in eisdem diocesis & prouincijs legatos autoritate maxima pollentes consuevit destinare & instituere: qui pro huiusmodi cathedræ robore & munimine eius res apud reges & principes strenue agant: & siquid contra eam insurgit, mox fideliter nuncient, & charismatum spiritualium dona fidelibus iuxta sibi concessam facultatem copiosius impartiantur. Inter quas foelicem Hispaniam esse omnes vtriusque sexus fideles gaudent. Cuius sortem (spiritu sancto disponente) aduenit, vt cura, ac sedis Romanæ defensio (Cæsare nostro instante) tuæ Reuerendissimæ prudentiæ commissa sit. Quod magna Dei prouidentia factum credimus, vt illum quem in minoribus profectum euectum constitueret: citra meritum præstantiæ tuæ, citraque pontificis maximi liberalitatem & magnificentiam omnes æstimamus. Hinc merito collaudamus Cæsaream maiestatem, quæ sicut hierarcham ecclesiæ supremum intellexit, tibi veluti prudentissimo fidelissimoque à latere legato res ecclesiæ comissit: Sic pro pace regum christianorum, pro cultu diuino augerido, proque ecclesiæ reformatione, aliisque secretis multæ importantiæ negocijs tractandis, cum beatissimo Paulo pontifice maximo, vt in aquis mortuis se viserent, colloquerenturque, te vnicum accommodatissimum nuncium, ac sui secreti colloquij mediatorem destinauit. ¶ Tui igitur officij (Reuerendissime preful) tam prouide comissi (vt præfertur) erit: sicut eiusdem ecclesiæ fidei desertores, quoad poteris ab errore & perfidia virga directionis (quæ regni Christi est) vt reuocentur procurare: Sic eos qui in fide christiana fuerunt imbuti, & qui pietate permoti ad fidei morumque instructionem aut concionantur aut scribunt, charitate amplecti, illisque præsidio & munimento esse.

¶ Hæc inquam (Reuerendissime antistes) in causa fuit, quare hanc primam trilogij nostri partem (quæ hominis elongati in regionem longinquam peccati ad Deum conuersionem ex parabola saluatoris, Luca. xv. tractat) tuo splendori dicauit. Quod si gratum (vt spero) apud tuam dominationem reuerendissimam intellexero, duas alias quadragenas: alteram (quæ de eiusdem hominis ad deum iam cõuerli in opere merito, exercitatione ex Exodo de sumpta proloquitur) aliam (quæ de eiusdem hominis proficientis exercitati in merito sacrificijs Deo offerendis ex leuitico accepta definit) adhuc in nostro serinio latentes, vt in lucem pro fidelium profectu & utilitate prodeant, diligentia qua potero nitari. Vale domus Poggianæ speculum, Italicæ flos, religionis sectator, ac totius virtutis & honestatis exemplar fulgentissimum. Ex coenobio nostro sancti Francisci Cæsaraugustæ. calendis Augusti. anni. M. D. xlvij.

Epistola.

Michael maius regnorum Aragonum vice

CANCELLARIVS, ET CAESARIS CONSILIARIVS.

Admodum reuerendo eximioque theologo Dominico del Pico, ordinis minorum totius Aragonensis prouinciae præfeto. Eidemque patri obseruandissimo. S. P. D.



PVS QVOD FVNICVLVM APOLOGETI- cum inscriperas, ac epistolam e regione prefixam quam illustrissimo & reuerendissimo cardinali Toletano nuncupaueras, diligenter eidem obtulimus: religiosissime pater. Qui quum eam alacri animo suscepisset, statim pollicitus est. se: vt desertorum ex amē subiret, elaboraturū. Non dubiū est, quin id quod promiserat, re ipsa prestisset, modo longiorē vitam agere licuisset. Ego vero vbi eum vita functum intellexi, alexo fontane, qui mihi a secretis erat, operis seruandi curam tradidi: quod equidem quum in manus venerit, ad te mittendum curabo. Primam Trilogij partem, in qua de ordinaria peccatoris conuersione agitur, vna & epistolam nuncupatoriam accepimus: sed quanta animorum voluptate, id integerrimus & iuris callentissimus Mattheus sorribes vnus ex regentibus nostri consilij (qui tunc simul aderat) suis literis tibi significabit. Equum enim erat, vt quemadmodū vterque tue amplitudini semper deditissimi fuimus, ita nunc tuorum operum tum gloria, tum lectione letamur. Quod scribis, non modo docendo, sed exortando etiam, quid hoc munus gerentes deceat: ingentes tibi meorum criminum auditori sacro habeo gratias. Nam quo onus humeris grauius, & viribus meis longe superius, ac impar esse cognosco: & plurimum negociorum inundatione concussus: eo maiori consilio, & ope, non solum spirituali (quum iuxta Iacobi sententiam. Multum valeat deprecatio iusti assidua.) Sed etiam doctrine suffragio (que rebus gerendis mentem informet) me plurimum indigere fateor: presertim eorum, qui teste Propheta, ad iustitiā erudiunt multos, & quasi stelle in firmamento herēt. Quamobrem obseruandissime pater, te quantum possum, deprecor: quum non dubitem apud Deum pro me infirmo preces effundere assiduas: vt patrocino tuarum literarum, tuis que consiliis saluberrimis charitate diuina fruitis (qua depta) (vt refert Augustinus, nec virtutes ipsas quibus recte viuitur, cõsequi possumus) hæc meam miseram vitam dirigas, sicuti rebus stimulas: quo duce, ad felicitatem eternā nobis peruenire liceat. Tanta negociorum forensium occupatione obruebar, quum Trilogium tuum mihi redditū est, vt nullum per legendi ocium fuerit. Castillo Salmanticensi, qui tunc forte curiam frequentabat, viro theologie peritissimo, Concionatori exercitatisimo, Tibi etiam amicissimo per legendum misimus, quem rogavi, sententiam suam de hac re mihi paucis aperiret. Qui quantum opus laudavit, & quantum parabole expositionem, acutam, & compendariam verbis extulerit, profecto literis ipse exprimere non possem. Addebat quosdam professores teutonicos argumentum hoc tractandum suscepisse, sed nimia breuitate, neque eo modo quo res exigebat exposuisse. Aiebat preterea hoc vno se maxime mirari: ne tantillum quidem sine interpretatione relictum fuisse, ac ita expositum, vt nihil attingeretur, quod in recessu peccatoris adeo, accidere posset, cuius ratio non redderetur exacte: nec quicquam in reditu eiusdem ad ipsum Deum necessarium fuisse, cuius causa non protinus exponeretur: id ita, vt ne latum quidem vnguem a Christi sententia parabole interpretatio discesserit. Sub hec singulari quodam encomio efferebat, summam earum

Epistola.

Verum, que ad salutem animorum faciunt, te exactam, & utilem iuxta theologorum sententiam collegisse tanto ingenii acumine, ut que in schola disputatione agerentur, vix disputationem ipsam admittentia, tum ea tum verbis aptis, Tum exemplis illustrata, contionatoribus communi feceris: ut vel rudis in medium simplici populo proferre audeat. Hoc pre ceteris omnibus, supra modum sibi placere asseverabat: Evangelia que singulis diebus occurrerent, eo vinculo sua queque contione coniuncta, ac verbis explicata fuisse, ut tam literalis quam mystica interpretatio nihil aliud, quam argumentorum contionis confirmatio quedam videretur. Tandem bonus ille vir me magnopere obsecrauit, ut utriusque nomine ad te scriberem, ac instarem, ne villo modo opus reipublice christiane tam utile, celestis philosophie dispensatoribus tam frugiferum, peccatoribus tam necessarium, typographis bonis auspitiis tradere, ac in lucem emittere cessares. His igitur nostris literis a te petimus obnixè, immo si decet, efflagitamus: quum primum licuerit, rem hanc expedias: neque res vlla quàm unlibet scria tibi sit impedimèto, quominus tam ingens utilitas nobis sit preclusa, ausim sponsonem facere, nihil eque ad futuram beatitudinem tibi conducere, ac huius operis editionem. Vale ex vrbe matrilensi, in hac vniuersi laboris curia, vltima Septembris.

M. D. XLV.

Scriba doctus in regno coelorum.

QVI PROFERT DE THESAURO SVO,
noua & vetera. Matthæi. xij. cap.



¶ D. PETRI VALLESII PRESBYTERI ARTIVM
magistri Aragonensis à Sariñena carmen Pici
figuram exponens.

QUæ miram fixos oculos intèdis in herbam?
Vtraq; cur tantum te fera picia iuuat?
Quid tecum reputas? cur me circumpicis vnum?
Qui sim? quo dicar nomine factus auis?
Desine: quod dubitas, soluam: quo nomine, dicā:
Dicam, cur rostro gesta sit herba mea.
¶ Martius est Picus, quondam saturnia proles,
Aëra sed præceps nunc mea penna fecat.
Arboribus longas magnis induco cauernas,
Vnguibus impositis fedulitate meis.
Si quilibet nido clauos adunxerit actos,
Arboris hæc magno concutit herba sono.

Protinus, ore gerens rathis in federo postquam,
Exiliunt nido ferrea clausa meo.
¶ Effigie nostra magnum tu collige Picum,
Et tibi sit linguæ lucidus herba typus.
Hæc fera sub pedibus veteris mysteria clausa,
Et gerit hæc legis munera magna nouæ.
Has aperit, soluit, perfringit maxima Pici
Lingua, viri cuius nomen ad astra volat.
Clausa, seris reserat Picus mysteria rostro,
Clara dein prompta dexteritate facit.
Quid stas? quid magnum cessas euoluere librum?
Hoc placidus populo credito doctor eris.

Ad studiosum lectorem præfatio.



Matthæi
xiii.

Urbam (cui loquutus est dominus Christus Iesus) non vnus sententiæ, sed diuersarum in singulis fuisse etiam voluntatum, per facile ex sacris Euangelijs colligere possumus. Ideo ad illam in multis & diuersis parabolis: (vt iuxta voluntates diuersas, diuersas etiã reciperent disciplinas: & quisq; ex rebus, quæ versantur in corde suo, posset ad intelligentiam regni Dei, & poenitentia ab omni errore in quo esset reuocari) loquutus est. Hæc omnia, inquit beatus Matthæus, Loquutus est Iesus in parabolis ad turbas, & sine parabolis non loquebatur eis. Ideo consideranti mihi quid in ipsa futura quadagesima, quam in regio isto Christi pauperum hospitali Cæsaraugustæ ex imposto onere & officio populo Dei vtiliter declamare valerem, parabola Euangelica à saluatore nostro

Luc. xv. misericordiam Dei patris erga filium per peccatum degeneratum extollens, *Lucæ. xv. cap.* eisdem turbis proposita, in manus venit. In qua (ni fallor) totius hominis à Deo patre se per peccatum separantis progressus, eiusdemque iam in peccati regione longinqua positi, seipsum reducendi (dignante gratia Dei, diuinaque motione) norma & modus tam subtiliter quam amplissime ponitur. ¶ Et quam opportune (Deo optimo id agente) se obtulerit, ex euentu coniectari potuit. Quando quidem, vt à fide dignis accipi, & ex frequentia auditorum illorumq; numero & qualitate colligi potuit, materia fuit admodum grata, & vtilitati fidelium satis congrua: vt ex contextura & ordine contionum facile est videre. In qua satis profundè & compendiosè tractatur subtilis & declamatoria interpretatio illius parabolæ de filio prodigo. *Lucæ. xv. cap.* ¶ Cuius sicut & alterius parabolæ (quia obliquè, & figurato modo, rerum quarundam naturam manifestare est) & ideo non necessarium esset (vt inquit Chrysostomus) cõcionatorem & interpretem theologum nimia cura in singulis parabolarum verbis anxium esse: neque ea que in illis sunt secundum totum, quod dicitur, inuestigare: sicut in scripturis veteris legis, hi qui typum gerunt Christi vt Iob, Sanson, Dauid, Salomon, non in omnibus, sed in certis quibusdam gestis personam significant saluatoris. Verum tamen quia in qualibet huius parabolæ parte & verbis, suum particulare mysterium secundum autoris sacræ scripturæ spiritus sancti intentionem multum expediens, & ad conuersionem perfectam peccatoris ad Deum significandam, continetur: ideo omnes illius parabolæ particulas, & verba, cum Dei adiutorio, iuxta successum sermonum & materiarum illam in septem clausulas diuidendo, declarare nixus sum.

Luc. xv. Prima clausula proponet filiationem, quam ipse homo erga Deum patrem habet: & quantum cauere debet, ne ab ipso per peccatum separetur: vt intelligat, quantæ in ipso debet esse cautela & circumspectionis: quia dicitur in parabola, quod quidam habuit duos filios, scilicet seniore, & iuniorem. ¶ Secunda versabitur circa petitionem portionis substantiæ, quæ ei contingit, & recessum ab ipso patre Deo per peccatum: vt quantæ sit stultitiæ, fatuitatis, & malitiæ intelligat, per hoc, quod dicitur, quod filius iunior petit à patre portionem substantiæ: & abiens in regionem longinquam, ibique dissipauit omnia bona sua, viuendo luxuriose. ¶ Tertia clausula intendet circa sequentem illius recessus & auersionis status poenam: ac ostendere, quantæ sit calamitatis & miseræ, quia dicit, quod orta fame in regione illa, coepit egerere: & adhæsit vni cui regionis illius, qui misit illum in villam suam, vt pasceret porcos. ¶ Quarta declarabit statum recognitionis sui ipsius, & in quo statu sit: quantæ sit gratiæ & diuini adiutorij. quia dicitur, quod in se reuersus dixit, Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus: ego autem hic fame pereco. ¶ Quinta, explicabit ipsius reuersionem ad Deum patrem: quantæ debet esse festinantiæ & diligentia. quia dicitur, quod surgens iuit ad patrem, & dixit, Pater, peccavi in coelum coram te: iam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnum de mercenarijs tuis. ¶ Sexta manifestabit Dei patris misericordem, ac amorosam poenitentis receptionem: quantæ sit beneuolentiæ. quia dicitur, quod videns illum pater eius, misericordia motus est, & cecidit super collum eius, & osculatus est illum. ¶ Septima clausula versabitur circa amissorum recuperationem: quæ sit iocunditatis & lætitiæ. quia dicitur, quod præcepit pater sibi

*Chryso-
stomus.*

adferri stolam primam, & indui illum, annulum quoque in manu eius dari, ac calceamenta in pedibus: & vitulum saginatum occidi, ac tandem gaudere & epulari oportere.

NE tandem te studiose lector lateat ordo in sermone quolibet seruandus, aduertere oportet, videlicet, quod in fronte cuiuslibet declamationis recitabuntur summarie quæ in immediata præcedenti declamatione dicta fuerunt: atq; proponentur generaliter dicenda in illo sermone. Et pro gratia dicendorum habenda, inuocabitur virgo deifera cum salutatione angelica. Item assignabitur consequenter argumentum materiæ prædicandæ, fundatæ in declaratione vocabuli, vel quid nominis, concurrentis, seu assumpti verbi de parabola: ac perinde diuidetur sermo in duobus aut pluribus punctis. Similiter proficientur in sermonis corpore illa puncta. Et cum vltimo illorum, introducet Euangelium illius diei, cû literalis & mystica expositione, ad propositum materiæ in punctis præcedentibus exarata. ¶ Quæ applicatio audientibus fuit gratissima, admirabilis, & multum vtilis: & ad laudem domini nostri Iesu Christi, eiusque intemeratæ matris virginis Mariæ, & ad honorem diui Francisci patris nostri, omniumque sanctorum curiæ cœlestis, signanter Michaelis archangeli, In cuius festiuitate post missarum solennia hic tractatus scribi inceptus est à me peccatore, & indigno verbi diuini præcone.

Hoc in fronte pius lector aduertat, non intentionis nostræ fuisse, stilo grandiloqui sermonis vtique: quoniã hoc docere videtur Apostolus dicens, Ego cum venissem ad vos, non veni in sublimitate sermonis aut sapientiæ, annuncians vobis testimonium Christi. (Sequitur.) Et sermo meus & prædicatio mea, nõ in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis: vt fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei. Et idem ibi inquit, Loquimur non in doctis humanæ sapientiæ verbis: sed in doctrina spiritus, spiritualibus spiritualia comparantes. Sed diuino mihi opitulante auxilio nixus sum in huius parabolæ expositione, ea quæ scholastici patres, præcipue Thomas, Bonauentura, Alexander, Scotus, (quos in hac parte sequor) scholasticè tractant, adducere: vt sic sapientibus (quibus debitor sum iuxta Apostolum) satisfaciam: & stilo tamen humilissimo in sapientibus, id est non tam doctis, vtilis esse possim. vt Gregorius in quadam homelia inquit, Sancti euangelij fratres lectio aperte est vobis recitata: sed ne aliquibus ipsa eius planities alta fortasse videatur, eam sub breuitate transcurramus: quatenus eius expositio ita nescientibus fiat cognita, vt tamen scientibus non sit onerosa. Hæc ille. *Roma. i. Grego.*

¶ Protestatio catholica.

Quicquid in hoc opere toto & alijs sequentibus dixero, aut scripsero, siue gratia colligendi, applicandi, declarandi doctorum sacrorum sententias, correctioni, & emendationi sanctæ matris Ecclesiæ (quæ spiritus sancti lumine & doctrina, vere illuminata est) nimis libenter & expresse & me subijcio. Si vero (quod absit, & Deus propter suam infinitamq; bonitatem auertat) aliquid ex lingue lapsu, aut ex ignorantia, aliave quacumq; occasione à catholica veritate, & sacrosanctæ matris Ecclesiæ determinatione quocumq; modo deuiauerit: aut pijs aures offendere visum fuerit: id totum sponte reuoco, & pro non dicto habeo: eorum iudicio & directioni humiliter submittens: quibus errantes corrigere, & ad catholicæ veritatis viam reducere ab eadem Ecclesia sancta datum est. Nec intendo præiudicare veritati, aut doctrinæ, vel autoritati quorumcûque melius sentientium, Sed omnia salua pace fidei, & veritate dicta & dicenda esse volo. Et ad laudem domini nostri Iesu Christi, & fidelium vtilitatem. Amen.

Index sermonum.

Index sermonum contentorum in hac

PRIMA PARTE HVIVS TRILOGII.

PRIMA CLAVSVLA. DE SEPTEM PRÆMONITIONIBVS.



Dominica quinquagesima de duplici filio & gratuita illorum filiatione. Sermo primus. folio primo.

¶ FERIA quarta cinerum. De prima præmonitione vtriusq; filio necessaria videlicet de sensualitate & concupiscentia. Sermo. ij. fo. iij.

¶ FERIA quinta cinerum. De secunda præmonitione vtriusq; filij. ac de potestate limitata supra sensualitatem, etiam existentis cum patre. Sermo. iij. fo. vj.

¶ FERIA. vj. cinerum. De tertia præmonitione vtriusque filij pro merito, & peccatorum remissione, videlicet, de inimicis diligendis. Sermo. iij. fo. viij.

¶ SABBATO cinerum. De quarta præmonitione vtriusque filio necessaria, videlicet, de confidentia habenda in patre. Sermo. v. fo. x.

¶ DOMINICA prima quadragesime. De quinta præmonitione filij maioris, scilicet innocentis, videlicet, de permanentia cum patre per conformitatem voluntatis. Sermo. vj. fo. xij.

¶ FERIA secunda post primam dominicam. De lege iustitiæ & misericordiæ quibus vterque filius quæ sunt patris, sua facit. Sermo. vij. fo. xv.

SECUNDA CLAVSVLA. DE petitione portionis substantie sibi contingenti & ipsius recessu a patre.



Feria tertia post primam dominicam. De petitione duplicis portionis subitantiæ, quæ filio minori contingit, videlicet naturalis, & temporalis. Sermo vij. folio. xvij.

¶ FERIA quarta post primam dominicam. De fine præstituto, & de euagatione recedentis a deo patre. Sermo. ix. fo. xx.

¶ FERIA quinta post primam dominicam. De initio recessus filij iunioris, videlicet peccatoris per veniale. Sermo. x. fo. xxij.

¶ FERIA sexta post primam dominicam. De recessu a patre per mortalem omissionem, in regionem

peccati. Sermo. xj. fo. xxv.

¶ SABBATO post primam. De quodam incidenti, & præmonitione, ne in regionem longinquam peccati recedat. Sermo. xij. fo. xxvij.

¶ DOMINICA secunda quadragesime. De recessu peccatoris in regionem longinquam peccati. Et de dissipatione duplicis portionis, videlicet fidei, & spei, per contemptum. Sermo. xij. fo. xxx.

¶ FERIA secunda post secundam dominicam. De dissipatione tertiæ portionis gratuite, videlicet charitatis per odium Dei. Sermo. xij. fo. xxxij.

¶ FERIA tertia post secundam dominicam. De dissipatione secundæ portionis, scilicet naturalis, videlicet liberi arbitrij. Sermo. xv. fo. xxxv.

¶ FERIA quarta post secundam. De dissipatione luxuriosa primæ portionis, scilicet temporalis substantiæ. Sermo. xv. fo. xxxvij.

¶ FERIA quinta post secundam. De dissipatione luxuriosa secundæ partis primæ portionis, scilicet substantiæ temporalis per mercantiam. Sermo. xvij. folio. xlij.

¶ FERIA sexta post secundam dominicam. De dissipatione eiusdem substantiæ luxuriosa, per translationem mutui. Sermo. xvij. fo. xlij.

TERTIA CLAVSVLA. DE poena consequente statum auersionis, & recessus a Deo.



Sabbato post secundam dominicam. De poena consequente auersionis statum, seu de sequela poenæ ad culpam. Sermo. xix. folio. xlvij.

¶ DOMINICA tertia quadragesime. De secunda miseria, videlicet poena seruitutis peccati. Sermo. xx. folio. l.

¶ FERIA secunda post tertiam dominicam. De tertia poena in regione peccati consequente, videlicet famis & egestatis. Sermo. xxj. fo. liij.

¶ FERIA tertia post tertiam dominicam. De quarta poena regionis peccati, videlicet de pastu porcorum. Sermo. xxj. fo. lvj.

¶ FERIA quarta post tertiam dominicam. De quin-

Index secundus materiarum.

ta poena illius regionis, videlicet de appetitu filiarum in peccato. Sermo. xxij. fo. lix.

QUARTA CLAVSVLA. DE statu reuersionis peccatoris in se.

Feria quinta. De reuersione peccatoris in se quoad eius originem. Sermo. xxij. fo. lxij.

¶ FERIA sexta post tertiam dominicam. De abundantia & sufficientia penitentiae virtutis & peccatoris reuerti in se. Et de abundantia domus paternæ. Sermo. xxv. fo. lxv.

¶ SABBATO post tertiam dominicam. De quodam requisito ad veram contritionem, videlicet de satisfactione a peccatis. Sermo. xxvj. fo. lxvij.

¶ DOMINICA quarta quadragesime. De reuersione perfecta peccatoris in se, ex consideratione abundantie domus paternæ, ubi augetur eius contritio. Sermo. xxvij. fo. lxix.

¶ FERIA secunda post quartam dominicam. De quantitate, contritionis, & continuatione eiusdem, & de modo in ea obseruando. Sermo. xxvij. fo. lxxij.

¶ FERIA tertia post quartam dominicam. De penitentia sacramento. Sermo. xxix. fo. lxxvj.

QUINTA CLAVSVLA. DE reuersione ad patrem & confessione potestatis ipsius.

Feria quarta post quartam dominicam. De potestate patris ministri Ecclesiæ. Sermo. xxx. folio. lxxvij.

¶ FERIA quinta post quartam dominicam. De usu & extensione potestatis ministri Ecclesiæ. Sermo. xxxj. folio. lxxxj.

¶ FERIA sexta post quartam dominicam. De potestate coerciua patris Ecclesiæ ad reducendos peccatores rebelles. Sermo. xxxj. fo. lxxxij.

¶ SABBATO post quartam dominicam. De loquela sacramentali coram patre facienda. Sermo. xxxij.

folio. lxxxvij.

¶ DOMINICA de passione. De satisfactione quo ad eius originem & quidditatem. Sermo. xxxij. fo. xcj.

¶ FERIA secunda de passione. De remedio, & potestate patris quam habet pro peccatoribus negligētibus, aut pro non valentibus satisfaccere. Sermo xxxv. folio. xcvi.

¶ FERIA tertia de passione. De qualitate satisfactionis & assignatione partium eius. Sermo. xxxvj. fo. xcviij.

¶ FERIA quarta de passione. De reconciliatione, vel satisfactione facienda proximo siue restitutione. Sermo. xxxvij. fo. c.

SEXTA CLAVSVLA. DE misericordia & amorosa receptione patris.

Feria quinta de passione. De amorosa patris receptione. Sermo. xxxvij. fo. c. iij.

SEPTIMA CLAVSVLA. DE recuperatione eorum que in peccato amissa fuerunt.

Feria sexta de passione. De induitione stolæ primæ, & datione annuli in manu peccatoris. Sermo. xxxix. fo. cvij.

¶ SABBATO de passione. De calcamentis datis, & eius firmatione. Sermo. xl. fo. cxij.

¶ DOMINICA in ramis. De adductione prima vituli faginati, & eius receptione. Sermo. xlij. fo. cxij.

¶ FERIA quinta in coena domini. De adductione secunda vituli faginati, & sacramentali digna eius receptione. Sermo. xlij. fo. cxvij.

¶ FERIA quinta in coena domini. De indigna maiorum receptione huius vituli. Sermo. xlij. fo. cxix.

¶ FERIA sexta parasceues. De occisione vituli faginati, & Christi passione. Sermo. xlij. fo. cxxj.

¶ DOMINICA resurrectionis. De gaudio respectu filij qui mortuus fuerat, & reuiuixit: Et illius qui perierat, & inuentus est. Sermo. xlv. fo. cxxix.

Index secundus materiarum principalium,

quæ in hac prima parte Trilogij tractantur.



De filiatione gratuita. folio primo. F.

De concupiscentia, & sensualitate. fo. iij. B.

De extensione potestatis existentis in gratia. folio. vj. H.

De dilectione inimicorum. fo. viij. C.

De confidentia in Deo habenda. fo. x. H.

De conformitate nostræ voluntatis ad diuinam. folio. xij. F.

Index tertius propositionum principalium.

De lege iusticiae & misericordiae. fo. xvj. A.
 De triplici portione homini contingente. fo. xvij. A.
 De libero arbitrio homini concessio. fo. xvij. C.
 De sine praestituto, & euagatione peccatoris.
 folio. xxxj. L.
 De peccato veniali. fo. xxij. I.
 De peccato omissionis. fo. xxv. C.
 De transfiguratione. fo. xxvij. B.
 De contemptu legis diuinae. fo. xxxj. E.
 De odio Dei. fo. xxxij. A.
 De dissipatione liberi arbitrij. fo. xxxv. I.
 De de voto. fo. xxxvj. A.
 De exercitio in rebus temporalibus & earum dis-
 sipatione. fo. lvij. I.
 De mercantia. fo. xlij. C.
 De mutuo, & vfura. fo. xliij. A.
 De poena sequente culpam. fo. xlviij. A.
 De seruitute peccati. fo. lj. E.
 De fame spiritali vt poena peccati. fo. liij. A.
 De egestate spiritali vt poena peccati. fo. lv. I.
 De poenitentia ferotina vt poena peccati. fo. lvij. D.
 De correptione fraterna. fo. lvij. L.
 De obstinatione vt poena peccati. fo. lx. B.
 De induratione vt poena peccati. fo. eodem.
 De reuersione peccatoris in se, & poenitentia in-
 teriori. folio. lxij. A.

De poenitentia virtute seu contritione. fo. lxxv. A.
 De cessatione a peccato. fo. lxxvij. B.
 De perfecta contritione. fo. lxxj. B.
 De continuatione & quantitate contritionis,
 folio. lxxij. A.
 De poenitentia sacramento. fo. lxxvj. D.
 De clauis ministri Ecclesiae. fo. lxxix. A.
 De vfu clauis ministerij. fo. lxxxij. B.
 De clauis coerciua per excommunicationem.
 folio. lxxxij. A.
 De confessione vocali sacramentali. fo. lxxxvij. A.
 De satisfactione sacramentali deo faciēda. fo. xcij. B.
 De thesauro Ecclesiae, & indulgentijs. fo. xcvi. A.
 De qualitate, & partibus satisfactionis. fo. xcviij. B.
 De restitutione proximo faciēda. fo. c. A.
 De misericordia recipiendi peccatores. fo. cv. A.
 De possibilitate eadēdi a vera poenitentia. fo. cix. G.
 De recuperatione honorum amissorum, per poe-
 nitentiam. fo. cx. L.
 De statu perfectionis. fo. cxij. B.
 De adductione vituli faginati Christi generali.
 folio. cxij. A.
 De adductione sacramentali vituli Christi. fo. cxvij. B.
 De indigna receptione vituli Christi. fo. cxix. G.
 De passione seu occisione vituli Christi. fo. cxxj. A.
 De resurrectione gaudiosa.

Index tertius propositionum principalium

in hac prima parte Trilogij contentarum.

A



Abstinerē a bono, & comittere malum, diabolicum est. Abstinerē a malo, & illud ommittere, semper necessarium est ad salutem. Abstinerē a bono, & non facere malum, est malum. Abstinerē solum a malo, non sufficit ad salutem. folio. xxv. E.
 ¶ Actus interior & exterior cum sic ordinantur ad peccatum, q̄ solum est vnum peccatum: opus exterius addit maliciam ad actum interiore, videlicet ratione auersionis, & maioris delectationis, & ratione damnificationis, quod maxime verum habet, in commissiois peccato. fo. xxv. B.
 ¶ Actuale peccatum licet sit grauius originali si comparatur ad personam: tamen originale est grauius comparatum ad naturam. fo. cxv. F.
 ¶ Adolecētes deus permittit mori multis ex causis. folio. lxxxij. M.

¶ Aduentus filij Dei in mūdum causa, non solum fuit, vt deleter originale traductum in posteros: sed etiam vt deleter omnia quae postea subsequuta sunt. folio. cxv. D.
 ¶ Animae rationalis duplex assignatur portio, videlicet superior, & inferior. & de actu vtriusque. folio. vij. L.
 ¶ Anima iusti dicitur coelum, ratione gratificae habitationis ipsius Dei in ea. Et coelum empireū, ratione stabilitatis & firmitatis in gratia. fo. xxx. D.
 ¶ Anima recedens a deo per culpam, primo cadit in coelum primum mobile, scilicet in contemptum Dei. Et quid contemptus declaratur. fo. xxxj. E.
 ¶ Anima secundo cadit in coelum stellatum, scilicet conuersionem ad creaturas. fo. xxxj. F.
 ¶ Anima tertio cadit in coelum planetarum, videlicet septem vitiorum capitalium. fo. xxxj. G.
 ¶ Anima quarto cadit in spheram ignis, scilicet

Index tertius propositionum principalium.

in contemptum accensum Dei. fo. xxxj. H.
 ¶ Anima quinto cadit in spheram aeris, cum qua pugnant quatuor venti, qui sunt quatuor considerationes. fo. xxxij. I.
 ¶ Anima vltimo cadit in terram, vbi est infernus culpabilis. fo. xxxij. I.
 ¶ Anulus qui poenitenti dari iubetur, fidelitatem designat, & animae ornamentum operum & virtutum. fo. cix. F.
 ¶ Apparuisse Christum virgini primo in resurrectione, licet Euangelistae non dicant, tamen credendum est illi primo apparuisse, videlicet ratione maternitatis, & maioris doloris, & maioris fidei, spei, & charitatis. fo. cxxix. A.
 ¶ Appetitus, fames, & desiderium differunt. fo. liij. A.
 ¶ Appetitus naturalis animae ad reuicendum cum proprio corpore, etiam in anima separata non erit frustra. fo. cxxx. H.
 ¶ Aqua quam Christus misit impeluum, triplicem lotionem designat. fo. cxxx. N.
 ¶ Arrendare seu locare beneficia ecclesiastica laicos, non est securum ex pluribus. fo. xlij. F.
 ¶ Artes quaedam sunt inuentae a necessitate, quaedam a cupiditate, & quaedam a vanitate. fo. xxxix. L.
 ¶ Artifices christiani debent opus probare in tribus, videlicet si est rectum in intentione. Si licitum in prohibitione. Si cum debita discretionē. folio. xxxix. L.
 ¶ Asina & pullus alligati significant Christi personam, duas naturas habentem vnitas vinculo perpetuo. fo. cxvj. H.
 ¶ Asinam adduci ab Hierusalem, vt exiret per illam, quare voluit Christus, cum non legamus nisi illo tunc exiret. fo. cxvj. I.

B

Beatitudinis appetitus vt sit naturaliter inditus, magna gratia est, immo remanet in dā nata ad eorum magnam poenam. fo. vij. A.
 ¶ Beneficium ecclesiasticū simplex potest desiderari ab eo qui non habet vnde viuat. non autem curatum nisi vocetur. fo. xxxvij. G.
 ¶ Bucella a Iudaeis accepta, intrare Satanam in Iudam, non intelligitur per corporalem vexationem, nec per illapsum, sed per suggestionis confirmationem. fo. cxxx. L.

C

Causam passionem Christi designat, aut exercitium temporalium rerum, quae cum medicinalia sunt, in mensura sumi debent, & amari-

tudinem earum sentire. fo. xlij. P.
 ¶ Calicem, id est istorum temporalium carētiā, & mortis tolerationē bibere posse, fatentur Apostoli, propter tria. fo. xlij. P.
 ¶ Cambiorum ponuntur quatuor genera secundum quod magis sunt in vfu in hac nostra hispania, videlicet adminutum, artificiale, reale, & siccum, & quod horum sit licitum. fo. xlvi. F.
 ¶ Cambium adminutum omnibus indifferenter illicitum est vti, secus illis qui hoc habent ex officio, & reipublicae seruiunt. fo. xlvi. F.
 ¶ Cambium artificiale est inuentum a casu, & est necessarium reipublicae, & est licitum, licet ex aliqua causa possit esse illicitum. fo. xlvi. F.
 ¶ Cambium reale pro licito habetur, si non excedatur in lucro, & seruiat fideliter, & seruatis seruatis, est etiam vtile & necessarium. fo. xlvi. F.
 ¶ Cambium siccum (quod celebratur comuniter duobus modis) est vno modo diabolicum, & altero illicitum, ostenditur Lucae clarius. fo. xlvi. F.
 ¶ Cananea portauit secum comites comparando coram Christo, quos poenitens portare debet. folio. xxxij. M.
 ¶ Cantus ecclesiastici, loca sacra, & imagines, multum conferunt ad excitandam fidelium deuotionem. adeo multum pie Ecclesia illis vtitur, quicquid neoterici somnient. fo. lxxvij. M.
 ¶ Casus referuati Deo praecipue sunt tres, videlicet laus & gloria de operibus, iudicare diffinitive de aliquo, & vindictā iurare de inimico. fo. vij. E.
 ¶ Caro est secundus tyrannus in regione longinqua peccati, designatur in Saule. fo. lj. H.
 ¶ Catrede autoritas consistit in tribus, videlicet in fulguribus credibilium, vocibus operabilium, & tonitruis cominationum. fo. lxxij. F.
 ¶ Catrede autoritatem destruunt haec, videlicet dicere & non facere, alligare & imponere onera graua & importabilia, & dilatatio sūbriarum ecclesiasticorum malorum, atq; magistratum aliquorum vanitas. fo. xxxvij. G.
 ¶ Causa remissionis peccati effectiua, est Deus, mentoria, Christi passio. formalis, ipsa gratia. instrumentalis, sacramenti susceptio. fo. lxxvj. E.
 ¶ Caeus quodammodo dicitur Deus, videlicet, aut quia non punit, aut quia non approbat. folio primo. B.
 ¶ Caecitas duplex est, prima praue dispositionis, secunda pure negationis, & suo modo haec inuenitur in Deo. fo. primo. A.

B
 ONIVER

Index tertius propositionum principalium.

¶ Cæcitas spiritualis est duplex. quædam ab originali culpa proueniens, pro qua curanda, Deus lutum fecit ex spūto alia ex actuali culpa procedēs, pro qua curanda, sacerdos facit lutum ex spūto. folio. lxxx. I.

¶ Cælos quamuis Aristoteles non inuenerit nisi octo: tamen secundum veritatem catholicam, decem comprobantur. fo. xxx. A.

¶ Cælos sumere in malam interpretationē, aut significationem non inconuenit, secundum diuersas proprietates. sicut leo significat Christū & dæmonem. folio. xxx. C.

¶ Cælorum materialium distantia respectu distantia cælorum spiritualium parua est: tamē ex vna manu ducimur in alteram. fo. xxx. A.

¶ Cæremonię (quibus ecclesia vtitur tēpore passionis) quid mysticę designant. fo. cxxij. A.

¶ Cessare à peccato est necessarium homini volenti ad Deum conuerti. ratione recessus, displicentię, & ratione placationis. fo. lxxvij. B.

¶ Cessare à peccato includit cessationem ab actu voluntatis elicito, non habituali, sed actuali, & formali, & ab illis in quibus virtualiter est actus peccati. folio. lxxix. D.

¶ Cessare à peccato requirit etiā cessationem ab occasionibus, quæ fuerunt in peccato, maxime ab illis, quæ per se (vt in pluribus) præstant materiā peccandi. fo. lxxix. F.

¶ Cessare à peccato requirit etiam cessationem ab omni actu exteriori peccati, & ad id ordinato. folio. lxxix. E.

¶ Cessare à peccato, resolutoria requirit quinque. folio. lxx. H.

¶ Charitas dicitur stola seu vestis, propter triplex officium vestis, quod ipsa charitas habet, videlicet cooperire nuditatem & turpitudinem, & fouere siue protegere, & ornare. fo. cvij. A.

¶ Charitas non solum dicitur vestis seu stola: sed etiam stola prima. Tum ratione dignitatis status innocentię. Tum ratione gratię baptismalis. Tum ratione gratię, (non numeraliter) sed secundum effectum. fo. cix. B.

¶ Christus ab instanti conceptionis habuit cognitionem in verbo, aut per noticiam infusam omnium futurarum passionum, non tamen redundarunt in sperimentalem dolorem, sicut in tempore agonię eius. fo. lxxvj. C.

¶ Christi animę tempore agonię eius non solum representata fuerunt peccata præteritorū, & præ-

sentium hominum, & futurorum, pro quibus efficaciter passurus erat: sed & gradus, & quãtitas culparum vniuscuiusq; fo. lxxvj. D.

¶ Christus sitit supra fontem, & in cruce, ac petens bibere non bibit. eo quod potus non fuit sibi propinatus conformiter ad suam sitim. fo. lxxvij. ante. L.

¶ Christus mulierem adulteram liberando, non egit contra legem adulteram lapidare præcipientem. folio. lxx. k.

¶ Christus in triduo sicut non fuit homo, sic actualiter non referebatur eius filiatio ad virginem vt homo vnitas habens partes humanitatis, ideo dicitur titulum maternitatis tunc amisisse, quē in resurrectione recuperauit. fo. cxxix. B.

¶ Christus passus est non solum vt particularis persona, sed vt communis, & vt sponsus Ecclesię, folio. cxvj. F.

¶ Christus voluntarię suscepit poenalitates & defectus nostros non dicentes imperfectionem: vt nobis immortalitatem donaret. fo. cxvj. G.

¶ Cibi veri animę ostensio, eiusque receptio à bonis: & à malis abominatio, Euangelicę ponitur. folio. lv. L. M.

¶ Cibus animę non est aliqua res corporalis. folio. liij. B.

¶ Cibus animę in via est ipsa deitas, videlicet ratio ne sustentationis caloris animę, ratione repletionis stomachi spiritualis, & ratione incorporationis in anima. fo. liij. E.

¶ Cibus animę in patria est ipsa deitas, & de triplici pane. fo. liij. F.

¶ Cibus noster quo ad corpus est ipse Christus, ratione imitationis illorum quæ in corporalivita ad nostram instructionem fecit. fo. liij. G.

¶ Cinis significat sensualitatem cum concupiscentia. folio. iij. A.

¶ Clamare faciunt tria, videlicet necessitas, dolor, & amor. fo. xxxij. L.

¶ Clausura regni cœlestis duplex erat ante Christi aduentum, videlicet generalis, scilicet ex peccato primi parentis apposita, & particularis ex parte actualis peccati vniuscuiusq;. Generalē, solus Christus sua passione referauit: ad particularē vero, cōtulit potestatem ministris Ecclesię. fo. lxxix. D.

¶ Clavis materialis & spiritualis licet habeant similitudinem: maximam tamen habent dissimilitudinem. folio. lxxix. E.

¶ Clauem ministerij errare, quidam dicunt con-

Index tertius propositionum principalium.

tingere, cum sacerdos aliquem absoluit ex ignorãtia, aut ex alia causa. Alij autem, quãdo aliqua affectione terrena, siue timore absoluit, melius vero dicitur quod errat: quando non conformatur in suo arbitrio principali absoluenti, scilicet Deo. folio. lxxxij. E.

¶ Clavis ministerij duplex est, videlicet scientię, & potestatis. & quæ sit. fo. lxxxix. F.

¶ Clavis ministerij extenditur, & ei cōuenire possunt tria, videlicet ostendere peccatorem in facia ecclesię esse absolutū adeo, & peccatorem ligare aliqua poena temporalis ab ipso taxata, & absoluerē à poena purgatorij. Aut aliquã partē poenę purgatorię virtute clauis remittere, & per sacramenti ministratiōe, de atrito cōtritum facere. fo. lxxx. G.

¶ Clericus potest vendere ea, quibus artificio honesto victū acquirit, Et ea quę ex beneficio proueniunt temporalia. videatur resolutio. fo. xliij. E.

¶ Concupiscentię motus sunt validissimi duplici ratione. folio. iij. D.

¶ Confessores magnam peritiam habere debent; vt potestatem clauium (vltra quod sibi commissum est) non extendant. fo. lxxx. G.

¶ Confessio vocalis homini faciendā, est de dictamine legis naturalis. fo. lxxxvij. C.

¶ Confessio duplex est, scilicet mentalis & vocalis. Et vocalis etiam duplex, vna quæ fit Deo, altera quæ fit homini. fo. lxxxvij. D.

¶ Confessio vocalis quæ fit Deo, est de dictamine iuris naturalis. non simpliciter: sed in casu videlicet, si exigat illam. fo. lxxxvij. D.

¶ Confessio vocalis, quæ fit homini, est de iure naturæ non in speciali, sed in generali. fo. lxxxvij. D.

¶ Confessio aut vocalis manifestatio peccati expectat ad legem naturæ in speciali, scilicet, si Deus requireret. Et in generali, faciendā homini: si Deus hominem arbitrium instituat. fo. lxxxvij. D.

¶ Confessio vocalis etiam est de lege scripta, secundum modum illius legis, quod pulchræ ostēditur. folio. lxxxix. E.

¶ Confessio vocalis ad duplicem finem ordinatur, videlicet ad deletionem peccati: & ad reconciliandū Deo. humano arbitrio mediante. fo. lxxxix. F.

¶ Confessio vocalis in lege euangelica (in qua institutus est à Christo Deo homo arbiter) est de lege naturæ. Et faciendā homini arbitrio adeo institudo. Tum ratione obligationis, Tum ratione necessarię reuelationis, Tum ratione assecurationis quod pulchræ declaratur. fo. lxxxix. G.

¶ Confessio vocalis non debuit expresse à Christo institui. Tum secundum Vgonem, nisi materiale eius solum insinuari. Tum secundum sanctū Bonaueturam, quia est remediū recidui. Tum etiā cōfessio vocalis præcisse, est opus humanū. fo. lxxxix. H.

¶ Confessio vocalis diffinitur. Et clausulæ declaratur large. fo. xc. I.

¶ Confessionis sacramentalis instrumenta spiritaliter assignantur, per illa quæ ad perfectā loquutionem humanam requiruntur. fo. xc. k.

¶ Confessoris arbitrium cadit super poenam satisfactoriam pro peccatis, non autem de per se super faciendā restitutione proximo. fo. c. A.

¶ Confessionis sacramentalis proprietas declaratur Euangelicę. fo. xcj.

¶ Confidentia oritur ex fide, & pertinet ad spem. Et est sperare cum securitate. fo. x. H.

¶ Confortatio Christi ab angelo non fuit, vt in gratia confirmaretur. nec vt non vinceretur à passionibus. nec vt ab aliqua creatura consolatione indigeret: sed magnitudinem tristitię & anxietatis delignauit. fo. cxxv. S.

¶ Contemptus facit appreciare rem minus iusto. Etiam de illa non curare. Et tandem illi irasci tantumquam vili. Et applicatur peccato. fo. xxxj. H.

¶ Contemptu aliquid facere, & ex contemptu multum refert, dicere. & mala quæ cōtemptus facit. folio. xxxj. H.

¶ Contritionis cum dolore stat gaudium. licet in experti hoc non sentiant. fo. lxxvj. H.

¶ Contritio peccatoris quantumcūque minima vnde habet tantam virtutem, vt illa peccator magis iustificetur. fo. lxxvj. G.

¶ Contritio deletiua debet esse de peccatis proprijs, & in hac vita. fo. lxxvj. H.

¶ Contritio & attritio differunt, vel penes motiū, vel penes perfectum & imperfectum. fo. lxxj. C.

¶ Contritio fit ex attritione, quomodo intelligitur. folio. lxxij. F.

¶ Contritio includit in sua diffinitione quinque conditiones quæ diffusæ declarantur. fo. lxxij. G.

¶ Contritio & attritio differunt, exemplo rei materialis attritæ & cōminutæ in partes. fo. lxxj. B.

¶ Contritionis dolor nunquam est de bono, sed de malo culpæ. fo. lxxj. M.

¶ Contritionis dolor non est de malo culpæ originali, nec de peenis peccatorū, nec de peccato alieno, nec de peccatis futuris, sed de singulis peccatis proprijs. folio. lxxij. N.

Index tertius propositionum principalium.

- ¶ Cōtritionis actus in principio debet esse de omnibus in particulari, in fine de omnibus generaliter de quibus particulariter cōtritus est, & tūc confertur gratia iustificationis. fo. lxxij. O.
- ¶ Cōtritio quomodo debeat fieri de peccatis obliuiscitis, notandum. fo. lxxij. P.
- ¶ Cōtritionis hominis poenitentis panum multiplicatio à Deo, Euangelicæ ponitur à saluatore. folio. lxxij. Q. R.
- ¶ Cōtritionis dolor nō debet esse maximus omnium dolorum, quia est impossibile, quoniam dolor Christi fuit maximus huius viæ, qui non attigit ad dolorem inferni. fo. lxxij. A.
- ¶ Cōtritionis dolor debet esse maior (in quantum est de culpa) quam dolor cuiuscumq; poenæ. probatur triplici ratione. fo. lxxij. B.
- ¶ Cōtritionis dolor (in quantum est de culpa) debet esse maior, quam dolor cuiuscumq; poenæ: hoc debet intelligi in generali, non autē in particulari, ne pusillus detur occasio desperandi. fo. lxxij. B.
- ¶ Cōtritio tria in actu suo respicit, videlicet quid conteritur, quo conteritur, & ad quid conteritur. folio. lxxij. A.
- ¶ Cōtritionis in dolore sensibili licet possit esse excessus, in mentali autem non potest esse excessus aut defectus. fo. lxxij. C.
- ¶ Cōtritionis triplex est gradus, videlicet sufficiens, excellens, & exuberans. fo. lxxij. D.
- ¶ Cōtritio habet tria, videlicet essentiam, formam, & effectum. ex quibus sumitur eius continuatio, & duratio. fo. lxxij. E.
- ¶ Cōtritio in suo actu vt sit completa quo ad durationem debet habere tria, videlicet q; habeatur perfecta, secundum affectum & effectum, item distincta, & continua. fo. lxxij. F.
- ¶ Cōtritionis obligatio quo ad tempus: vide dictum, & consilium. fo. lxxij. G.
- ¶ Cōtritionis actus habendi, ponitur practica in quintuplici actu, pulchræ notanda à poenitente. folio. lxxij. H.
- ¶ Cōtritionis effectus in anima, Euangelicæ ponuntur. fo. lxxij. I. k. L.
- ¶ Cōtritionis fraternæ duplicem respectum assignat Christus, videlicet quo ad omnes, & quo ad Petrum. fo. lxxij. L.
- ¶ Cōtritionis fraternæ obligatio cadit in prælatos, & in subditos. Atque obligat ad mortale. folio. lxxij. M.
- ¶ Cōtritionis fraternæ præceptum dirigitur ad

Petrum, & prælatos, licet omnestam prælatos quæ subditos tangat, Tum quia prælati conuenit duplex correctio, scilicet coercitiua & charitatiua, Tum quia principaliter tangit prælatos propter excellentiam status, Tum & melius, quia generalia præcepta fidelium à capite ad cætera membra deriuari debent. fo. lxxij. N.

¶ Correctio fraternæ debet habere tres condiciones. Prima, quod in fratre sit mortale. Secunda, q; sit secreta. Tertia, quod ordinetur ad fratris emendationem. fo. lxxij. O.

¶ Correctio fraternæ ordinabitur ad emendationem fratris, concurrentibus tribus, videlicet, q; speret emendam in fratre corrigendo, & q; sit immunitas in corrigente, & q; seruetur ordo siue modus corrigendi charitatiuus. fo. lxxij. P.

¶ Correctio fraternæ modus à saluatore assignatus seruandus est, quamdiu secundum istum modum est spes de emendatione. fo. lxxij. Q.

¶ Crux in die passionis Christi quare à prædicatoribus solet salutari. fo. lxxij. B.

¶ Culpam in aliquo non est inuenire, siue poena subsequente, aut reatu, id est obligatione ad illam. folio. lxxij. D.

D

¶ Damnationem æternam non reuelat Deus, nisi aut in generali, aut indiffinita, aut comminatoria & condicionaliter. fo. lxxij. I.

¶ Dammati desent obliuionē de sua beatitudine præteritam, & nostram præsentem. fo. lxxij. B.

¶ Dæmon hominem fallit circa ista delectabilia, vt amplius eum affligat, eorum tribuens cupiditatem, & denegans satietatem. fo. lxxij. B.

¶ Dæmon bonos vexat, sed non malæ. malos autem malæ. fo. lxxij. M.

¶ Dæmonis voluntas licet de potentia Dei absoluta possit rectificari, non autem de potentia Dei ordinata. Cum debeat fieri rectificabilitas illa per gratiam: extra quam dæmon est, ratione status. folio. lxxij. A.

¶ Dæmonis voluntas vt non rectificetur, habet duplicem defectum, videlicet, quia deficit ei poenitentia fructuosa, & gratia sanans. fo. lxxij. B.

¶ Dæmonis voluntati non datur gratia sanans, (vt datur homini in regione longinqua peccati existēti) eo q; ad illam nō se disponit ad cuius dispositionem requiritur cessatio à peccatis. fo. lxxij. C.

¶ Dæmonis voluntatis irrectificabilitas non prouenit ex parte Dei, nec ex parte liberi arbitrii, nec

Index tertius propositionum principalium.

ex parte peccati: sed ex parte status, in quo clausa est ianua. fo. lxxij. D.

¶ Dæmon dicens, eritis sicut dii, & aperientur oculi vestri &c. prophetauit, id est, dixit quod eis futurū erat bonum, (licet illud ille non intelligeret.) Et ita verum dixit, quo ad dispositionē diuinam: quāuis ipse illud non intenderet. fo. lxxij. I.

¶ Dæmon erga hominem sibi seruientem in peccato, habet plenam possessionem, vt exemplificatur in Iuda. fo. lxxij. k.

¶ Dæmon circa hominem tripliciter se habet, videlicet tentādo & nō vincendo, Et tentādo, & vincendo, Ac tentādo, vincendo, & possidendo. fo. lxxij. k.

¶ Dæmon nititur suam possessionem continuare. Ex quo quatuor damna infert, quæ euangelicæ ponuntur. fo. lxxij. L.

¶ Dæmonis virtute nō eicere dæmonia ostendit Christus quatuor efficacissimis rationibus. fo. lxxij. M.

¶ Dæmon quomodo dicitur vnus, id est primus cuius in regione peccati in ordine ad alios. fo. lxxij. ante. H.

¶ Dæmon est tertius tyrannus in regione longinqua peccati, significatus in Pharaone. fo. lxxij. H.

¶ Deus delinquentes deserit, resistentes indurat, contemnentis cōdemnat. quomodo intelligitur. folio. lxxij. E.

¶ Deus dicitur plenus oculis ab Augustino: quia cuncta scrutatur interiora, & exteriora videt. fo. lxxij. In principio.

¶ Diei resurrectionis gaudium tangit Propheta, videlicet quo ad stabilitatē beneficij collati, & quo ad eius singularitatē, & quo ad actū gaudij. fo. lxxij. D.

¶ Dilectio proximi nō est meritoria nisi pro quāto in ea inuenitur ratio diligēdi, quā Deum, diligimus, & idē finis. Immo in radice vna est dilectio, quāuis diuersificetur ex parte operis. fo. lxxij. ante. F.

¶ Dilectionis Dei præceptum dicitur primum, & maximum. primum quo ad radicem, maximum impletione. quia inuenitur in omni opere, quod ex charitate operatur. fo. lxxij. ante. F.

¶ Dilectio inimicorū, vide verbo inimicus.

¶ Dimittere septuagies septies. Exponitur tripliciter. folio. lxxij. S.

¶ Diuiti epuloni petēti misericordiā, non cōgruebat fieri. f. ex tēpore, ex loco, & ex causa. f. lxxij. M.

¶ Diuitis epulonis poenæ agrauatio fuit triplex, videlicet recordatio pauperis Lazari, refrigerij denegatio, & illorum propter quos damnatus fuit, confortio. folio. lxxij. M.

¶ Diuitū & pauperum differētia est in morte, &

post mortē, q; notatur in duabus personis. fo. lxxij. M.

¶ Diuitias amare, & nō habere: est vanum habere, & nō amare, difficile. nec habere, nec amare: paucorum & perfectorum habere, & amare: est periculosum. fo. lxxij. M.

¶ Doctrina alicuius non debet recipi, aut propter malam vitam docentis, aut propter doctrinæ falsitatem. Et propter nullum istorum Christi doctrina erat reicienda à Phariseis. fo. lxxij. L.

¶ Dolor in contritione est duplex, videlicet mentalis, & sensibilis. & mentalis essentialiter est contritio. fo. lxxij. H.

¶ Dolor voluntariæ assumptus est ipsa contritio. Tum quia hoc requiritur ad actum virtutis. Tum quia peccatum est voluntariū. Tum vt ostēdatur, q; non omnis dolor est voluntarius. fo. lxxij. I.

¶ Dolor cōtritionis quare assumptus, & nō dat: eū ibi plus cōcurrit de dono, quā de suo. fo. lxxij. k.

¶ Dolor contritionis quomodo est voluntarius, cum sit poena, quæ de sua ratione dicitur inuoluntaria. folio. lxxij. L.

¶ Dolor Christi dū à discipulo tradit⁹ fuit, ex quibus aggrauabatur, ex multis colligitur. fo. (vt assignatur. cxlij. I.) secundum veritatem. fo. cxlij. B.

¶ Dominium naturale rerum, & gratuitum quid sit, & quam latum ostenditur. fo. vj. k.

E

¶ Effectus multiplices sequuntur ex cōtentis in sacramento eucharistiæ, videlicet ex corpore, communio cum corpore Christi mystico. Ex anima, redemptio. Ex deitate, æterna beatitudo. Ex sanguine & aqua, lotio. fo. cxlij. O.

¶ Effectus aliqui sunt, qui nullo modo possunt esse contrarij voluntati (etiam deprauatæ) alij sic. & quo ad istos potest Deus, odio haberi. fo. cxlij. C.

¶ Egestas, paupertas, & fames, differunt. fo. lv. I.

¶ Egressus christi triplex est. f. æternalis à patre, tēporalis à matre, & spiritualis ad animā. fo. cxlij. k.

¶ Eleemosyna est triplex, videlicet cordis, oris, & manus. fo. cxlij. I.

¶ Equivalētia aliquorū adinuicē potest sumi tripliciter. aut secundum valorē naturalem rerū cōsequētem virtutē, aut quātitatē earū: vel per respectū ad vsum & cōmodum humanū, aut secundum æqualitatē iustitię distributiue strictæ. fo. cxlij. D.

¶ Eucharistiam quare contulit Christus Iudæ traditori, cum sciret eius traditionem, & indignitatē. Cuius ingratitude ingratitude indignum sumentium præsignabat. fo. cxlij. Q.

Index tertius propositionum principalium.

¶ Excommunicatio in ecclesia est remedium medicinale rebellibus, pulchre declaratur. fo. lxxxv. C. Excommunicandi potestas eiusque exercitium iuste est in Christi ecclesia (quicquid hæretici garrant.) folio. lxxxv. D.

¶ Excommunicandi potestas originē habet ex Christi imitatione, & ipsius præcepto, Et ex beatis Apostolis, & ex apostolo Paulo, & Ioāne. fo. lxxxv. E.

¶ Excommunicandi potestas sicut traxit originem à Christo, & descendit ab illo in ecclesiam: Sic primo data est Petro capiti Ecclesie, & deinde descendit in successores eius. fo. lxxxv. F.

¶ Excommunicatio discerni debet, nō nisi pro graui peccato, & quod inter proximos est omnino peccatū auditum: à quo exhortatus homo & monitus, non vult recedere, ad quam tria debent præcedere. folio. lxxxv. G.

¶ Excommunicatio dicitur iniusta. ex tribus, videlicet ex causa, ex animo, aut zelo: & ex ordine. folio. lxxxv. H.

¶ Excommunicatio principaliter debet respicere finem (pro quo discerni debet) qui est, vt spiritus fratris saluus fiat in die domini. fo. lxxxv. I.

¶ Excommunicationis damna sunt. Separatio à celo, ab omni sacramēto, à diuino officio, à fidelium consortio, ab omni actu legitimo, & à fidelium sepultura. fo. lxxxv. k.

¶ Excommunicationis dānū, & remediū euāgelicæ & misticæ ponitur. fo. lxxxv. & lxxxv. L. M. N.

¶ Expositio illius accipite spiritū sanctum &c. assignatur tripliciter. Tum de gratia gratis data, necessario ad hanc potestatem ministerij requisita. Tum de gratia gratum faciente requisita ad idoneitatem ministri. Tum de conformitate in absoluedo, ad diuinum iudicium. fo. lxxxv. F.

F

Famā Christi funestū pontificū conciliū in domo Cayphę cōgregatū auferre procurauit. fo. (vt assignatur. cxliij.) secundū veritatē. fo. cxlv. Y.

¶ Faciamus hominem ad imaginē &c. cur præmiserit Deus in hominis creatione: quidam estimant loquutionem fuisse ad angelos, quidam excellentiā habitudinē ad verbi vnionem affirmant. Alij excellentiam liberi arbitrij super cætera creata ponunt significari. fo. vj. H.

¶ Famem & egestatē patitur peccator in regione longinqua peccati, multiplici ratione. fo. lv. k.

¶ Festum est triplex. Primum mūdānorum, tres habens dies, scilicet carnis, & cupiditatis, & hono-

ris. Secundum est coeleste, tres habes etiam dies, videlicet requiei animarū, corporum, & consumate glorificationis. Tertium poenitentium, tres similiter habens dies, scilicet partes poenitentiales, in quibus lux clara animæ datur. fo. lxxvij. I.

¶ Filius Dei in qua forma videbitur in iudicio (secundum doctores) declaratur. fo. xvij. k.

¶ Filius maior & iunior ab aliquibus dicuntur significare duas naturas gratia diuinæ filiationis capaces, declaratur. fo. j. F.

¶ Filiationis diuinæ gratia sola angelica & humana natura sunt capaces, cū pulchra figura. Et quæ illarum maior dicitur, declaratur. fo. ij. G.

¶ Filij maioris, videlicet innocentis circumstantiæ notantur euāgelicæ. fo. ij. I.

¶ Filij iunioris, videlicet poenitentis circumstantiæ euāgelicæ. ponuntur in hoc, quod dicitur cecus, secus viam, & mendicans. fo. iij. k.

¶ Filius hominis significat totum Christum in sacramento eucharistiæ contentum. fo. cxix. H.

¶ Finis in sua ratione includit tria, videlicet q̄ sit res bona secundū id quod est, Et q̄ habeat rationē finietis, ac q̄ voluntas actualiter, aut habitualiter, vel virtualiter in illud feratur. fo. xxj. L.

¶ Finis præstituendus (ne quis dicatur vagus in sua operatione) potest esse duplex, videlicet finis qui, vel finis in quo, aut quo. fo. xxj. A.

¶ Fines plures præstituere in aliqua operatione, potest tripliciter contingere, videlicet, ita q̄ vnus sit principalis, alter minus principalis. Aut quod ille minus principalis non referatur ad principalem. Aut quod ambo sint æque principales. Et quando sit meritorium, veniale, aut mortale peccatum. folio. xxj. B.

¶ Finis triplex amplectendus ponitur euāgelicæ, & exemplariter à Christo. fo. xxij. C.

G

Gaudium desperata venia, stat cum dolore contritionis. fo. lxxvj. H.

H

Hominis peccantis talis est processus in vno quoq; particulari peccato, qualis fuit in processu peccandi primorum hominum. fo. vij. M.

¶ Homini peccanti post actum peccati remanet quædam poena essentialis. quæ de potētia Dei ordinata impossibile est non sequi. fo. xlviij. A.

¶ Homo peccans vltra poenā essentialē sequentem actum peccati, formaliter dicitur peccator, à tribus quæ remanēt transeunte actu peccati, quo-

Index tertius propositionum principalium.

rum primum est macula in ordine ad se, quæ est quædā deformitas voluntatis à Deo, & à lege eius. pulchre declaratur. fo. xlviij. B.

¶ Homini post actum peccati secundum quod remanet, à quo dicitur peccator est offensa, quæ est in ordine ad Deum, scilicet quo est prouocatus ad vindictā peccati cōtra eū perpetrati. fo. xlviij. etiā. B.

¶ Homini post actum peccati tertiu quod remanet est reatus in ordine ad poenam, id est obligatio ad reparandum læsionem iustitiæ Dei. fo. xlviij. C.

¶ Hereticos quosdam damnat euāgelista dicēs, q̄ Christus coepit tedere & pauere. Etiam illos, qui pietatem prætedentes dixerunt, Christum in passione non fuisse tristatum. fo. cxliij. k.

I

Ieiunia natura, virtutis, & ecclesie ordinantur ad regulādam sensualitatem. fo. v. F.

¶ Ieiunium est triplex, videlicet corporis, animæ, & rerum temporalium. fo. cxix. H.

¶ Ignis dicitur Deus, angeli, & homines. fo. iij. A.

¶ Imagines in ecclesia libri sunt rusticorū, & excitatiuæ ad deuotionem. fo. lxxvij. N.

¶ Indignā sumptio eucharistię comparatur blasphemia Iudæorum, & spuentium in faciem Christi. folio. cxx. M.

¶ Infernus est triplex, videlicet vocalis, poenalis, & culpabilis. folio. xxx. B.

¶ Inimicorum dilectio siue sit præceptū, siue consilium, est vnus de arduis in lege euāgelica commendatis. quadruplici ratione. fo. viij. C.

¶ Inimicorum dilectione nullum est facilius remedium ad remissionem peccatorum à poenitēte obtinendā. quod probatur triplici ratione, & pulchre. folio. viij. D.

¶ Inimicorum dilectione nullum expressius opus ad merendum ipsi homini proficienti assignari potest. quod persuadetur triplici ratione. fo. ix. F.

¶ Inimicorū dilectionis assignatur modus, & quomodo est sub præcepto. & quādo sub cōsilio, quo ad illos tres actus Euāgelij, videlicet diligere, benefacere, & orare. fo. ix. G.

¶ Innocentes & poenitentes significantur in duobus filiis, videlicet seniori & iuniori. fo. j. E.

¶ Innocentes & poenitentes sunt duo filij, & quis illorum sit maior aut iunior, declaratur. fo. ij. H.

¶ Innocentis filij quæ maioris cōuenientia euāgelicæ declaratur. folio. ij. I.

¶ Innocentiam Christi in prætorio Pilati à principibus sacerdotum malitiōse accusatam, iniquus

iudex condemnauit. fo. (secundum assignationem. cxv.) secundum veritatem. cxlvij. Y.

¶ Ire Christi ad patrem, intelligitur tripliciter, videlicet per fidem, id est vt credatur vnus Deus, & æqualis patri. Et adimplēdam patris voluntatem, Ac ad transferendam cōgnitionem patris in gentes. folio. xxxliij. I.

¶ Iudas representat omnes indignè eucharistiā recipientes. fo. cxix. I.

¶ Iudex iudicans in mortali, quādo peccat, & quādo non. fo. lxx. k.

¶ Iudæi contra veritatem vitæ Christi obijciunt impropria. Et contra veritatem doctrinæ propositam, respondent derisoria. Et contra ipsum prædicantem patris æternitatem, intentant crudelia. fo. xciiij. & fo. xcvi. M. N. O.

¶ Iudicandorum ordines in iudicio futuro erunt quatuor. fo. xvij. L.

¶ Iudicij hora quid incertū, & quid certū. fo. xvij. I.

¶ Iudicij finalis ratio quare erit vniuersale assignatur. secundū Thomā, Scotū, & de palude. fo. xvij. L.

¶ Iusticia & misericordia an simul concurrant in operibus Dei, ponitur quæstio formalis. fo. xvj. A.

¶ Iusticia Dei (vt dicit decentiam) & misericordia (vt dicit bonitatis effluentiam) semper concurrunt simul. vt quidam dicunt. fo. xvj. B.

¶ Iusticia Dei & misericordia secundum proportionem creaturæ recipientis considerata: currunt simul. vt alij dicunt. fo. xvj. C.

¶ Iusticia Dei & misericordia, maxime in merito hominis, & peccatorū remissione: æqua lance currunt, & vtraq; infinita inuenitur (vt alij dicunt) & probatur pulchre. fo. xvj. D.

¶ Iusticiæ Dei lancem & stateram peccata faciūt descendere ad infernum, id est, vt sola poena inferni puniantur. fo. xvj. E.

¶ Iusticiæ Dei lancem misericordia equat, ac in fidei constituit: dum ex illa Marcus, (oc̄to continēs petias) qui est persona Christi, in altera lance ponitur. pulchra deductio. fo. xvj. & fo. xvij. F.

¶ Iusticiam Dei Christus super seipsum posuit, velut in statera, tripliciter, videlicet causam omnium in se transferendo, debitā poenam persoluendo, & passionem suam in nos transferendo. fo. xvij. G.

¶ Iusticiæ Dei ponderatio finalis circa homines, euāgelicæ assignatur à saluatore. fo. xvij. H.

¶ Iustificatio perfecta peccatoris requirit triplicē dolorem, videlicet antecedentē, concomitantem, & consequentem ipsam. fo. lxxj. E.

Index tertius propositionum principalium.

Liberi arbitrij potestas, & hominis secundum ad iurisdictionem consistit in duplici praelatione super cetera corporalia creata, videlicet naturali, & gratuita. fo. vj. I.

¶ Liberi arbitrij portio sic homini contingit, vt quamuis adeo possit suauiter trahi & sapienter: non tamen cogi. fo. xvij. B.

¶ Liberum arbitrium est in Deo (non vt portio) beatis, damnatis, & iniuriatoribus hominibus. licet multum differenter. fo. xvij. C.

¶ Liberi arbitrij portio non potest sine gratia Dei gratum faciente aliquid meritorie agere: precipue circa tres actus principales eius, videlicet circa licita precepta operanda, Et circa expedientia profequenda, & circa vtilia amplectenda. quae declarantur pulchre. fo. xix. D. E. F.

¶ Liberi arbitrij vsus sine gratia, quae mala facit in ecclesia Dei: ostenditur Euangelicae à Christo. folio. xx. k.

¶ Ligat ecclesia quatuor modis, videlicet: leges instituyendo, in officijs ecclesiasticis praeficiendo, praecipiendo & iudicando, & poenam temporalem imponendo. fo. lix. R.

¶ Loqui conuenit triplici naturae cognoscituae, scilicet diuinae, angelicae, & humanae. fo. lxxxvij. A.

¶ Loquutionis hominis duplex est finis. vnus naturalis quo ad triplicem manifestationem, alter christianus, quo ad triplicem veritatis manifestationem. folio. lxxxvij. B.

¶ Loquentes mendacia, potius loquuntur lingua diaboli (qui ab initio fuit mendax & pater mendacij) quam humana. fo. lxxxvij. B.

¶ Loquela christiana (vt christiana est) ordinatur ad manifestationem triplicis veritatis, videlicet vitae, doctrinae, & iusticiae. fo. lxxxvij. B.

¶ Lotio (quae est peccatorum remissio) multiplex sequitur ex isto sacramento eucharistiae non solum in quantum sacramentum, sed etiam in quantum sacrificium. fo. cxx. P.

¶ Ludi aliqui sunt permessi, vt scacorum & alij communes, & ad istos licet ludere (sunt laici) propter solam recreationem. fo. cij. G.

¶ Ludi aliqui sunt prohibiti per legem ecclesiasticam & per legem ciuilem. Et qui sunt illi. fo. cij. H.

¶ Ludorum prohibitorum causae sunt, aut ratione materiae, aut ratione periculi, aut ratione loci sacri, aut ratione personarum, aut ratione temporis. folio. cij. I.

¶ Ludentes quidam ludunt, vt ludant causa recreationis & quietis, & intra latitudinem ludi recreatiui. Alij vt lucrentur, quorum finis est acquisitio rei alienae. fo. cij. k.

¶ Ludens ludo licito & honesto, & sibi lege concessio: non peccat, nec tenetur ad restitutionem, dicunt quidam. fo. cij. L.

¶ Ludens ludo sibi licito, aut non, excedens metas notabiliter in lucrando, peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem probatur. fo. cij. M.

¶ Ludentibus fauentes, & cooperantes, locantes domos, & dantes instrumenta: peccant. Et restitutioni tenentur. fo. cij. O.

¶ Ludentes quocumque ludo, dum intenditur solum lucrum, (dicunt quidam) quod semper tenentur restitutioni, aut erogationi pauperibus. Declaratur hoc. folio. cij. P.

¶ Ludens ad ludum honestum, & licitum, non interueniente dolo, & cum quibusdam circumstantijs, non peccat, nec tenetur restitutioni declaratur. fo. cij. Q.

¶ Ludens ad ludum prohibitum ab ecclesia, aut à lege, aut concessum, animo & intentione lucrandi, & spoliandi proximum: non solum peccat, sed tenetur restitutioni. probatur pluribus rationibus. fo. cij. R.

¶ Luxuriae peccatum contingit in excessiuo exercitio istorum temporalium, vltra quod sibi conuenit: Sicut etiam dicitur contingere, in excessiuo appetitu animae respectu illorum quae sibi conueniunt. fo. xxxvij. H.

M

Magdalenam magnam fuisse peccatricem dicere non inconuenit, & hoc secundum diuinam dispositionem. vt in ecclesia sua esset exemplum conuersionis & poenitentiae magnis peccatoribus. fo. cv. B.

¶ Magdalenam quidam dixerunt sola mente & voluntate fuisse peccatricem, quidam publicam meretricem, alij multum dissolutam, alij tenuerunt medium. fo. cv. B.

¶ Malitia mali angeli post peccatum (secundum aliquos) crescit quantum ad radicationem voluntatis in malo. Secundum alios, & si non crescit quantum ad vim contemplatiuam: crescit tamen quantum ad vim administratiuam. fo. lvj. C.

¶ Malitia angeli mali, & si sit in termino demeriti, tamen crescit per excogitationem nouarum malitiarum in homines. quam continuat in poenam sui peccati. fo. lvj. C.

¶ Manifestatio peccati ad infamiam, iactando de illo, est contra ius naturae, non tamen illa, quae fit ad procurandam salutem suam. maximae spirituales. folio. lxxxvij. D.

Index tertius propositionum principalium.

¶ Maria virgo ab instanti conceptionis fuit confirmata in gratia, & ob perseuerantiam in bono, in conceptione filij excellentius in bono fuit confirmata. fo. lx. F.

¶ Mendicus differt à paupere, & egeno. Et Christus dicitur egenus, & mendicus. fo. j. D.

¶ Mercantiae ars est licita, Tum ratione generalis utilitatis, Tum ratione utilitatis specialis, Tum ratione utilitatis particularis. fo. xlij. D.

¶ Mercantiae ars est de illis quae bene, vel male fieri possunt, & ita de indifferentibus. fo. xlij. C.

¶ Mercantiae ars potest esse meritoria. Et quomodo intelligitur illud Chrysostomi, quod nullus christianus debet esse mercator. fo. xlij. E.

¶ Mercantiae licite ponuntur circumstantiae legitimantes illam, videlicet ex parte persone, scilicet vt non sit in clericatu, aut speret esse. Et quod non nimis ponatur quis in exercitio eius, & quando nimis ponitur. fo. xlij. F.

¶ Mercantiae licitae circumstantia legitimans rem vendibilem est triplex, videlicet vt non sit res spiritualis, & quod ad usum humanum fit apta, & quod fit in maculata. fo. xlij. G.

¶ Mercantiae legitimae quo ad legitimum precium, ponuntur quatuor regule, cum quodam notando eonsilio. fo. xlij. H. I.

¶ Ministri ecclesiae malicia an possit impedire effectum clauium, aut an bonitas eiusdem ad earum executionem requiratur: quae ritur. fo. lxxxj. A.

¶ Mirabile dignationis Dei recolitur in eucharistiae sacramento. fo. cxvij. B.

¶ Mirabile creationis quo ad eius initium, medium, & finem recolitur in sacramento eucharistiae. fo. cxvij. C.

¶ Mirabile redemptionis, quo ad eius initium, medium, & finem recolitur in sacramento eucharistiae. fo. cxvij. D.

¶ Misericordia Dei est magna circa peccatores, eos ad se trahendo mirabili modo. fo. cvj. E.

¶ Misericordia Dei est magna circa peccatores, eos vt ad se veniant, inuitando solemniter conuiuio. folio. cv. C.

¶ Misericordia Dei circa peccatores ex hoc apparet magna, quia ad remittendum culpam est facilis & prompta, & ad largiendam gratiam, est larga & plena. fo. cvj. F.

¶ Misericordia maior ostenditur, in peccatorum hominum defensione, & illorum comendatione ministro ecclesiae. fo. cvj. H.

¶ Misericordia Dei maxima ostenditur, in absolutione liberali peccatorum, quod subtiliter tetigit Christus dicens Magdalene, remittuntur tibi peccata tua, vade in pace. fo. cvij. k.

¶ Modus sumendi eucharistiam debitus designatur in modo comedendi agni paschalis. fo. cxix. k.

¶ Mori peccato, est bonorum. mori pro peccato, est solus Christi. mori in peccato, est malorum. folio. xxxv. I.

¶ Mori in peccatis, est excludere remedia retrahentia à peccato, ac mori in eorum continuatione. folio. xxxv. k.

¶ Mulierem adulteram quare Pharisei ad Christum deduxerunt, & non adulterum. Et quae fuit causa huius deductionis. fo. lxxx. H.

¶ Mulier plura retrahentia habet ab actu adulterij quam vir. fo. lxxx. I.

¶ Munditia corporalem Iudaei multum colebant, spirituales autem parum curabant. fo. lxj. k.

¶ Mundus est primus tyrannus in regione longinqua peccati. Et quid sit. Significatus in Laban. folio. liij. H.

¶ Mutui obligationem assignat Christus sub precepto, dum in dante est facultas, & in recipiente est necessitas. Et quae facultas, & quae necessitas debent esse, vt sit obligatio ad mutuandum. fo. xlv. D.

¶ Mutui dandi assignatur triplex intentio, videlicet charitatis, tepiditatis, & cupiditatis. pulchre declarantur. fo. xlv. D.

N

Nomina malorum diuitem in scriptura tacentur, quia indigni sunt nominari, nisi in singulari vago. fo. xlij. k.

¶ Nomina pauperum, & bonorum diuitem exprimentur in singulari signato. fo. xlij. k.

O

Obduratio spiritualis dicitur conformiter ad indurationem materialem. nam durum dicitur, quod est inhabile ad recipiendum, stabile ad permanendum, & forte ad resistendum. fo. lx. C.

¶ Obduratio duo importat principaliter, videlicet subtractionem gratiae, & haec pura poena est adeo. Et adhesionem culpae, & haec culpa est ab homine. fo. lx. D.

¶ Obdurationis peccatoris triplex causa esse potest, videlicet deficiens, scilicet liberum arbitrium. promerens, scilicet peccatum originale & actuale. & permittens, scilicet Deus. fo. lx. G.

¶ Obdurationis causa extrinseca est quintuplex

Index tertius propositionum principalium.

videlicet sollicitudo nimia rei secularis, frequēs flagellatio, migratio de aduersitate in prosperitatem, prauorum conuersatio & imitatio, atq; praelatorū negligentia. fo. lxj. I.

¶ Obſtacula ingreſſus regni cœleſtis (quæ nomine portatū deſignantur) tria ſunt, videlicet culpa, reatus ad poenā æternā, & debitū dimiſſum. ſupra quod miniſter eccleſiæ habet poteſtatē. fo. lxxix. C.

¶ Occaſiones peccati ſunt multiplicēs. quædā vt in pluribus per ſe inducentes, quædam de per acci dens, & quædam neutre. fo. lxxix. G.

¶ Odium Dei (vt dicit nolitionem eſſe Dei) non eſt poſſibile cadere in ipſum Deum, in quo nulla ratio mali inueniri poteſt, nec ſub tali ratione ab aliquo poteſt apprehendi. fo. xxxiiij. A.

¶ Odium Dei non poteſt haberi reſpectu ſuæ iuſtitiæ, (quæ etiā non poteſt apprehēdi ſub ratione mali) nec quo ad ſuum effectum, niſi in ordine ad deprauatam voluntatem alicuius. fo. xxxiiij. B.

¶ Odium Dei poteſt haberi reſpectu alicuius effectus contrarij voluntate deprauate, maxime repel lendo ea quæ retrahere poſſunt à peccato in quo homo eſt, iracundo illis, vt contrauenientibus vo luntati eius deprauate. fo. xxxiiij. C.

¶ Offenſa eſt ſecundum quod remanet in pecca tore tranſeunte actu peccati, & in ordine ad deum. folio. xlix. ante. C.

¶ Offerenda ſunt Deo aliqua tāq; debita, vt deci mæ, & primitiæ, quædam vt munera voluntaria. folio. lxj. L.

¶ Omiſſionis & comiſſionis peccati ponitur diffe rentia, quia vnum comittitur circa præcepta affir matiuā, alterum circa negatiuā, & differunt mate rialiter, non formaliter. fo. xxv. C.

¶ Omiſſio & comiſſio conueniūt. quia vtrūq; eſt peccatū mortale, & à deo ſeparatiuum. fo. xxv. D.

¶ Omiſſionis peccatum licet non ſit ita graue ſicut peccatum comiſſionis: nihilominus illud mul tum à Deo ſeparat, videlicet ratione facilitatis, con trarietatis, ſimilitudinis, & poenalitatis. fo. xxvj. F.

¶ Omiſſio quantum in ſcriptura euangelica re prehēditur à ſaluatore, patet multiplice exemplo. folio. xxvj. G.

¶ Omiſſio culpabilis quæ mala facit, euangelice oſtenditur. fo. xxvij. H. I.

¶ Opera bona præſcitorum quare efficaciter nõ præmiātur. quidam dicūt hoc prouenire ex appo ſito impedimento, videlicet peccato in quo decef ſerunt. Alij vero ex defectu in illis quia in agendis

operibus non plenæ diuinæ voluntati conforma bantur. folio. xiiij. F.

¶ Operatio circa iſta tēporalia vt ſit homini non diſſipatiua illorū, tria debet habere, videlicet bonā cōſcientiā, quæ in tribus cōſiſtit. Et debitā conue nientiā, ac debitam penmanentiā. fo. xxxix. L.

¶ Operationem circa iſta temporalia ante pecca tum habuit homo. In cognitionem creatoris, vt vires naturæ experiretur in meritum. Poſt pecca tum vero, habuit illam in exercitium merendi, & poenitentiale. fo. xxxvij. k.

¶ Operatio hominis dicitur eius, quia conuenit ei ſecundum illius inclinationem. fo. xxxix. L.

¶ Opera noſtra acceptantur ex tribus, videlicet ex fine quadruplici, ex intentione, & ex integri tate. folio. cxij. A.

¶ Orare cōuenit tribus, videlicet Chriſto in quā tum homo, cōprehenſori, & viatori. quæ in quan tum poenalis, eſt ſatiſſactoria. fo. xxx. G.

¶ Oratit Chriſtus ter prolixè, quaſi ſenſualitatis aduocatus, quaſi tranſire volens paſſionis ſuæ vir tutē in omnes, & quaſi paſſionis virtutem in præ deſtinatos tranſferens. fo. cxxv. R.

¶ Oratit Chriſtus in argumentum vere humani tatis, & vt pluribus modis nobis mereretur, & ex officio mediatoris, & vt effectum prædeſtinatio nis conſequeremur. fo. cxxv. Q.

¶ Oratio Chriſti eſt effectiua, exemplaris, & po ſtulatoria. fo. xcix. G.

¶ Orationis poenitentialis effectus ſeu fructus po nuntur. fo. xcix. G.

¶ Oſculum (quod eſt intrinſeci amoris ſignum) ſignificat tria quæ Chriſtus fecit cum diſcipulis in nocte vltimæ cenæ. fo. cxix. G.

P

¶ Panis nomine in ſcriptura intelligitur omne neceſſariū ad ſuſtentationē vitæ. fo. liij. C.

¶ Panis noſter dicitur Chriſtus, quia in eo conti netur omne neceſſarium ad ſuſtentationē animæ & corporis requiſitum. fo. liij. D.

¶ Panuū multiplicatio à Chriſto facta, quomodo operata fuerit, ſunt diuerſi modi dicēdi. fo. lxxiiij. R.

¶ Panis noſter quotidianus dicitur Chriſtus. folio. lv. H.

¶ Panes illi quinque ordeacei quibus ſatiauit Chri ſtus turbam famelicam, duplicem reſectionem de ſignant, quam Deus ſuis fidelibus tribuit, vnā poe nitentialem in via: & alteram beatificam in patria. folio. lxxj. A.

Index tertius propositionum principalium.

¶ Paſſionē ſuā ſecreto prædixit Chriſtus ſuis diſci pulis, ratione præcioſitatis, ac ne cæteri turbaretur, & occaſionem daret duobus petendi ſeſſionem ad dexterā & ſiniſtrā vt inde eos inſtrueret. fo. xl. N.

¶ Paſſionis ſuæ virtutem applicuit Chriſtus ſingu lis prædeſtinatis, quod deſignauit ille ſudor ſangui neus. fo. lxvj. F.

¶ Paſſio Chriſti principaliter duplicem habuit ef fectum ſiue actum, videlicet. vnus fuit mereri, & al ter ſatiſſacere, eo quod ſuppoſitum illud non ſo lum agebat merendo, ſed patiebatur. fo. xcj. A.

¶ Paſſio Chriſti fuit duplex. videlicet. interior, & exterior. & interior fuit maior, videlicet in ſeipſa, tē pore, attingētia, ſubiecto, & in merito. fo. cxxij. C.

¶ Paſſio Chriſti exterior oſtenditur acerbiffima, ex modo tradēdi ipſum crucifixorib⁹. fo. cxxiiij. D.

¶ Paſſionis Chriſti neceſſitas non fuit ſimpliciter & abſoluta, ſed fuit neceſſaria ex ſuppoſitione diui næ ordinationis. fo. cxxiiij. E.

¶ Paſſionis Chriſti cauſæ aſſignantur. videlicet. ex parte patris honor paternus. Ex parte Chriſti, redē ptoris, nominis acquiſitio. Et ex parte ſpirtuſſan ctū, hominum per amorem attractio. Ex parte cir cumſtantia peccati, humiliatio & poenalitas. fo. lxxij. F.

¶ Paſſio Chriſti quomodo fuit actus iuſtitiæ, cum fuerit, prolata ſententiā a non iudice eius: declara tur. fo. cxxiiij. G.

¶ Paſſiones & omnia quæ Chriſtus pro nobis aſ ſumpſit, ſemper in ipſo fuerunt voluntariæ. nec ad actus mouebant, niſi per actum Chriſti volunta rium. fo. cxxiiij. L.

¶ Paſſionis Chriſti duplex effectus, videlicet, quo ad ſufficiētiā & quo ad efficaciam: notatur in diſci pulis dimiſſis in principio horti, & alijs ſecū aſſum ptis. fo. cxxiiij. I.

¶ Paſſiones futuræ quas anima Chriſti ab inſtāti cōceptiois nouit in verbo aut p notitiā infuſam: nõ ſic experimentaliter redundarunt in ſenſualitatē, niſi dum cepit tedere, & pauere. folio. cxxv. M.

¶ Paupertas & omnium relictio non conſtituunt hominem in ſtatu perfectionis, ſed gradus charita tis ſecundum ſtatū, eſt tamen via & diſpoſitio opti ma ad perfectionem, & eſt perfectionis charitatis ſignum. fo. cxij. B.

¶ Paupertas in quantum deſicit à ſui & aliorum ſuſtentatione, non eſt bona: ſed in quantum mai us bonū poteſt per ipſam recompēſari. fo. cxij. C.

¶ Paupertas non quanto maior laudabilior, ſed quantum ad finem, ſcilicet, Deo baccandum eſt ex peditior. fo. cxij. D.

¶ Pauperes deberemus rogare vt à nobis eleemo ſynam reciperent, quadruplici ex cauſa. fo. cv. C.

¶ Peccatū veniale nullum eſt ex ſe, niſi in ordine ad diuinam imputationem, attendentem ad fragili tatem noſtram. fo. xxxiiij. M.

¶ Peccati venialis ex non imputatione, tantum obligamur Deo, quantum ex dimiſſione peccati mortalis, eo quod vtrumque (ſtante lege) excludit à gloria. fo. xxxiiij. N.

¶ Peccatum veniale nullum eſt, quin fiat morta le dum placet, quomodo intelligitur. fo. xxxiiij. O.

¶ Peccati mortalis à veniali differentia aſſignatur per quinque regulas. fo. xxxiiij. P.

¶ Peccati venialis damna ſunt, videlicet, priuatio duplicis vitæ, obligatio ad poenam ſecundum forū, diminutio feruoris charitatis, relaxatio potencia rum, & occaſio mortalium. fo. xxxiiij. Q.

¶ Peccatum volūtatis, & operis exterioris prout coniuēt aſſunt, & ad vnū ordinantur ita quod vnū prouenit ex alio: non faciunt diuerſa peccata, ſed vnum peccatum. fo. xxxv. A.

¶ Peccatum in ſpirtum ſanctum non dicitur eo quod in perſonā ſpirtuſſancti comittitur ſolum: ſed ratione motiui, videlicet, malitiæ, bonitati ſpi ritui ſancto attribute contrariatur, aut opponitur. & declaratur pro doctis, & indoctis. fo. xxxiiij. D.

¶ Peccatum in ſpirtum ſanctum quantum ſit gra uiſſimum: patet, ex ipſa tranſgreſſione, contra neta te, & repulſa. fo. xxxiiij. E.

¶ Peccati in ſpirtu ſanctū grauitas oſtenditur, quia repellit ſex quæ retrahere poſſunt hominem à peccato. Duo ex parte Dei, duo ex parte homi nis, & duo ex pte eccleſiæ aut pximi. fo. xxxiiij. F.

¶ Peccatum in ſpirtum ſanctum dicitur irremiſ ſibile, quod poteſt tripliciter intelligi, videlicet, ne gatiuæ, priuatiuæ, aut contrariæ. fo. xxxiiij. G.

¶ Peccati in ſpirtu ſanctū malignitas eſt, quia ex cludit illa p quæ ſit remiſſio. Tū quia habet anne xum cauſam non remiſſionis. Tum quia exſiccet fontem poenitentiæ, Tum quia paucos videmus iu ſto dei iudicio obtinuiſſe remiſſionē. fo. xxxiiij. G.

¶ Peccatum ad mortem, pro quo non eſt oran dum (vt dicit beatus Ioannes) non intelligitur de aliquo peccato hominis exiſtentis in via, ſed inſi nuat malignitatem peccati in ſpirtum ſanctum. fo. xxxiiij. H.

¶ Peccati in ſpirtum ſanctum malitia & agraua

B vj

Index tertius propositionum principalium.

tio: euangelicæ ostenditur à Christo. fo. xxxiiij. I.
 ¶ Peccator post actum peccati ligatur tribus laqueis. videlicet culpa, poenæ, & creaturæ. fo. l. I.
 ¶ Peccatori, qui diu iacuit in peccatis, & cōluctudinariis est in illis, optimus ordo est, vt suam poenitentiam incipiat à timore. fo. lxxiiij. D.
 ¶ Peccatum non dimittitur sine poena, vel aliquo equiualeuti in acceptatione diuina. fo. clx. G.
 ¶ Peccata semel missa adeo in reciduiate non redeunt, & opera semel adeo acceptata, & per peccatum sequens mortificata, in poenitente recuperantur. fo. cx. M.
 ¶ Peccatum actuale licet sic grauius originali, si cōpareretur ad personam: tamē originale grauius est si compareretur ad naturam. fo. cxv. F.
 ¶ Poenam punitiuam non est inuenire, sine culpa precedente. probatur inductiue, de poena inferni, purgatorij, iustorum, & Christi, qui pro culpis nostris punitus est. fo. xlix. E.
 ¶ Poena correspondens peccato mortali, quod sit in reatu æterna: patet. Tum ratione præferentiæ, Tum ratione transgressiōis. fo. xlix. F.
 ¶ Poena in sua ratioe includit tria, videlicet, quod sit inuoluntaria, afflictiua, & ex culpa. fo. l. G.
 ¶ Poenæ in reatu sunt inæquales, eo quod sequuntur culpas inæquales. quarum maioritas prouenit ratione facilitatis, de ordinationis, motiui, comparationis, & nobilitatis. fo. l. H.
 ¶ Poenitentię delectiue tempus præfixum est vsq; ad vltimum instans mortis. fo. lvij. D.
 ¶ Poenitentię serotinæ in efficaciam ostenditur ex quatuor quæ ad fructuosam poenitentiam requiruntur. quæ in fine vitæ vix haberi possunt. quorū primum est integritas rationis, qui illo tunc haberi non potest regulariter. fo. lvij. E.
 ¶ Poenitentię fructuosæ secundum requisitū est circumstantia principij elicitui, scilicet, libertas voluntatis. quæ in fine vitæ haberi non potest. fo. lvij. F.
 ¶ Poenitentię fructuosæ tertium requisitum est circumstantia finis, scilicet, Deus dilectus super omnia. quod in vltimo fine vitæ ab isto haberi non potest. fo. lvij. G.
 ¶ Poenitentię fructuosæ quartum requisitum est auersio à creatura, quæ in fine vitæ haberi non potest. fo. lvij. G.
 ¶ Poenitere in extremis si quis actu elicitō se determinat: exponit se periculo amissionis salutis æternæ & mortaliter peccat. fo. lvij.
 ¶ Poenentiā pro crastinās ipso facto se determi-

nat non poenitere nisi in extremis. fo. lvij. I.
 ¶ Poenitere in extremis sibi promittēs, perditionē sibi promittit. Tū quia vsurpat, quod Dei propriū est. Tum quia suę iniquitatis Deū cooperatōrē facit. Tū quia tēpus sibi ad poenentiā concessum, in cōtumeliā sui creatoris expēdere, pponit. fo. liij. k.
 ¶ Poenitētia interior est homini necessaria ad ei⁹ conuersionē ad Deū. sine qua nec bona voluntas sufficit, nec charitas, nec cōuersio ad Deū, nec gratia, probatur. fo. lxxij. A.
 ¶ Poenitentia interior est necessaria homini peccatori ex ipsa institutione. fo. lxxij. B.
 ¶ Poenitentia interior est fundamentum totius poenitentialis exercitij, fo. lxxij. F.
 ¶ Poenitētia interior originatur ex timore. cuius sunt tres actus, videlicet, huius, spei, & confidentiæ. fo. lxxij. D.
 ¶ Poenitētia interioris originis est multiplex causa, videlicet, effectiua, Deus. dispositiua, liberū arbitrium. illuminans, fides. inclinans, spes, & reuocās, timor. fo. lxxij. E.
 ¶ Poenitētia incipiēs ab amore, licet sit perfectior modus: tamen quæ incipit à timore est remedium ordinatius, & securius. fo. lxxij. F.
 ¶ Poenitentię procedentis à timore, & ab amore modus declaratur euangelicæ. fo. lxxij. H. I.
 ¶ Poenitentiā virtutē delectiuā non cognouerunt philosophi, quāuis de omni virtute tractauerint: nisi hilominus ipsa virtus est, & illi ratio virtutis conuenit, & pertinet ad iustitiam. fo. lxxv. A.
 ¶ Poenitētia inuenitur in oibus, videlicet, in his quibus quā peccauerūt, in habitu. In beatis, quo ad effectū. In uiatorib⁹ in actu vel in reatu. In Christo in via, in efficiētia. vt nostra esset sufficiens. fo. lxxv. B.
 ¶ Poenitentia omnes effectus reuocat. quomodo intelligitur. fo. lxxvij. L.
 ¶ Poenitētia sacramētum institutū est, vt cōtritionis tollatur occasio desperandi nescientibus an gradū cōtritionis sufficientis attigerint, & vt ab eis tollatur scrupulus, & vt impleatur votum in contritione emissum. fo. lxxvj. A.
 ¶ Poenitentię sacramentum habet tria, videlicet, id quod est sacramentum tantum, rem significatam per sacramentum, & rem sacramenti tantum, scilicet, peccati remissionem, & gratiæ collationem. fo. lxxvj. D.
 ¶ Poenitentia per sacramentum dimittitur peccatum. si per. potest dicere plura quæ ibi declarantur. fo. lxxvj. F.

Index tertius propositionum principalium.

¶ Poenitētia sacramēti administratione, si adest gratia, illā significat, aut auget, si non adest: cōfert illā & totam aut partem poenæ aufert secundum dispositionem suscipientis. fo. lxxvij. G.
 ¶ Poenitētia sacramētū diffinitur p quinq; particulis. que declarantur pulchræ. fo. lxxvij. H.
 ¶ Poenitentia in sacramento de gratiā collata poenitenti, ponitur admiratio. Euangelicæ. & inulticę. fo. lxxvij. & lxxvij. I. k. L.
 ¶ Poenitens licet nō resurgat ad perfectiōrē statū illo quē ante peccatū habuit: potest tamē resurgere, ad maiorem gratiam. fo. cix. C.
 ¶ Poenitēs post lapsum secundū quosdā resurgit ad tantā gratiā quantā eius dispositio meretur. Secundū alios, iuxta conatū, aut intensiōē actus poenitentia. fo. cix. D.
 ¶ Poenitēti resurgētī à peccato, duplex datur gratia, altera quæ est simul cū cōtritione, & hæc respōdet dispositioni. Altera in sacramento absolutionis, & hæc respondet intensiōi gratiæ poenitentia, & contritionis. fo. cix. E.
 ¶ Poenitentem an contingat cadere à vera poenitentia? Et si cadit: an illa fuerit vera poenitētia? Queritur. fo. cix. G.
 ¶ Poenitentē nō cōtingit cadere a vera poenitentia, vt vera dicit finalē & perfectā poenitentiā, contingit tamen cadere a vera poenitentia: vt vera dicit omnia quæ ad poenitentiam delectiuam requiruntur. fo. cix. H.
 ¶ Poenitētia est iterabilis, nō autē baptismus. quia baptismus est contra morbū irreiterabilem, poenitentia vero contra iterabilem. fo. cx. I.
 ¶ Poenitētia non totum effectū habet à passione Christi, sed partim a libero arbitrio hominis. ideo non tota poena remittitur in ea sicut in baptismo, pulchræ. fo. cx. k.
 ¶ Poenitēti restituntur opera. non mortua, sed quæ per peccatum mortificata fuerunt. fo. cx. L.
 ¶ Poenitens regulariter ad plura opera resurgit, quam antea habuit. fo. cx. M.
 ¶ Perditio duplex. vna bona, qua boni in hac vita bene perduntur pro Christo: altera mala, qua mali male perduntur. fo. cxlvij. I.
 ¶ Perditio bonorū diuitū est perdere lucrū tēporale, vt acquirāt æternū. malorū vero, est perdere animam & bona temporalia quibus tertius heres non gaudebit. fo. cxlvij. I.
 ¶ Perfectio hominis completa non solum consistit in actu primo eius: sed etiam in actu secūdo. vt

deductiua probatur. fo. xxxvij. I.
 ¶ Petrus quid intellexit dicēs. domine si vis, faciamus hic tria tabernacula. fo. xxxix. G.
 ¶ Pores quos peccator in regione peccati pascit, sunt quinque sensus inordinate se habentes circa sua obiecta. fo. lvj. B.
 ¶ Portio spiritualis & gratuita, consistens in fide, spe, & charitate: est homini necessaria in via. folio. xxxvij. In principio.
 ¶ Portionem liberi arbitrij dissipant mali ecclesiastici atque religiosi vota emittentes, videlicet, in ingressu, scilicet dum intratur fauore, & in omni parte. Et in progressu, scilicet non faciendo quod officij & status obligat, Et in fine, percipiendo, & expendendo male fructus. fo. xxxvij. D.
 ¶ Portio substantiæ: quæ homini contingit, est triplex, videlicet, naturalis, temporalis, & spiritualis, seu gratuita. fo. xvij. A.
 ¶ Possessor diuitiarum cum magna difficultate intrat ecelum. fo. cxv. F.
 ¶ Potestas dominandi accipitur tripliciter, videlicet largissime (vt dicit potestatem vtendi omni re ad libitum) ac propriæ (vt dicit excellētiā super alia) & propriissime (vt dicit potestatem coercitiuā in subditos) & hæc introducta est ex peccato. fo. l. E. F.
 ¶ Potestatem triplicem habuit Christus super corpus mysticum ecclesiæ, videlicet, autoritatis, excellentiæ, & ministerij. quam solam cōmunicauit hominibus ab eo dicatis. fo. lxxix. A.
 ¶ Potestas ministerij (quæ clauis appellatur) à corporalibus summi debet eius analogia. fo. lxxix. B.
 ¶ Potestatem remittēdi peccata cōmittendo Christus apostolis, dicens, Quæcunque solueritis super terram, &c. quidam dicūt fuisse ibi distributionem accommodam. At vero sacerdos nō potest illa vt in quatuor casibus, videlicet, si non adest contritio aut attritio, & vbi adest excommunicatio, ac dū deficit, iurisdicō, & ex defectu discretionis. fo. lxxx. H.
 ¶ Potestas clauis radicaliter & inseparabiliter sequitur caracterem sacerdotalem & quātum ad effectum, sed quo ad vsum, requirit statum & iurisdictionem. fo. lxxxij. B.
 ¶ Potestas clauis, licet in sua executione (quo ad ea quæ sunt de necessitate) non requirat bonitatem personalem in ministro: tamen quo ad idoneitatem exercitij & vsum, requiritur. fo. lxxxij. C.
 ¶ Potestatem clauis antequam cōmitteret Christus Petro, quæ fuit ab eo bonitatem personalem. quia licet malus minister non possit auferre libera-

Index tertius propositionum principalium.

litate Dei in suo sacramento: tamen (si bonus est) multum prodest suscipienti illud. fo. lxxxij. D.

¶ Potestas clavis quo ad executionem & corpus Christi multum data fuit etiam Thomae absenti in die sancto Paschae. fo. lxxxij. C.

¶ Potestas ecclesiastica prima sui diuisione diuiditur, in potestatem ordinis, & iurisdictionis. folio. lxxxij. A.

¶ Potestas ordinis rursus diuiditur, in potestatem supra corpus Christi verum: & supra corpus Christi mysticum. fo. lxxxij. A.

¶ Potestas iurisdictionis est duplex, videlicet, vna in foro interiori. Altera in foro exteriori (quae coercitua est) & dicitur excommunicatio. fo. lxxxv. B.

¶ Potestatem super corpus suum mysticum conuulit Christus apostolis & ecclesiae in die sancto Resurrectionis, tam praesentibus apostolis quam absentibus. fo. cxxxj. k.

¶ Praecium reuendibilis ex multis attendi debet, aut ex determinatione legislatoris, aut communitatis, aut ex arbitrio boni viri. Et quod sit illud arbitrium. fo. xlij. I.

¶ Predestinatione licet non supponat merita (secundum sanctum Thomam) non tamen est sine meritis. Secundum vero Scotum, etiam merita cadunt sub praedestinatione. fo. xl. P.

¶ Praedicationis Euangelij autoritatem contulit Christus apostolis in die sancto Resurrectionis. folio. cxxx. I.

¶ Praeesse ad bonum subditorum laudabile est, ut vero subijciat aliquem ad bonum proprium: degenerat a vero principatu. fo. xlj. P.

¶ Primatum in Christi ecclesia, non est habere dominium: sed seruitutem. fo. xlj. Q.

¶ Primatum isto tempore praecipue, nedum appetere, sed etiam habere non multum reputatur laudabile. fo. xlj. Q.

¶ Principes & ciuitatum rectores non obuiantes (cum possunt) ludis prohibitis, peccant mortaliter (secundum quosdam) Et tenentur ad restitutionem: si lucrantes non sunt in soluendo. fo. cij. N.

¶ Purgatorium esse, probatur autoritatibus, & ratione efficacissima. fo. lxxxij. G.

¶ Purgatorium generale esse in visceribus terre, ostenditur, quauis ex diuina dispensatione aliquibus aliud assignetur particulare. fo. lxxxij. H.

¶ Purgatorij quatuor sunt poenae, videlicet, careria visiois diuinae ad tempus, afflictio de mortis irridetis pro negligentia (secundum aliquos) ignis materialismi

rabilis actio, & ex amicorum negligentia. fo. lxxxij. I.

¶ Purgatorij suffragia sunt quatuor, videlicet, oblatio sacerdotum, praesces sanctorum, eleemosynae charorum & ieiunia cognatorum. fo. lxxxij. k.

¶ Purgatorij praecipuum suffragium est potestas sacerdotis euangelici, videlicet, per modum intercessionis, & ut ecclesiae minister, & ut existens in charitate. fo. lxxxij. L.

Q

Queritur Christus? & non inuenitur, aut quia quaeritur ubi non est, aut quia male quaeritur. fo. xxxv. I.

¶ Quatuor sunt sibi inuicem contraria, quae impleri que inueniuntur, videlicet, in doctoribus, iudicibus, confessoribus & praelatis. fo. xxxvij. E.

R

Reatus est tertium quod remanet transeunte actu peccati. Et est in ordine ad poenam, & poenas quid attenditur. fo. xlix. C.

¶ Recellus a deo per peccatum ponitur triplex actus, videlicet, abire in consilio impiorum, stare in via peccatorum, & federe in cathedra pestilentiae, significatione in tribus mortuis a Christo suscitatis. fo. xxxij. G.

¶ Recellus a deo non fit gressibus corporis, sed mentis & voluntatis. fo. xxx. A.

¶ Receptionis Christi in Hierusalem mystica declaratur. cxvj. L.

¶ Recuperasse Christum omnia quae in passione pro nobis exposuit euangelice notatur. f. cxxxij. N. O. P.

¶ Relinquentes omnia propter Christum & eum sequentes suo modo consequuntur praemium apostolorum, videlicet, ut in iudicio sint iudicantes. fo. cxv. F.

¶ Res exteriores considerantur secundum suam naturam Dei solius sunt. Si vero secundum usum in finem suae productionis, omnium hominum sunt, sine differentia, ut quilibet illis utatur ad suam utilitatem secundum legem a deo praefixam. fo. xlj. R.

¶ Res exteriores licet possideantur ut propriae ad propriam utilitatem seu necessitatem, ultra illam communia sunt, ut egentibus ministrentur. fo. xlj. S.

¶ Res exteriorum appropriatio legitime facta est, triplici ratione, videlicet, ad exhibendam sollicitudinem, & melius, ad expellendam negligentiam, & ad excludendam maliciam, ad euitandam inimicitiam. fo. xlj. T.

¶ Resu appropriatio post lapsum fuit iusta, communi omnium consensu introducta, lege diuina approbata, & euangelica ac apostolica ratificata. fo. xlij. A.

¶ Res exteriores non sunt hominibus ita appropriatae: quin in alium transferri iuste possunt tripliciter, videli-

Index tertius propositionum principalium.

cet, translatione mere liberali, ut in donatione. aut non simpliciter liberali, ut in emptione & mutuo. fo. xlij. B.

¶ Restitutio de certis, & ab illo qui potest, tenetur fieri ante confessionem, quod probatur quadruplici ratione, videlicet, continuationis, contritionis, ligationis, & anticipationis. fo. c. B.

¶ Restitutio est necessaria sex duplici ratione, videlicet, proprietatis, promissu, precepti, iustitiae, debiti, & euasione damnationis aeternae. fo. c. Et. fo. cij. C.

¶ Restitutio, licet in casu possit deferri, tamen nunquam licet penes illum qui debet restituere, retineri. fo. cij. D.

¶ Restitutiōis diffinitio assignatur, & declaratur. fo. cij. E.

¶ Restituere qui tenentur, ponitur. fo. cij. F.

¶ Restitutiōi tenentur. Primo, praecipientes. Secundo, consulentes. Tertio, consentientes. Quarto, recipientes furem in domo. Quinto, non impediētes. Sexto, occasione dantes. Septimo, iudicantes. De quo vide resolutam materiam, & plurimum ponderandam. fo. cij. F.

¶ Restituere obligatus habita licentia seu absolute mere liberaliter concessa, non desperata, nec interpretata, liber erit. fo. cij. R.

¶ Restitutio debet fieri de bonis corporis, & secundum damnificationem, & ad quid obligatur, declaratur. fo. cij. V.

¶ Restitutio debet fieri de bonis temporalibus, & de quibus ponuntur regulae. fo. cij. S.

¶ Restitutio famae (quae inter bona spiritualia potest computari) iuxta damnificationem quomodo debet fieri. fo. cij. X.

¶ Restitutio debet fieri de bonis animae. Et ponitur modus. fo. cij. T.

¶ Restitutio euangelica, & mystica ponitur. folio. cij. Y. Z.

¶ Resurrectio Christi non debuit omnibus esse manifesta, sicut fuit passio, propter aliqua quae ponuntur. fo. cxxxj. L.

¶ Resurrectio Christi manifesta est ipsis fidelibus in diuersis figuris, & quare. fo. cxxxj. M.

S

Sacerdos euangelicus plus facit absoluendo poenitentem, quam legalis faciebat ostendendo leprosum fore mundatum a lepra. fo. lxxvj. B.

¶ Sacerdos euangelicus non potest pro libito suo ligare & soluere poenitentem. Sed seruatis quibusdam. fo. lxxxij. F.

¶ Satisfactio quo ad vocabuli significationem quid

importat. fo. xcj. A.

¶ Satisfactio secundum Anselmum est redditio aequivalentis aliam indebiti declaratur. fo. xcij. B.

¶ Satisfactionis debitum potest attendi dupliciter, aut secundum decentiam, aut necessitatem. ponitur notabile. fo. xcij. C.

¶ Satisfactio habet sex opera super erogationis, de quibus potest fieri, quae sunt, tristitia de peccatis concomitans, iterata confessio, erubescencia, corporalis afflictio, oratio cum sibi annexis, & eleemosyna cum secum comprehensis. fo. xcij. D.

¶ Satisfactionis aequivalentia non debet summi secundum iustitiam distributiuam strictam, sed secundum aequivalentiam in acceptatione diuina. fo. xcij. F.

¶ Satisfactio poenitentialis non est relaxatio, sed propria satisfactio supposita diuina acceptatione, & possunt concordari doctores circa hoc. fo. xcij. G.

¶ Satisfactionis poenitentialis possibilitas prouenit a pluribus, videlicet, principaliter a diuina acceptatione, a penalitatibus Christi, ab opere poenali voluntariae assumpto, & ab arbitrio sacerdotis poenitentiam taxantis. fo. xcij. H.

¶ Satisfactio diffinitur magistraliter, & clausulae declarantur. fo. xcij. I.

¶ Satisfactionis mysticatio ponitur euangelica. fo. xcij. k.

¶ Satisfactionis ratio proprie non sumitur ex parte operis, quia quodcumque tale est debitum, sed ex parte acceptationis diuinae. fo. xcviij. A.

¶ Satisfactio in mortali facta an valeat, Sunt quidam dicentes quod non, sed tenetur iterum adimplere. Alij, quod hoc intelligitur de illo qui sciēter est in mortali. Alij, quod verum est in operibus quae non relinquunt effectum aliquem, Alij, quod si adimplet, non tenetur iterum adimplere. fo. xcviij. B.

¶ Satisfactio quae fit Deo, tenetur adimpleri in gratia, eo quod non solum est satisfactoria: sed etiam reconciliatiua, illa vero quae fit proximo: non oportet. fo. xcviij. C.

¶ Satisfactionem debite cupiens adimplere, attendere debet, ad voluntatem arbitri sacerdotis a quo est imposta. fo. xcviij. D.

¶ Satisfactionem imponens habet optimum consilium, ut poenitentem circa illius adimplerionem in perplexitate, non ponat. fo. xcviij. E.

¶ Satisfactionis in generali sumptae quauis sint plura opera: tamen strictae sumptae sunt tria, quae omnia alia comprehendunt, videlicet, eleemosyna, oratio, & ieiunium. quarum sufficiencia sumitur ex quibus, fo. xcviij. E.

Index tertius propositionum principalium.

- ¶ Satisfactorium quod sit magis, videlicet, an elemosyna, ieiuniū, an oratio, & quomodo se habent vt excedentia & excessa. fo. xcix. k.
- ¶ Scripsit Christus ante liberationē mulieris adulterę. Tum vt ostēderet grauitatem in iudicijs. Tum vt spaciū respiciēdi accusantibus daret. Tum vt ostendat non querere aliquorum confusionem. Tum vt cognosceretur illa an cessasset à peccato. fo. lxx. k.
- ¶ Sedes filij Dei veniētis in sede maiestatis suę designat (secundum quosdam) æqualitatē patris. (secundum alios) formam gloriosam in qua ab hominibus videbitur. (secundum alios) iudiciariam potestatem. fo. xvij. L.
- ¶ Sedent quidam in cathedra, quidam sub cathedra, & quidam super cathedram. fo. xxxvij. E.
- ¶ Sensualitas & concupiscentia, quid sit, & eorum differentia. fo. iij. B.
- ¶ Sensualitatem habuit Christus, & non concupiscentiam. fo. iij. C.
- ¶ Sensualitatis motus licet de se non sit mortalis, nec venialis: vt tamen regulabilis à ratione, potest esse venialis. Et quibus modis regulatur. fo. iij. E.
- ¶ Sensualitatis motus vt regulētur, ponūtur duę regulę euangelicę, altera negatiua, altera affirmatiua. fo. v. G.
- ¶ Sensualitas & concupiscentia quid sit, & eorum differentia. fo. iij. B.
- ¶ Sensualitatem habuit Christus & non concupiscentiam. fo. iij. C.
- ¶ Sensualitatis motus licet de se nō sit venialis nec mortalis: vt tamen regulabilis à ratione, potest esse venialis, & quibus modis potest regulari. fo. iij. E.
- ¶ Sensualitatis motus vt regulentur, ponūtur duę regulę euangelicę, altera negatiua, altera affirmatiua. fo. v. G.
- ¶ Sepultura quid defunctis prodest. fo. lxxxiiij. N.
- ¶ Sepelire defunctos est magni meriti apud Deū. fo. lxxxiiij. O.
- ¶ Sequelę Christi assignātur tria, videlicet, actus, gradus, & fructus. fo. cxij. E. F.
- ¶ Seruitus non est secundum institutionem naturę, sed secundum punitionem culpę. fo. lj. E.
- ¶ Seruorum tria genera applicantur in bonum, & in malum. fo. lj. G.
- ¶ Seruorum tria sunt genera, videlicet, originarij, empticij & conducticij, qui mysticę applicantur ad illos qui peccato seruiunt. fo. lj. G.
- ¶ Seruientes peccato subijciuntur tribus tyrannis

- designatis in Iacob, & filijs Israel, & Dauid, seruiens tibus, tribus tyrannis, videlicet, Laban, Pharaone, & Saule circa quos tempus seruitij male expenderunt. fo. lij. H.
- ¶ Seruus non mouetur proprio arbitrio, sed domini cui seruit applicatur moraliter. fo. lij. I.
- ¶ Signa vt quis sit liber à peccato, euangelicę ponuntur. fo. lij. N.
- ¶ Signum filijs innocentibus ac cum patre permanentibus assignat Christus signum reginę sabba. fo. xxij. D.
- ¶ Signum pœnitentibus, qui à patre recesserunt, assignat saluator signum Ionę & niniuitarum. fo. xxij. E.
- ¶ Signum filijs obstinatis, assignat signum immūdi spiritus. fo. xxij. F.
- ¶ Siliqua dicitur secundū quosdam folliculi & purgamēta leguminum. Secundum alios est quoddam genus fructus, quo porci pascuntur. secundum vero alios est quædam arbor, ad hunc cibum bene apta. fo. lix. A.
- ¶ Simoniacus magnam iniuriam irrogat Deo, ratione triplici. fo. xxxvij. D.
- ¶ Simoniaca pecunia est in perditionē triplicem ipsi simoniaco. fo. xxxvij. D.
- ¶ Sinus dicitur locus securus & quietus Abrahę, non quia primus ad illum venerit: sed quia primus pater fuit omnium credentium. fo. xliij. M.
- ¶ Spes assignatur triplex, videlicet, maledicta, fallax, & theologica, quę est quædam miraculosa cōfidentia. fo. v. I.
- ¶ Spei certitudo ex parte dei prouenit ex quinque, atque ex parte hominis & eius liberi arbitrij ex quatuor. fo. xi. k.
- ¶ Spes est expectatio futurę beatitudinis, certa, ex gratia & meritis proueniēs, quomodo intelligitur. fo. xi. L.
- ¶ Spes in nobis prouenit ex triplici causa, videlicet efficiente, adiuuante, & disponente. fo. xj. A.
- ¶ Spei quatuor effectus in nobis, videlicet, causare delectationē, producere in opere dilectionē, & perficere operationē & aluiare laborē. fo. xij. B.
- ¶ Spolia victorię passiois Christi partiti sunt Christus & virgo equis portionibus in resurrectione, applicatiue ponitur. fo. exxix. C.
- ¶ Substantię temporalis dissipatio designatur in tribus circumstantijs diuitis epulonis. fo. xliij. k.
- ¶ Sudor sanguineus Christi in terram decurrēs & guttę sanguinis, interiorē applicationē virtutis pas-

Index tertius propositionum principalium.

- passionis Christi circa prædestinatorum merita explicuit, iuxta gradus diuinę prædestinationis. fo. lxxiiij. I. Secundum assignationem. Secundum veritatem. fo. cxxvj. T.
- ¶ Temporalis substantię vsus est homini concessus a deo, & eius abusus interdictus. fo. lxxix. G.
- ¶ Temporalia aduersa aliquando concedit Deus iustis, videlicet, vt exercitentur, illuminentur, conseruentur, & vt spiritualia gustent. fo. xix. H.
- ¶ Temporalia prospera dantur a deo aliquando malis hominibus, scilicet, vt attrahantur, vt illis satisfiat, Itē peioribus, velut signa despectiois, exercitationis, & punitionis, Itē pessimis in signum in-tricationis, confusionis, & damnationis. fo. xix. I.
- ¶ Temporalis substantię portio dissipatur in exercitio penes defectum, videlicet, non ordinando illā ad id, ppter quod à largitore data est. fo. xl. M.
- ¶ Temporalis substantię portio dissipatur penes excessum diuersimodę. fo. xl. N.
- ¶ Temporalis substantię dissipationem in defectu, & excessu ostēdit Christus euāgelicę. fo. xl. O.
- ¶ Testimonium quod esset Deus, noluit Christus à dæmone recipere. Tum quia non vult testimonium a lingua fœda. Tum ne eius dictis fides in aliquo adhibeatur. Tum vt nemo à dæmone expectet aliquam veritatem. fo. lxx. k.
- ¶ Thesaurus ecclesię dispensandus ab eius supremo Ierarcha in potestatis plenitudine, & à ministris secundum commissionem sibi factam, vt sit inexhaustibilis, hoc principaliter prouenit ab excessiuis in pœnalitatibus Christi, quarum qualibet fuit virtutis infinita. fo. xcvi. D.
- ¶ Thesaurus ecclesię huiusmodi prouenit etiam ab excessiuis pœnalitatibus virginis, & aliorū sanctorum martyrum, & omnium in charitate pro Christo patientium. fo. xcvi. E.
- ¶ Thesauri ecclesię dispensatio prouenit a dispensante, vt tantum de illo detur, quantum ipse dispensator concesserit. Interuenientibus quatuor, videlicet, autoritate in dispensante, charitate in recipiente, pietate in causa, & effectu in opere assignato. fo. xcvi. G.
- ¶ Thesauri ecclesię dispensatio originaliter prouenit ex cōmissione illi plenissima concessa sine aliqua cōditione, vt ex euāgelio deducitur. fo. xcvi. F.
- ¶ Thesauri ecclesię dispensatio (quę indulgentia dicitur) non se extendit directe in culpam, nec

- ad deletionem maculę aut offensę Dei, nec ad reatum pœnę æternę, quia hæc à solo Deo principaliter, & à ministro ecclesię ministerialiter remittuntur. fo. xcvi. H.
- ¶ Thesauri ecclesię dispensatio, vt tanta sit, quantum in bulla dispensationis continetur, & sonat: quomodo intelligitur. fo. xcvi. I.
- ¶ Thesauri ecclesię dispensatio, videlicet, plena, plenaria, & plenissima pro eodem reputatur, nisi quis velit intelligere, secundum intelligentiam quę assignatur. fo. xcvi. k.
- ¶ Thesauri ecclesię dispensatio prodest illis qui sunt idonei ad recipiendum illum: non autem habentibus aliquod quatuor impedimētorum, videlicet defectum fidei, defectum gratię, defectum capacitatis, scilicet, quia est excommunicatus, & defectum contritionis & confessionis, Sin indulgentia seu bulla ponitur. fo. xcvi. L.
- ¶ Thesauri dispensationis in capax euangelicę ponitur. fo. xcvi. M.
- ¶ Timore gehennę plures reuocantur à peccato, quam amore glorię. fo. lxxij. F.
- ¶ Transfigurati dicit aliquam rem ultra terminum, & cū priori figura aliquid addi. fo. xxvij. B.
- ¶ Transfigurationis gloria quare sic ostenditur, videlicet, ex parte subiecti, in corpore impassibili & mortali, & ex parte modi, & ex parte loci, & cetera. fo. lxxvij. C.
- ¶ Transfigurationis ostensę discipulis motiuum fuit, vt vnica ostensione mōstraret Christus quod opera nostra non sunt hic aliquo præmio temporarii remunerabilia. Et quod medium obtinēdi præmium sunt pœnalitates hic patienter tollere. fo. lxxvij. D.
- ¶ Transfiguratione duo celebrantur miracula. Vnum, circa existentiā illius glorię in corpore passibili & mortali, de quo ponuntur plures modi dicendi. fo. lxxvij. E.
- ¶ Transfigurationis aliud celebratum miraculum fuit, in hoc quod loquebantur de excessu passionis eius quadruplici. fo. lxxix. H.
- ¶ Transfigurationis glorię conuenientia & differentia cum gloria corporis gloriificati, in tribus ponitur. fo. lxxxix. F.
- ¶ Transfigurationis gloriā ostendit Christus solistribus, qui omnes (quibus communicari debet) significant. fo. lxxxix. I.
- ¶ Tributa à Christo assumpta pro peccatis omnium fuit magna extensio, & intensio. Cuius ma-

Index tertius propositiōum principalium.

gnitudo processit ex multitudine peccatorum, ex claritate cognitionis malitiæ eorum, & ex granditate diuini amoris. fo. lxxvj. E.

¶ Tristitia qua anima Christi tristis fuit vsque ad mortem: fuit magna intensiue, & extensiue vsque ad mortem durans. fo. cxxv. N.

¶ Tristitiæ animæ Christi magnitudo fuit ex multitudine peccatorum de quibus tristabatur. Et ex clara illorum cognitione. Et ex magnitudine dilectionis Dei offensi. fo. cxxv. D.

¶ Tristitiæ Christi magnitudo fuit ratione finis, quia tantum tristabatur, quantum fructus passionis exposcebat. fo. cxxv. P.

V.

Magatio mundanorum potest dici aut contingere, videlicet, in cognitione creaturarū circa credenda, speranda, operanda, & quæ ad statum pertinent. circa Dei beneficia, circa inquisitionem propriorum defectuum. Similiter contingere potest in affectu & voluntate. fo. xxij. C.

¶ Vagus dicitur qui terminū itineris sui non prefigit, aut si præfigit, nō tamen vltimate ibi quietit. fo. xx. In fine.

¶ Vagus dicitur homo aliquid intendens: non tamen verum constituit finem suæ operationis. fo. lxxj. L.

¶ Veritatē corporis ostendit se recuperasse Christus in resurrectione, ex ostensione vulnerum. fo. lxx. E.

¶ Verba Christi erant plena gratia, originaliter, materialiter, formaliter, finaliter, & causaliter. fo. lxx. L.

¶ Viam duplicem Deus instituit vt peccator amissam gratiam recuperaret. vnam pro sufficienter contritis, videlicet, ipsam contritionem. alteram pro insufficienter contritis (attritis tamen) scilicet susceptionem sacramenti poenitentiae. fo. lxx. xvj. C.

¶ Viator dicitur Christus, similiter & nos dicimur viatores. Sed nos sumus in via: Christus autem secus viam esse dicitur ab euangelista. fo. j. C.

¶ Videre est triplex, videlicet, cognitionis, punitionis, & approbationis. fo. primo. A.

¶ Villa demonis (id est vulgariter dicta granjeria) sunt mundi voluptates. fo. lxx. A.

¶ Vineam statum ecclesiae designat, seps, legem euāgelicam, torcular, circumstantiam, eius. Turris, altitudinem & eminentiam charitatis qua proximorum necessitates speculamur. fo. xlviij. G.

¶ Vineatorum ecclesiae sunt duo mala, videlicet,

vnum quia suo tempore fructum debitū Deo non reddunt: alterum quod Christi seruos corporaliter persequuntur. fo. xlviij. H.

¶ Virgo fecit Deum cecum circa nos pure negatiue, nubeculā humanitatis interponendo. fo. j. B.

¶ Virginem quare aliqui in sermone passionis nō saluant. Iuxta morem aliorū dierum. fo. cxxij. B.

¶ Virtutem curandi infirmitates habuit Christus multipliciter, videlicet, verbo, vestimentis, doloribus, aspectu. Et quædam istorum sanabant effectiue quædam meiitoria, & quædam vtroque modo. fo. lv. M.

¶ Virtus actionis meriti Christi pro nobis præcipua recondita est in sacramentis ecclesiae à Christo institutis pro digne suscipiētibz illa. virtus autem Christi patientis aut poenitentis eius excessiue, recondita est in thesauro ecclesiae ad communicandum alijs pro satisfactione poenarum solui debitarum à fidelibus. fo. xcvi. B.

¶ Virtus poenalarum Christi in thesauro ecclesiae recondita, sufficiens est ad omnem poenam relaxandam homini siue in vita, siue in purgatorio, cum thesaurus ecclesiae ministris commissus sit inexhaustibilis, sicut etiam virtus meriti Christi in sacramentis recondita sufficiens est ad remittendam quamcunque culpam. fo. xcvi. C.

¶ Virtutes acquisite nō requirunt quod per poenitentiam recuperentur. Infusæ (quæ a Deo dantur) sic. Si vero infunduntur: est diuersus modus dicendi doctorum. fo. cxj. D.

¶ Vitulum saginatum portauit virgo, & portant sacerdotes. sed multum differenter. quæ portatio ab alia differt in quatuor. fo. cxv. A.

¶ Vitulus dicitur Christus vt sacrificium Deo patri offerret pro peccato summi sacerdotis ade & totius multitudinis generis humani. fo. cxv. B.

¶ Vituli in plurali etiam dicitur Christus. non ratione pluralitatis personarum (cum in eo non sit nisi vnica persona duas habens naturas) sed ratione multiplicis mortis quo ad sufficientiam. fo. cxv. C.

¶ Vitulus dicitur Christus & saginatus duplici pinguedine, videlicet, gratiæ & gloriæ. Et poenalarum pro nobis assumptarum. fo. cxv. D.

¶ Vituli saginati portitores fuerunt. Sācti patres. fo. cxvj. I.

¶ Vitulus dicitur Christus in eucharistiæ sacramēto, cuius adductio passiuā consistit in recognitione mirabilium quæ pro nobis fecit. fo. cxvij. A.

¶ Vituli huius ad receptionem passiuam omnes

Index tertius propositiōum principalium.

tenentur. Et qui obligantur. fo. cxvij. E.

¶ Vituli sacramentalis receptio mystificatur iuxta receptionē à Hierosolymitanis factam. fo. cxix. F.

¶ Vituli saginati Christi in passione fuerunt pro nobis quator sagina siue pinguedines in quatuor locis largita, videlicet, peccatorum remissio, prædestinationis effectus, tribulationum fructus, in hortu. Promissio misericordiae, in domo Caiphe. Restitutio innocentiae, & iustitiæ, in prætorio Pilati. Et condonatio vitæ, in cruce. fo. cxxiiij. H.

¶ Vitulus saginatus Christus in cruce septem sagina contulit, videlicet, Ignoranter peccantibus, patri reconciliationem. poenitentibus, indulgentiam. Matri, maternitatem adoptiuam. Tribulatis, patris assistentiam. Iustis, sanctitatem & iustitiam Patriarchis & prophetis, veritatē. Et generaliter omnibus, vitam propriam. fo. cxxiiij. Z.

¶ Voluntas angeli fuit vertibilis quo ad electionem, homo autem est vertibilis quo ad esse & quo ad electionem. fo. xiiij. C.

¶ Voluntas hominis a deo vertibilis creata est, duplici ratione. fo. xiiij. D.

¶ Voluntas hominis quamuis vertibilis sit per naturam: & ex natura sua: permanentiam tamē perpetuā cum deo habere potest per gratiā. fo. xiiij. E.

¶ Volūtatē nostram an teneamur in omnibus diuinæ conformari queritur. fo. xiiij. G.

¶ Voluntas Dei in generali dicitur dupliciter, videlicet, beneplaciti & signi. quæ etiam est quadruplex. fo. xiiij. H.

¶ Voluntati beneplaciti Dei non tenetur voluntas nostra actualiter conformari. Sufficit quod conformetur habitualiter, ac actualiter cum ei fuerit nota. fo. xiiij. I.

¶ Voluntati Dei signi cognitæ vt est præceptum, aut prohibitio, tenetur conformari hominis voluntas secundum modū obligationis illorū. fo. xiiij. k.

¶ Voluntati Dei signi cognitæ (vt est consilium) conformari tenetur hominis voluntas illam non spernendo aut contemnendo. fo. xiiij. A.

¶ Voluntati Dei signi quæ est permissio, tenetur hominis voluntas conformari, videlicet, non murmurando de illa (quia iustissima est) sed nitēdo ad illa quæ deus in permissionibus huiusmodi elicere intendit. fo. xiiij. B.

¶ Voluntas nostræ conformitas in hijs quæ agimus consistit quo ad meritum, in modo volēdi ipsius Dei nos conformando. Cuius effectus potest inueniri in operibus bonis precitorum, vt perpe-

tuo remanēabilia non sint. fo. xiiij. C.

¶ Voluntas nostræ conformitas exemplariter euangelicē mōstratur à Christo in illis tribus temptationibus in deserto oblatis, quas pulchræ vide. fo. xiiij. fo. xv. D. E. F. G.

¶ Voluntas dicitur manere in peccato tripliciter, videlicet, formaliter, virtualiter, aut habitualiter. fo. lxxvij. C.

¶ Votum non debet fieri de necessarijs absolute vel conditionate ad salutem. nec de casualibus aut fortuitis, nec de minimis, nec de immoderatis quæ vertuntur in detrimentum personæ, nec de illicitis. Sed debet fieri de melioribus, & hijs quæ sunt super erogationis. fo. xxxvj. L.

¶ Votum requirit tria, videlicet, intentionem voluntariam, consensum deliberatum (& quando dicitur deliberatus declaratur pulchræ) & cordis promissionem. Oris, autem pronuntiatio, & aliorum testimonium, sunt ad solemnitatem. fo. lxxvj. A.

¶ Votum (vt teneat) quæ deliberatio requiritur & sufficit ex Christi exemplo adducto comprobatur. fo. xxxvj. A.

¶ Voto firmare voluntatem nostram, ac liberi arbitrii portionem vtile sit, patet. Tum ratione consilij. (& nec ex hoc quis minus liber efficitur) Tum ratione commodi, Tum ratione meriti, Tum ratione maioris continuationis. fo. xxxvj. B.

¶ Votum est faciendum de bonis temporalibus, de bonis corporis, & de bonis animæ. fo. xxxvj. C.

¶ Vnus in scriptura quandoque sumitur pro primo, quandoque in ordine ad alios. fo. l. ante. A.

¶ Vira licet propriæ committatur in vsu eris & pecuniæ: tamen generaliter committitur in his rebus in quibus translatō dominio aliquid recipitur vltra fortem. Seu capitale. fo. xlviij. A.

¶ Vire & fraudis differentia consistit in duobus. fo. xlvi. B.

¶ Viram esse licitam licet aliquæ apparentes rationes ostendere videantur, videlicet, ratione contractus voluntarij, & ratione iuris naturalis, ac ratione beneficij: Nihilominus illicita est ex domini multiplici prohibitione. præcipue Christi. fo. lxx. C.

¶ Viram prohibens assignat documentum, videlicet, vt res transferat in alterius dominium. fo. xlvi. D.

¶ Vira vt non contrahatur in mutuo ponuntur quatuor regulæ plurimū notande. fo. xlvi. E.

Index tertius propositionum principalium.

¶ Usuram siue ex crescentiam ultra sortem potest quis recipere in quibusdam casibus notatis. folio. xlvj. E.

¶ Usurarius & fenerator differunt, quia usurarius de mutuo querit lucrum, fenerator vero querit lucrum delucrato. Et declarantur mysticè ad Christum. folio. cvij. I.

¶ Vulnera remanserunt in Christi corpore post

resurrectionem non secundum naturam illius corporis, sed secundum dispensationem. folio. cxxx. F.

¶ Vulnerum cicatrices remanebunt in martyribus post eorum resurrectionem: non ad deformitatem, sed ad decorem. folio. cxxx. G.

FINIS INDICIS TRIPLICIS.

¶ En candide lector.

¶ Hominis elongati a deo in regionem longinquā peccati, vt ad patrem conuertatur, Concionum. Ex parabola Lucae. xv. delumptarum. I. rilogij primam partem.

¶ Expectato rursus.

¶ Hominis ad domum paternam reducti, vt in operationem meritoriam exeat: Concionum ex libro Exodus delumptarum. I. rilogij secundam partem.

¶ Flagitabis postremo.

¶ Hominis in operatione meritoria proficientis, vt accepta Deo de se & suis sacrificia offerat: Concionum ex libro Leuitici delumptarum. I. rilogij tertiam partem.

I PRIMA CLAVSVLA DE DVO.

BVS FILIIS, DEQVE DVPLICI FILIATIONE GRATVITA.

ATQVE DE ADVISA MENTO ET CAVTALA AB EIS OBSERVA.

ri debita multiplici, significata per hoc quia dicit, Homo quidā habuit duos filios. Lucae decimo quinto capite, & initio parabolæ.

¶ Sermo primus de duplici filio, & gratuita illorum filiatione.

¶ Dominica in quinquagesima, habitus sub isto themate.

¶ Cæcus quidam sedebat secus viam mendicans. Lucae decimo octauo capite, & in euangelio præfenti.

¶ Salutatio huius sermonis præter morem aliorum.



In præfenti euangelio fit mentio de quodam cæco, cuius Christus misertus est, quia misericordiā petebat, & de illo dicunt assumpta verba tria, videlicet, quod erat cæcus, sedens secus viā, & quod mendicabat. Verum in phisica ponitur duplex cæcitas, ex qua potest dupliciter dici cæcus. Prima est prauæ dispositionis, illa scilicet, quæ causatur aliqua praua dispositione, seu ex debilitate vel latione oculi, & alias. Altera est pure negationis, vt in illo qui potest videre, sed nō videt, aliqua causa vel voluntate interueniente. (Dixi, quæ potest videre & non videt) quia lapis non dicitur cæcus, licet non videat, quia non aptus natus est videre. Et de isto modo cæcitatē dicitur vulgariter: quia nil magis cæcum, quam qui non vult videre. ¶ Deus enim licet cū cæta scrutetur, & videat,

scilicet bonos & malos. ecclesiastici, viæ eorum nō sunt absconditæ ab oculis ipsius, & Amos, ponam oculos meos super eos, siue in bonum, siue in malum. Et beatus Augustinus considerat ipsum oculis plenum, quia omnibus præfentialiter adest. Psalmus. Si ascendero in coelum, tu illic es: si descendero in infernum, ades. Si sumptero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris. Illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Dicitur tamen non videre nos, nec peccata nostra respicere: cū nobis nō succurrit, aut nos pro peccatis no-

stris nō punit. Vnde sicut est multiplex videre, sic nō videre multiplex scriptura cōprobat. Primo est videre cognitiōis, quia omnia videt Apollolus. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Secūdo est videre punitionis. Eccle. omnia videt oculus eius. Et ita videt omnia mala, quando illa punit, vt illud de scēdā, & videbo, an clamorē eorū qui ad me venit, opere cōpleuerit. Tertio est videre approbationis, quia illa sic videt, quæ approbat. vt illud, cū es sub ficu, vide te, id est, elegi, vel approbaui te. Et Gregorius sup illud Iob. Cū præciosum vidit oculus eius. Sic eō ueris quæ nō punit, vel nō approbat, dicitur non videre sicut nō scire, vt illud. Nescio vos. ¶ Ex hoc habemus, quod deus suo modo dici potest cæcus pure negationis cæcitate, quia potest nō videre modo dicto, videlicet, vel nō approbādo, vel nō puniēdo. Exemplum potest poni de sole, qui licet intrinsece sit lux, & semp̄ illuminet, dicim⁹ illū obscurari vel non illuminare, cū aliqua nubes interponitur inter ipsum & nos. Sic deus, licet ex se oia videat, & scrutetur, etiam interiora. Psalm. scrutās corda & renes deus: dicimus tamē, quia nō videt nostras miserias, & peccata, id est, illa nō punit, & illi testā esse. Et quæ beatissima virgo humanitatē nostrā velut nubeculam inter ipsum & nos virtute spiritu sancti interposuit, vt illud. Solē nube tegā. quo fit, vt se habeat circa defectus & errata nostra quasi cæcus, & non videns. Quod verba assumpta innuere vidētur, dicēdo, cæcus quidam (id est) singulari quodā modo vtēs isto modo cæcitatē, scilicet nō videre. ¶ Secūdo dicitur, quod erat secus viā. Nos enim solum fumus in via, quādo quidē fumus viatores versus Hierusalē. quæ sursum est, mater nostra. vt inquit apostolus. Galat. iij. Et vt inā nō erremus, sicut ovis, quæ perijt. Verum

A
Hebræ. iij.

Eccle. xxv.
Genesis. ix.

Ioannis. j.
Gregorius.

Matth. xij.

B

Psalm. vij.

Ezec. xxvij.

C

Galat. iij.

Psalm. cxvij.

Sermo primus dominicæ in quinquagesima.

Hebræ. xv. Christus Iesus fuit viator, p̄ficiſcebatur enim Hierosolymā (vt inquit Euangeliū) ad patiendum pro nobis: vt illam ingrediamur coelestē (quā secundū Apostolum futurā inquirimus). Similiter fuit comprehensor, & per hoc extra viā, de quo illi discipuli poterant admirari dicentes. Tu solus peregrinus es in Hierusalem (quasi dicat). Tu solus viator & comprehensor, & Ignoras? Te cæcum facis, eū omnia videas? Sic cæcum fecit piſſima virgo. De quo propheta. Nouum faciet dominus super terrā, scemina circundabit virum. Exponitur fatis ad propositum de circundatione passionū in Christo ratione passibilitatis pro nobis assumptæ, quasi coarctatam faciendo ipsam Christi animam, de qua ipse Christus dixit: Baptismo habeo baptizari, & coarctor nimis, donec illum perficiam. Quasi existēs in carcere humanitatis, errata nostra non videat ex misericordia. ¶ Tertio dicitur, quod erat mendicans. Pauper dicitur carens necessarijs. Egenus vero, qui aliquando habuit, & forte caret (vt vulgariter dicitur, venir a menos.) Mendicās autem, qui ab alio habet mendicare. Deus namque diues (In cuius domo teste Psalmo, Gloria & diuitiā. Diuitiē quidē, quia sibi sufficientissimus. Gloria vero, quia non ab alio habet. Et Apostolus. ij. Corinth. viij. Cum esset diues, egenus factus est, vt eius inopia, diuites essemus. Ratio, quia ne propositum primū de creatione hominis, scilicet faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram (quorū alterū ad naturalia, alterū ad gratuita pertinet) frustraretur: ex peccato amittit hominē similitudinem, retento alio. s. imagine, indiguit pro huiusmodi reparatione, vt fieret deus homo, Insuper vt hereses cōfunderēt future, oportuit vt homo fieret: non aliunde, sed de homine, vt verā humanitatem ostēderet se assumptisse. Vtra, cū non conueniret assumere humanitatē de alio homine, quā de virgine, quia omnes peccauerūt, & egent gratia Dei, inqt Apostolus, hāc à sola virgine (quā propterea purissimā fecit) habuit medicare. Quod de illa Salomon velut forti muliere, inquit, Manū suā aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem. Manū tuā aperuit virgo, dum virtutes, gratiam & cetera dona, quæ ei contulit deus, obtulit ipsi datori, vt de congruo disponeretur ad matrem eius. Verū palmas extendit ad istum sic indigentē, se totam illi dando, dicēs. Ecce ancilla domini. &c. Hinc si virgo miserta est. istus sic cæcus secus viam existētis & mendicantis: quanto magis miserebi-

tur nostri, qui sumus cæci prauæ dispositionis peccatorū, secus viā rectā ambulātium, & medicantiū gratiā eius, si proni, & genibus flexis offeramus petitionem angelicam, dicētes mēte pia. Aue maria. ¶ Argumentum sermonis.

E N presenti euangelio ponitur duplex maneries personarū Christum sequētum, videlicet, discipulorum cum eo ascendentium, & eūtiū Hierosolymam, & personæ cæci existētis in via clamantis & mendicantis, per quas significātur duplices persone, circa duo exercitia se exercere in tēpore huius peregrinationis: per maximē in hoc tempore quadragesimali, debere, videlicet innocētes sequentes Christū in innocentia & operatione meritoria per Christi discipulos significati: qui cū suo duce Christo illudi, flagellari, conspui, &c. debent. Similiter poenitentes in operatione poenitentiali versantes, q̄ in illo statu illudi, flagellari & cetera debeat, significati in illo cæco secus viam sedēte & mendicante. ¶ Quæ etiā personæ significantur parabolicē in illis duob⁹ filijs: scilicet maiori, in agro existēti & operanti: & iuniori, à patre se separanti, & in regione lōginqua abeūti, & ad patrē cū poenitētia reuertēti. Et de istis licet per quadragesimā erit sermo iuxta promissā, in presenti tamē sermone generaliter dicemus duo. Primū, quomodo per discipulos dñi significātur innocētes filij maiores ipsius Dei, quorū exercitium est ascendere Hierosolymam. vt ibi cū Christo duce eorū in Innocētia tradētur ad illud edū, &c. Scdm̄, quomodo per cæcū huiusmodi, secus viā existēte & medicantē, significātur poenitentes minores ac iuniores filij: qui cæci existētes, illuminantur: secus viā manētēs, ad Christū reducūtur: & medicantur sequūtur ipsum, significati per istum. De quo dicitur, q̄ quidam cæcus. &c. ¶ Primus punctus.

F Vidā voluerunt per istos duos filios, scilicet maiore & minore, intelligi debere duas naturas gratiæ diuine filiationis capaces, angelicā. s. & humanā, eo q̄ creatæ sunt a principio ad imaginē & similitudinē Dei, ex sua creatione etiam capaces sunt hereditatis æternæ. Pro cuius declaratiōe est notandū vnū singulare fundamentū, quod ex apostolo Paulo habemus dicēte sic. Nō enim accepistis sp̄m seruitutis in timore, sed sp̄m adoptionis filiorū, in quo clamamus abba pater. Glo. ordinaria super illud Marci. Abba pater, oīa possibilia sunt tibi. &c. Inquit, q̄ in sacramēto dixit Christus in sua passione abba pater, Sāctus Thomas super Marcū sc̄tus Tho.

De duplici filiatione gratuita.

dicit. Fortasse dñs ppter aliqđ sacramētū vtrūq; dixit, volēs ostēdere illā, se tristis personā sui corporis. i. ecclēsiæ suscepisse. Nicolaus de lya in glō. dicit, q̄ abba pater duo sunt nōia idē significantia, vnū Hebraicū, alterū latinū, ad designandū duplicem maneriē filiationis Christi: alterā æternā, qua vnigenitus est dei patris, alterā tēporalem, qua prius mogenitus est (vt dicit apostolus) in multis fratribus. Et ita Christus Iesus filiationē naturalem dei patris sibi vendicat cui soli conuenit, & est secundum vtrāque generationem. Omnia autē creatura regni dei capax filiationē adoptiua p gratiā adoptiōis, quā p Christū filiū dei naturālē acquirit, & p consequētijs in hereditate regni coelestis, iuxta apostolū, Si filij, ergo hæredes: hæredes quidē dei, cohæredes autē Christi. Et Iohānis. x. dedit eis potestatem filios dei fieri, his qui credūt in nōie eius. Quæ filiationis potestas, gratia dicitur: nō solū q̄ gratia id habemus, sed q̄ oibus cois est sine psonarū acceptiōe, vt subtiliter tetigit idē euāgelista dicens. Quot quot autē receperūt eū. s. p fidē, dedit eis potestatiē filios dei fieri. Et apostolus. Nō est distinctio an iude⁹, an grecus, an barbar⁹, an Scythā. &c.

G ¶ Ista autē gratia filiationis solū cōpetit isti duplici naturæ. s. angelicæ & humanæ: q̄ licet. ab initio ambe habuerint hāc gratiā huiusmodi filiationis, & vtraq; ad tēps caruerit illa: tñ angelica abiit in regionem lōginquā, nunq̄ illā recuperādo: hūana vero rediēs p poenitētiā, remanet eū illa gratia in perpetuū. Ad hoc est optima figura. De illis duabus mulieribus meretricib⁹, q̄ habitātes in vna domo, habētes singulos filios, vna illarū in nocte eleuās se supra se, suffocauit filiū, & tulit filiū de alterius latere, & vtraq; illo caruit vsq; ad iudiciū Salemōis, & tandem filius viuus datus est mulieri, cuius viscera cōmota sunt. Duæ hæ mulieres, sunt duæ naturæ. s. angelicæ & humanæ, in vna domo simul cohabitātes. i. ad vnā domū coelestē in habitandā creatæ. Vtraq; habuit filium, quia vtriq; gratia filiationis cōcessa est. s. similitudinē in gloria. Sed illā habuerūt in nocte, quia nō adhuc btē erāt. vt. Io. j. iij. c. Charissimi, nūc nō apparet quod sumus, cū apparuerit, similes ei erimus in gloria. Verū ambe meretrices, quia vtraq; abusa est pulchritudine sua, & sic luxuriose, quia secundū Scotū, ambe peccauerūt pētō luxuriæ eo modo, quo ipse declarat in. ij. sententiarum pro inordinato & excessiuo appetitu foelicitatis. Angelica vero supprimit filiū, id est, eleuando se supra se p superbā, priuauit se diuina

ac gratuita filiatōe. Et tulit de latere alterius. s. humanæ, filiū: dū adā per mulierē de latere eius educatā, eādē filiationis gratuita gratiā amittere, procurauit, & fecit. Qua filiationis gratia vtraq; natura caruit, vsq; quo verus Salomon deus iudicauit infantē Christū diuidi gladio passiois in cruce. Tamē q̄ natura hūana (altera. s. diabolica dicēte in membris. Nec mihi, nec tibi fit, sed diuidatur, p hoc qđ dixerunt, Si hunc dimittis non es amicus Cesaris. Tolle tolle crucifige eū) adeo de suo pētō doluit, ex eo q̄ p illo opus fuit, filiū dei passionis gladio diuidi, & comota sunt q̄pe viscera eius: meruit obtinere ppetuo filiū viuū, velut mater fouēs fidem eius. i. est, gratiam filiationis. Ecce ergo duo filij. s. hæ duæ naturæ. ¶ Verū q̄ istarū sit maior, q̄ndo quidē hic dicitur, quod filius maior remāsit cum patre, iunior abeūte, quod ex figura oppositū videtur. Pro hoc aduerte, q̄ licet angelica sit maior tēp secundū quosdā, similiter dignitate & pfectione naturali, quia in res p̄nalis natura est. Psal. Mi-nuisti eū paulominus ab angelis. &c. tñ hūana maior est gratia & gloria, secundū quā attēditur maioritas in regno coelorum. Patet in Christo homine sedēte ad dexterā patris, qđ nullus angelorū attingere potest, vt apostolus dicit. Ad quē. n. angelorū aliqñ dixit, sede adextris meis: Similiter de virgine gloriosa, q̄ sup choros angelorū exaltata est, vt canit ecclesia. Isti ergo filij in hac parabola designati, hāc dicūt duplicē naturā significare: quorū maior (modo exposito) est homo, recuperata gratia filiatōis, cū patre, in eiusq; domo semp pmanēs: minor vero angel⁹, q̄ amittā semel gratia nūq̄ illā recuperat. ¶ Verū tamē vt pposite mater deo duce, psequēde in sequētib⁹ ad aptem⁹ parabola, p hos duos filios duo illa gñā hoīm iustitiā operantiū intelligere possunt, ad quæ oīm hoīm ad coelū p̄tinentiū maneries reducitur, scilicet, status innocentī, & facientiū bonū: & poenitētium, ac declinantiū a malo. Nā scdm̄ Augulīnū sup. Psal. p̄feta hoīs iustitiā cōsilit in declinādo a malo, & faciēdo bonū. Innocētes enī seruātes iustitiā & gratiā sibi in baptismo cōcessam, dicūtur filij Dei. Iohā. j. Dedit eis potestatiē filios Dei fieri. &c. Poenitētes autē, q̄ agūt, aut agere tenētur poenitentiā, etiā filij dicuntur Esaiæ. j. Vx gēti peccatrici, populo graui corde, filijs sceleratis. ¶ Sed q̄s istorū sit maior, aut iunior, an innocēs, an poenitēs, ex euāgelio & parabola habetur, q̄ ille q̄ erat in agro, & in domo paterna. Sup quo est aduertēdum, q̄ maioritas iater

Roma. ij.
Prouer. viij.
Rom. viij.
Glo ordi.
Rom. viij.

Psal. viij.
Hebræo. j.
Eccle.
Augustin⁹.
Iohannis. j.
Esaiæ. j.

Sermo primus dominicæ sexagesimæ.

De duplici filiatione gratiæ uita.

illos pot attendi, vel status dignitate, vel primitate temporis, vel primitate obligationis: & tunc dicendum erit confirmiter admodum determinandi doctorum illam questionem, quomodo obligatur Deo, an poenitens, an innocens. Quia cum ista obligatio attendatur secundum filiationem gratuitam, ratione gratiæ collatæ, pot attendi dupliciter. Primo, ex parte & quantitate dati, & tunc innocens maior est in obligatione: nam maius donum est preferuatio a casu, absolute loquendo, quam liberatio ab eodem, ut patet. In uirgine gloriosa. Et pot test poni exemplum in cadete & in preseruato a casu. Secundo, ratione continuationis: quia quanto beneficium est magis continuatum, tanto gratiarum actio debetur maior: sed in innocente magis continuatur beneficium collatæ gratiæ quam in poenitente, ergo maior obligatio.

Augustinus. Hinc Augustinus deputabat gratiæ Dei dimissionem peccatorum factorum, sed per maxime fiendorum: quia inquit. Quid erat, quod facere non potuisset? Ideo si oia peccata facere poterat, & non fecit, hoc non sibi ascribit, sed ex munere diuino sibi esse concessum. Ex quo patet, quanta sit obligatio innocens circa preseruationem, tenendo ipsum ut a gratia non caderet. Tum ex difficultate stadii, ut de lucifero patet, cui non profuit stabilitas loci, cum non in terra, sed in celo peccauit, in quo (ut diximus) filiationis gratiam amisit. Tum ex consortio, quia ad a cecidit, propter cohabitationem unius mulieris tantum, & huiusmodi gratiam perdidit. Quid nos inter tot discrimina cohabitatiuum hominum? Quid enim de nobis, quod non in coelo sumus, ut lucifer? nec paradisi, ut ad a, proplatus? Nec in tali comitatu ut Iudas? Quomodo possemus stare, nisi preseruati diuina gratia? Miraris enim si frater cadit: potius mirare si in innocetia preseruaret, & inter tot rerum dispendia non cadit, sed teneatur, & dei beneficium conseruantis potera. Hinc libeat considerare, quemadmodum innocens non solum dicitur filius maior status, quia reuera maius beneficium recepit, & magis continuatum: sed maior tempore, quia prior fuit status innocentia, quam poenitentia, etiam maior obligatione sequendi ipsum patrem.

I Vam obligationem tangit prima pars euangelii. Cum dicitur, quod assumpsit Iesus duodecim discipulos suos, & dicit, Ecce ascendimus. &c. Assumpsit Christus discipulos velut doctor, & ut pater filios suos maiores. Magistri & doctores in scriptura dicitur pater, quia alios generat doctrina & exemplo. De quo apostolus. Filioli mei, quibus lac dedi in potum, & non in escam. Et idem, quos adhuc parturio in Christo. In doctrina autem eruditi, & per ipsos in fide

geniti, in ecclesia filii eorum vocantur. Hi igitur filii insinuantur, cum dicitur. Assumpsit discipulos suos &c. scilicet tanquam pater filios, quos fide ad se traxit. In quibus filiis maioribus tria debent esse, quod hic euangelice notatur. Primum, propitudo ab edictis dicentis, Ecce, scilicet, ut mandata patris sine aliqua retardatione, aut discussione adimpleat. Nam pater si amat, non pot nisi quod bonum est filijs dare & percipere. Ideo sine discussione implenda sunt ab eo iussa, quia esset pater in honorare. Exemplum habemus in Abraham, quod ubi deum patrem credidit, mandatorum asperas formas non attedit, sed circumcisionem uerecundam gloriosam iudicauit, filicidium considerauit pietatem. Secundo, notatur fidei reuerentia, dicentis, ascendimus. Nam credere in deum, est tederere in ipsum determinate ut in ultimum finem. Ideo non debet contentari sededo in his bassis reb, sed niti ascendere ad alta uirtutum, eas suppeditando, exemplo illius, quod quanto magis ponit sub pedibus, tanto magis eleuatur in altum. Tertio notatur exercitium, dicentis, filius hominis tradetur. &c. Nam ideo Ierosolymam ascendit, ut innocens uideatur ab innocetibus in agro patris laborare. Ideo filius hominis. scilicet solus innocens, eo quod est antonomatice filius hominis, & sine peccato. Et loquitur quasi de aliena persona, quia aliena est ista passio, & passionis actio, a natura diuina, & ab innocetia personarum. Ideo si secundum ueritatem: natura innocens ad patrem dum ascendit, cur non sequitur secundum ueritatem: scilicet animam & corpus ex se nocentes? Sequitur, ascendimus. (quasi dicat) uoluntarius est ascensus, nemo uocat, nemo cogit, ideo posse mori hominis est, uelle autem mori, non puri sed hominis Dei. Hinc sequitur, tradetur. Notatur ascensus dolorosus, pro nobis, sed concludendo dicentis, tertia die resurget, notat ascensum uictoriosum. Hoc unum, per conclusionem huius puncti uenit notandum, quod sequitur, uidelicet, quod nihil horum intellexerunt: quoniam putabant ipsum pabolice loqui, propter magnam affectionem. quam ad ipsum habebant, & ita non poterat credere super illa talia contingere. O Cesar augustani. Non creditis, quod uobis dicitur, propter magnam affectionem, qua uos ipsos diligitis, & corpora uestra. Hodie enim euangelium representat actus passionis Christi, pro uobis, & uos in eius costume liam portatis laruas diabolicas? Ipse sanam pro nobis, uos autem uacatis ludis & cibis, quos unum pondus lignorum non posset coque: Putatisne uobis predicatores parabola loqui? an ad terrorem? Attendite obsecro, quod illi solum ascendunt cum Christo innocetium duce, quod cum innocetia patiuntur, & exercitantur, ut filii maiores. In agro operationis meritorie, sequendo patrem Christum, ut illi discipuli (per quos signifi-

Doctores.

Augustinus.

1. Corin. iij.

Galat. iij.

cantur) fecerunt. Et tandem de primo.

¶ Secundus punctus.

k

DE altero filio. scilicet Iuniori, uidelicet, peccatore & poenitente dicitur, quod licet attendendo ad id quod sibi magis gratuite datur. scilicet ut reuertatur ad cor, & coterat de peccatis, quod est magna gratia ipsi, sit magis obligatus, & ista maior obligatio. Cuius ratio uideatur, quia cum esset dignus poena & inferno, datur gratia conuersionis. Quod agnoscens apostolus paulus dicebat, Iesus uenit peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. scilicet in hac gratia recepta, eo quod minus illo tunc sibi debebatur, cum illa data sibi fuerit in statu persecutiouis, & actualiter existenti in actu peccandi, & sic cum fieret illa gratia reuersionis illi in se, benedicit quod erat primus in obligatione: tamen simpliciter loquendo, semper innocens maior, & hic iunior & minor dici potest.

j. Thim. j.

L

Aristoteles.

Boetius.

¶ Secundo attenditur huiusmodi peccatoris & filij minoris obligatio ratione circumstantiarum, quod in secundo euangelio ponitur. Prima quod cecus, cuius cecitas consistit in cecitate circa bonum in particulari. Nam licet in communi oes appetant bonum, ut Aristoteles. j. ethicorum dicit, quod bonum est, quod oia appetunt: tamen varia est intentio hominum, circa istud bonum, quod habet rationem queratiui. Alij namque posuerunt in diuitijs, alij in uoluptatibus, alij in honoribus, & in his arbitrabantur se esse felices: errabant quidem in particulari, licet non in uniuersali, ut Boetius inquit. Ois enim mortalium cura diuerso quidem calle procedit, ad unum tandem beatitudinis finem nititur peruenire. Poterit hic formari reprehensio, pro nostra cecitate circa hoc. ¶ Secundo cecus errans circa media. Nescit enim homo peccator eligere media ad finem in particulari iam a nobis cognitum, & hoc ex cecitate praua dispositionis, eligendo media, aut impunitia, aut contraria fini cognito. Quod patet in plerisque, estimatiibus, imo pro certo habitibus, finem ultimum esse deum: tamen male uiuendo, opprimendo pauperes, excumunicando illos, enituntur ad illum peruenire, sin geres se facri peculijs defensores, rapiunt a pauperibus, & dant meretricibus, & alia his similia. ¶ Tertio sunt ceci circa modum, hac cecitate praua dispositionis percussi: quoniam licet uideant finem, & medium agnoscant: nesciunt tamen modum tenere: nam accedunt uisum, & credunt in infamari diuino zelo, & iustitia: scilicet dicunt esse maniacos & fatuos, & similia. O cecitas peccatoris in Hierico. i. defectu existetis. Ideo dicitur cecus quod a. i. hac singulari cecitate. ¶ Secunda circumstantia est, ratio loci & situs, quia extra uiam, Christus saluator noster dicitur locus & uia. Locum quidem, quo

ad deitatem: non ut sit locus mutabilis, sed subsistens ubi aeterna sapietia subsistit. De quo Christus. Ego Iohannis. x. in patre, & pater in me est. Via autem, ratioe humanitatis, qua ad nos uenit. De qua. ps. lxxij. Ut cognoscat in terra uiam tuam. Via ergo Christus, quoniam coelum intrare debemus, ut ipse dicit. Ego uenimus in mundo, & uita. Secus uel extra hanc uiam est peccatum, quod extra deum, quod offendit: & multum fecit uiam, quod te fecit. Tum ratione offensa Dei in finitum. Tum ratione offensa, quia contra in finitum. Tum ratione amissa. scilicet gratiæ, quod equalit primo infinito, ut apostolus. Rom. vi. Gratia dei, uita aeterna. Et Zacharia. iij. Equabitur gloria gratiæ eius. Tum ratione incurfi damni, quia in poenam infinitam. Ideo dicitur notatur, quod erat scus uia. ¶ Tertia circumstantia est ratio officij, quia dicit quod erat medicus. Iam in principio diximus, quod mendicare, est ex se non posse, & ab alio subleuamur expectare. Non enim ex se potest ad hanc uiam, a qua per peccatum separatus est, uenire & reduci: quia secundum psalmum dicitur. ps. lxxvij. spiritus uadens. scilicet in peccatum, & non rediens ad gratiam. scilicet ex se, & ita non uales satisfacere. Ideo oportet erat medicus uiatoris, & existetis in uia adiutorio. scilicet Christi Iesu, quod singulariter euangelium tangit dicentis, quod dictum est euangelium. Iesus nazarenus transiret. scilicet tanquam uiator pro nobis esse: quod cognoscens, clamauit dicentis miserere mei &c. Christi duplex est transitus. Unus aeternus. quo secundum deitatem transit a patre eternaliter, procedens per generationem, ad spiritum sanctum per eternam processionem. Alter temporalis secundum humanitatem, per quam ad nos uenit, ut cecus quilibet in Hierico existens illuminetur. Nam quod propter nos natus est, & passus, & resurrexit: oia in transitu isto fecit. Ideo hic cecus recte (ut dictum fuit sibi) quod Iesus transiret) clamauit petendo misericordiam, cognoscens, propter ipsum hunc transitum & uiam arripuisse. O peccatores, quam dolor erit in inferno uidere transitum Christi Iesu in nos, sine utilitate nostra transisse, opera eius transisse, tempus miserendi transisse: dies meritorum transisse, sicut naues poma portantes, ut inquit Iob. Inquit Iob. ix. Scotus in. iij. quod plus torquetur malis in inferno amissa bona, quam presentia mala. Nolite igitur cecipitiores sic transire, imo potius cadere. Nam secundum Bernardum, Bernardus. non progredi in uia uirtutum, retro ire, & cadere est. ¶ Huc etiam filium minoris sic existentem uult ad se adducere, ut Ierosolymam ingrediatur. Pro quo sequitur in euangelio triplex patris officium. Primum, quod tangit dicens. Stans Iesus, iussit ad se adduci. Non enim de dignatur hic misericors pater stare in uia, dum in ea per isto filio adducendo, multa & acerua patitur, in qua uia non solum (ut diximus) transit, sed in ea suas stationes

Sermo secundus feriae quartae cinerum.

fecit, secundum diuersos modos patiendi pro huiusmodi filio. Secundum officium, quia loquitur illi, dicens. Quod vis ut faciam tibi? Dum enim clamat, trahit: sed dum multo magis clamat, stat, & loquitur: quia clamor gressus huiusmodi ad meritum huius passionis transitum. Psal. *Clamorem meum, & ego exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatione.* &c. Quo ad sufficientiam. Verum multo magis clamare. id est, ipsum esse actualiter imitari, facit ipsum clamorem, ut secum adducat. Secundum officium patris, ut loquatur, dicens, respice. Primo te ad gratiam filii, ut vocatum, & ne illam amittas tua culpa. Secundo respice, quod cum esses ex natura angelo minor, ex gratia te maiorem feci. Tertio respice gratiam preservationis, quia

cum ex te in infinitis cadere posses peccatis, te ex gratia ab illis preseruauit. Quarto, respice gratiam uocationis, quia cum cecus esses, post concupiscentias curreres, te misericorditer vocauit. Quinto respice adductionis gratiam, quia cum esses fecus uiam elongatus, me uiam, id est, hominem feci, ut mecum Ierosolymam ascenderes. Sexto respice gratiam redemptionis, nam cum mendicatus esses, nec per te satisfacere ualeres, me ipsum nulli obligatum, per te exhibui, in tua satisfactio. Septimo, respice gratiam glorificationis, nam uultu cum patre existens, feci me uiaorem in hac terrena uita, ut te comprehensor facerem in gloria. Ad quam nos producat ipse Iesus qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat in secula seculorum. Amen.

Feria quarta cinerum & incipite ieiunii. De prima

praemonitione utriusque filio necessaria. Sermo secundus sub isto themate.

¶ Memento homo, quia cinis es.
¶ Ecclesiae uerba ex tertio capite Genesis.

Isto sermone precedenti de duplici genere personarum, scilicet innocentium & poenitentium gratiam filiationis habentium significatarum euangelice in discipulis, & eorum illo fecus uiam mentem dicite, parabolice autem in duobus filiis, scilicet maiore & minore, & de eorum exercitio, scilicet declinatione a malo & faciendi bonum. In praesentis sermone dicendum erit de quadam prima praemonitione & aduicamento utriusque filio tam innocentem quam poenitentem necessario, uidelicet, quod consideret, & recordetur (ut dicunt uerba a supra) quod cinis est. Verum quia hoc non potest digne fieri sine auxilio uirginis gloriosae, salutetur primo uirgo maria.

batum, & partem diuinae diei. Item sicut quod dicitur albus rone faciei, quia principalis uel maior pars eius est alba. Verum hoc non potest stare, quia ubi ponitur figuratiua locutio per synecdochem, oportet ut principalis uel maior pars conueniat significato, ut patet in exemplis aduersus. Quod in proposito non est, cum pars quae denominatur, scilicet corpus, non sit principalis in homine, cum illa sit anima: maxime secundum magistrum in .ii. dist. .xxx. dicitur, quod anima exuta a corpore sit persona, quod ceterum non tenetur. Ad minus erit secundum Albertum magnum & Vgonem tenentes, quod tota essentia hominis est anima: licet ceterum etiam non teneatur a doctoribus: maxime a Scoto .ii. sententiae .dist. .xxij. Et ideo iste cinis, quem nos tantum colimus, scilicet corpus, non facit ad esse hominis: & si facit, parum est respectu animae, rone cuius deo assimilamur, & rone corporis brutis, ideo parui momenti uidetur huiusmodi praemonitio. ¶ Ideo (salua aliorum sententia) uidetur dicendum, quod cum non sit praemonitio rone materiae corporis, nec rone totius respectu partis, nec rone animae, quia ipsa non est cinis, concludi oportet, quod ecclesia per istos cineres uult praemonere, & per huiusmodi uerba, utrumque filium huius duplicis status, scilicet innocentem, & poenitentem peccatorem: ut utrumque in utroque exercitio recordetur quod cinis est: nam ista recordatio multum confert filio innocenti maiori, in exercitio merendi: & poenitenti minori, pro operere poenitentiali: & utriusque, ut non separentur a patre.

Magister sententiae.
Albertus Magnus Vgo de scoto Victor scotus.

¶ Argumentum ac prosecutio sermonis uniuersaliter tractatu, cum euangelica expositione.
A N huiusmodi praemonitione & aduicamento non parum difficultatis erit indagare, quod uerba praesumpta praemonent hos duos filios. Tunc primo, quia si intelligatur quod sum praemonitio, scilicet quod sum expuluerit & cinere a nostra conditione seu formatione, hoc nihil praemonitionis est: nam & hoc nobis notissimum est, teste scriptura. Formauit deus hominem de limo terrae. & tunc deberet dicere, Memento homo quia puluis uel cinis fuisti, sed dicit, es. Tum secundo, si intelligatur de toto rone partis, ut toti homini praemonitio sit rone partis per figuram synecdochem: tunc licet sit cinis quo ad corpus, tamen dicitur & intelligitur totus cinis rone partis. Sicut Christus dicitur iacuisse in sepulchro tribus diebus, non completis, sed secundum eorum maiorem partem horarum iacuerit, scilicet partem dici ueneris, & totum sabbatum.

Praemonitis ergo his duobus filiis, ad quos, secundum nostram intentionem, praedicta uerba di-

De sensualitate & concupiscentia.

rigetur, uidentum est, quod per cinerem intelligamus. Pro quo est aduertendum, quod cinis fit ex materia combusta pignere, extincto tamen igne, remanet cinis. ¶ In sacra scriptura deus dicitur ignis: tunc consumens, deus non ster ignis consumens est: consumit enim omnes impuritates in anima, quam intrat. Psal. Igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas. Exeplum patet de illo igne in Exodo. quod dum decedit dominus super montem Sinay, in nos fumabat: quia in anima in quam intrat deus, omnes fumi uanitatium expelluntur ab illa. Item est deus ignis ardens, & ardere facies animam ubi habitat, ut exeplum patet in illis duobus discipulis, quae dicebant. Nonne cor nostrum ardens erat, dum loqueretur nobis in uia? Item discipuli deum in igne susceperunt. Item beatus Laurentius hoc igne ardens, non sentiebat ardorem ignis materialis. Chrysostomus. Tandem Chrysostomus de beato Paulo dicit, quod erat carbo ignitus. Et re uera homines iusti, in quibus habitat deus, igniti dici debent, ut de illo baptista dicitur, quod erat lucerna ardens & lucens: ardens scilicet interiori charitate, & lucens exteriori per bonum opus & exeplum. ¶ Ex quo primo patet, quod angeli dicuntur ignes. Psal. ciiij. qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem uentem. Licet enim seraphim, hoc habeant speciale, ut ignei dicantur, pro eo quod creatoris amore (secundum Gregorium) ardent, tamen omnibus angelis conuenit: quia nullus illorum est qui non ardeat amore diuino, & non accedatur ministerio inferiori per actus Ierarchicos. ¶ Secundo patet quomodo etiam sanctis hominibus conuenit esse igneos, ignem habentes proprietate: praesertim quo ad istam. (teste sapiente) ignis nunquam dicit, sufficit quocumque combustibili appposito, nisi attingat sphaeram suam: quam si attingeret, tunc non cremaret aliquod combustibile. Sic uir iustus, quocumque appposito, nunquam dicit sufficit, nec contentatur, quocumque; attingat ipsum deum, quod ignis purissimus est, ut Psal. dicit, fatiabor cum apparuerit gloria tua. ¶ Hinc Scotus in .iiij. dist. .xiiij. dicit, quod angelus & homo sunt eiusdem capacitatis passiuae, quia nunquam dicunt, sufficit, nisi in termino & gloria. Et idem dicit, Feruntur in deum sub rone infiniti, quibus non ualeat infinitum infinite comprehendere, & hoc si bi sufficit. Hinc Nicolaus de cusa cardinalis dicit, quod si comprehenderent non beatificarentur. ¶ O magna dignitas animarum, quas deus igneas fecit, id est, cum ista capacitate & appetitu & ardentes, deum ignem absolutissimum habentes, quae ut conseruentur, illa in suo corpore uelut cinere in uoluit: conseruentur quidem, in igne diuinae gratiae & charitatis. ¶ Homo ergo existens in charitate, cum qua & deum habet, dicitur habere ignem, uel esse materia ignita. Si-

cut ergo res in qua erat ignis, illo amoto uel extincto, manet cinis: sic anima uel homo, in quo erat charitas dei & ipse deus: extincta in eo charitate, & separata a deo, remanet cinis. Item si corpus absque anima non est nisi cinis & puluis: quod erit anima absque deo, nisi puluis & cinis? Puluis enim quo ad corpus, & cinis quo ad animam. Ideo Abraham dicebat post peccatum, Loquar ad dominum meum, cum sum puluis & cinis: Eya igitur innocens, memeto ut a deo non recedas, quia cinis es. Eya poenitens peccator, memeto, quia cinis es. Tunc primo cinis mollis & facilis, ut apostolus. stolidus cinis, molles regnum dei non possidebunt: fortes namque & uolentes rapiunt illud, teste Christo. Cinis enim tam mollis est, quod facillime in eo imprimitur cuiuscumque; animalis uel uigilum: sicut anima peccatoris, cuiuscumque; uitij adhaeret. Tunc .iiij. ratione coloris cinis. Cinis uilem habet colorem: quod si anima uideret se sine deo & charitate eius: Ideo propheta, Denigrata est super carbones facies tua. Tunc .iiij. ratione separationis, quia licet cinis uinctus & colligatus uideatur, tamen diuisus est, nisi aqua ligetur, & nunquam ex illo fit uinum. Sic peccator, memeto quia cinis es, ut Osee dicitur, Diuisum est cor eorum, ideo interierunt. Psal. anima mea est, sicut terra sine aqua tibi. Uterque igitur istorum sine deo recordari debent, quod cinis erit, ideo dicit, memeto homo quia cinis es.

Erit tamen quomodo homo uel anima eius, fiat cinis, est aduertendum secundum magistrum in .iiij. dist. .xxiiij. quod in anima est quaedam uis animae inferior, ex qua est motus & appetitus quidam ad ea quae sunt pertinentia corpori, & quae illi conueniunt, & ea quae nocua sunt ei, refugit. In quo actu (quae naturalis inclinatio hoc facit) nec meritum, nec uitium est: quia Aristoteles. In his quae a natura sunt, nec laudamur nec vituperamur: qui appetitus & naturalis inclinatio uocatur a theologis sensualitas. Haec autem uis inuenitur in Christo, & in uirgine, & sanctis, qui naturaliter & appetebant naturae conuenientia, & refugiebant discouentia, & nocua. ut patet de Christo, qui timuit mortem, dum coepit tradere & parere: & agoniam passus est. Est & alius appetitus & actus in illa uis supra dicta inferiori, uidelicet, dum tendit in illa uel alia ut prohibita, uel refugit, & retardat a mandatis dei, & quae sibi precipiuntur. & licet ex parte qua naturalis est, non sit peccatum: tamen quia intendit in rem prohibitam & retardat, ac difficultatem facit ad ea, quae praecipuntur sine omni consensu uoluntatis, est uitium, & ueniale peccatum, & uocatur concupiscentia: & tunc ipsa sensualitas, id est, me-

I. Iohan. v. re naturalis appetitus facta est cinis isto igne male concupiscentiæ, de quo dicitur totus mundus in maligno positus est, id est, in malo igne. Exemplum possumus ponere in prima muliere vidente lignum pulchrum visu, & suaue ad vescendum. Videre enim lignum pulchrum, motus fuit sensualitatis, quia conuenientia obiecti ad potentiam ad hoc mouebat, & ita non fuit ibi vitium, quia visio illius non fuit prohibita: tamen appetere vt suaue ad vescendum, fuit vitium, quia esus illius fuit interdictus. Ille ergo actus primus non fuit in ea peccatum, sed vt relatus ad rem prohibitam & appetitus, fuit veniale peccatum: & consensus & actus comedendi, fuit mortale. ¶ Hic vocatur ab apostolo stimulus carnis, ratione repugnantiæ ad prohibitionem. **Ad Ro. vij.** & inclinatio, vt apostolus dicit. Video aliam legem repugnantem legi mentis meæ & cetera. & ideo sequitur, in seclix homo, quis me liberabit de corpore mortis huius. Sic etiam dicitur fomes peccati, quia cinis fomes est ignis ipsum conseruans. Sic **Ad Ro. vij.** ista concupiscentia, vt apostolus dicit occasione accepta per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam, adeo vt ardentius desideret prohibita. Ecce ergo sensualitatem per ignem concupiscentiæ factam cinerem. ¶ Ex quo primo patet differentia inter sensualitatem & concupiscentiã: nam habere primam, est naturale: secundam autem, vitiosum. ¶ Secundo sequitur quomodo theologo concedunt sensualitatem in Christo, vt patet **Mat. xxvj.** in illo timore, oratione, & pauore: non tamen in illo ponunt concupiscentiam, quia primum habuit vt ostenderet veritatem naturæ, & vt naturale: secundum autem non, quia dicit inclinationem ad malum, & fomitem ratione prohibitionis. ¶ Sequitur tertio causa tentationis demonis primæ (vt dicitur dominica sequenti) quia expertus fuit Christum habere sensualitatem, eo quod famem patiebatur, & esuriam post ieiunium: voluit tamen experiri si concupiscentiã haberet, & istum cinerem. s. appetitum repugnantem rationi dicitanti propter rationes dicendas. ¶ Ex quo premonitos nos esse oportet: quia cum isti appetitus sint naturales, & habeant validissimos impetus: hinc diabolus nititur impedire viam nostram, & hominis innocentis & penitentis statum, vt trahat illos ad peccatum: ideo oportet aduifatos esse, ne in preparatos nos inueniat, quia habet se ad modum gladiatoris, dirigentis ictum ad locum & partem hominis discoopertam. Hi autem sensualitatis impetus sunt validissimi, & qua-

si illos non aduertimus, ideo ibi ferire nititur. Ad quod ponitur duplex ratio. Prima naturalis & phisica, quia (secundum Auicenam) delectationes ciborum & venerorum sunt validissimæ, quia per eas coniunguntur nobis necessaria ad conseruationem indiuidui & speciei: ideo natura in his posuit maiorem delectationem, vt circa hæc duo magis sollicitum esset animal, & salus nature in specie, & in indiuiduo non negligatur. Et ita est tam naturale, quod non sentitur, nec resisti potest sine gratia Dei: ideo multum attendenda: ideo dicit, memento quia cinis es. Secunda ratio est theologica, quia istæ partes, scilicet gustus & tactus, sunt magis corruptæ ex peccato: quia peccatum per comestionem in cœpit, & per generationem traducitur: ideo resulant vehementiores impetus, vt per trahant ad peccatum: ideo memento. &c. ¶ Ex quo ultimo patet causa præmonitionis utriusque hominis, dicens, Memento homo, scilicet in tuo exercicio, quia habes sensualitatem, id est, naturalem appetitum: tamen te cauere oportet, ne sit concupiscentia, quia cinis erit. Illam enim habes semper in fociam quocunque ieris, memento ergo illius, & motus eius an sit pure naturalis, an circa prohibita, semper suspectos habe. ¶ Si queras, quod ergo aduifamentum (pater) das mihi pro remedio? Est ad hoc notabilis responsio secundum beatum Augustinum, quoniam secundum ipsum non est aliquod peccatum, nisi contra legem Dei. Peccatum, inquit, est dictum, factum, aut concupitum contra legem Dei. Pondera quod de mortali nulli dubium est: verum de veniali mirum videtur, cum non sit contra legem dei, nec de illo habeatur præceptum, maxime quia est concupitum. &c. ¶ Dico, quod licet in sensualitate secundum se considerata non possit esse veniale peccatum, quia primus motus non est in homine, vt patet in visione mulieris: tamen in ea inueniri potest peccatum, vt est regulabilis a ratione: & potest esse veniale vel mortale, iuxta illud Matthæi. Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam Mechatus est in corde suo. Et ad illud de præcepto, scilicet quod non inuenitur datum de sensualitate, ex scriptura habetur **Genesis. iij.** Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. ¶ Quæ regulatio debet fieri quatuor modis. Primo, vt proposito obiecto, auertat se ab illo: formetur reprehensio de aspectu vanitatum, iocorum, fabularum, maxime isto sancto tempore quadragesimali, a quibus aures & oculos

ps. cxvij. auertere debemus, vt petebat ps. Auerte oculos meos ne videant vanitatem. Secundo intendendo circa aliqua, vt ipsa voluntas circa alia intenta, faciat sensualitatem auertere ne in concupiscentiam trahatur. Ex quo poterit formari reprehensio pro militibus ociosis & alijs, qui remisse intendunt circa diuina: ideo tot peccata multiplicat, eo quod non habet exercitium nisi sensualitatis. Dicitur eis, quo modo deberent legere: & si fatigantur, orare: & si fatigantur, circa familiam & domesticos suis horis interdere, vt istam sensualitatem, motusque eius diuertant. Tertio, retinendo membra per rationem & voluntatem: quia dum offeruntur delectabilia concupiscentiæ, si voluntas se habet vt resistens, ibi offertur meritum. Si autem vt præcipiēs, quasi velit ire post peccata, iuxta ps. ibunt in adinuetionibus suis, ibi est mortale peccatum & diabolicum. Si vero se habet vt non prohibens, videlicet, non retinendo membra, erit veniale. & ratio ne periculi, si scienter hoc facit, mortale: ideo memento quia cinis es, & oportet ipsam regulare. Quarto & principaliter ipsam castigando, & macerando ieiunijs, & abstinentia: nam hoc est officium virtutis temperantiæ, secundum veram philosophiam moralem, scilicet custodire corpus & spiritum in sua natura, contra illos qui indifere te castigant corpus. Corpus enim corpus est, & in sua natura tenetur, cum subijcitur spiritui. Et spiritus tunc spiritus censetur, cum corpori dominatur. Ad hoc autem gladius sciendens superflua, temperantia est. ¶ Ex quo patet, quare ieiunia naturæ, virtutis, & ecclesiæ ordinantur, quæ sunt partes temperantiæ: tum ieiunium naturæ (quod requiritur ad comunicandum extra casum necessitatis) quia dicit priuationem cibi & potus. Ratio huius est, vt spiritus nullo modo impediatur a sentimēto tanti boni recipiendi. Tum ieiunium virtutis etiam, scilicet refrenatio delectationis gustus in cibo & potu ultra mensuram rectæ rationis: & isto modo ieiunant, qui temperate comedunt: & ordinatur, vt spiritus non supprimatur a corpore, immo corpus ei subijciatur: & isto modo semper ieiunandum est, quia nunquam licet excedere modum rectæ rationis. Tum etiam ieiunium ecclesiæ, quod est comedere secundum regulas ab ecclesia indictas: & addit abstinentiam a certis cibis, & debitis & determinatis horis, & temporibus. Totum hoc est, vt ista sensualitas sic reguletur, ne fiat cinis, & ne trahatur ad concupiscentiam seu peccatum: & spiri-

tus sit debite expeditus ad operationem, & ad penitentiam peragendam: ideo oportet sensus istos castigare, & crucifigere, ne insurgant. Habemus figuram Iosue vbi dicitur, quod cum gabaonitæ Iosue. x. c. essent cõfederati cum Iosue post subuersionem vrbs hai, venit Rex Ierusalem cum alijs quinque regibus & insurrexerunt contra Gabaonitas: tamen implorato auxilio à Iosue, stante sole, victi sunt, & quinque reges latuerunt in spelunca. Sciens itaque Iosue, quod ibi laterent, comprehendens eos, fecit quod Israelitæ primo ponerent pedes super colla eorum, & in stipitibus per totum diem crucifixerunt. Sic homo cõfederatus cum Deo, scilicet in via meritoria ac penitentiali: sciens insurgere & latere hos quinque sensus, qui instrumenta sunt ad operandum meritorie, & penitentiam agendum, in spelunca, id est in carne nostra, latere inquam, propter nostram inaduertentiam, nil curando de illis, præcipit Iosue Christus, vt Israelitæ, id est spiritus rationalis illos regens, per quos caro regitur, scilicet videndo gustando. &c. superpediret, id est eis regulam apponat, illo modo superius dicto: & tota die huius peregrinationis crucifigat crucibus ieiuniorum & abstinentiarum, vt sit de illis de quibus Apostolus dicit, qui carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentiis, ideo memento homo. &c. **Galatas. iij.**

Verum tamen quia sensualitatis factæ cinis concupiscentiæ regulandæ maxima cura esse debet, ne erret homo in ea, atque ibi sit excessus vel defectus, Christus saluator in euangelio hodierno assignat regulas quasdam huius regulationis dicens, **Matth. vij.** Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes. In quo ponuntur duæ regulæ obseruandæ, prima est negatiua, secunda autem affirmatiua, quas oportet declarare in præsentī euangelica expositione.

Rimam autem regulam scilicet negatiuam ponit dicens, Cum ieiunatis nolite fieri. &c. Nomine namque ieiunij intelligit Christus omnem operationem, tam quæ fit ad merendum, quam quæ ad penitentiam ordinatur, iuxta illud prophete, In ieiunijs vestris inuenitur voluntas vestra. Nonne hoc est ieiunium, quod elegi, visitare pupillos, & cetera, quæ ibi sequuntur, vbi enumerat opera misericordiæ sub nomine ieiunij. Verum ponitur hic i-

E Augustin.
F Augustin.
Matthæi. v.
Genesis.

Sermo secundus. Feria quarta. Cinerum.

ij. reg. xix. **I**unium macerationis, tum quia nobis magis notum, tum quia præceptum magis explicitum, ut est de præcepto charitatis sui ipsius, quod ponitur pro mensura præcepti dilectionis proximi. Tum quia ad refrenationem sensualitatis & concupiscentiæ necessarium tam proficienti & filio maiori (exemplo Helix fugientis à facie Iezabel, & ab eius persecutione, & vsq; ad motem dei ore ambulantis) q̄ poenitenti & filio minori (exemplo niniuitarum, qui omnes vsq; ad pecora ieiunauerunt pro misericordia dei & indulgētia obtinēda) Ideo dicit, Cum ieiunatis, id est quia ieiunare debetis, ex præcepto non solum Christi & ecclesiæ, sed ieiunio regulationis huiusmodi. ¶ Ponitur regula. nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Non enim interdixit tristitiam in ista refrenatione, quia naturaliter sequi potest, ut experientia patet, sed tristitiam interdixit hypocritalem, scilicet ne fiat ista refrenatio propter hominū apparentiam. Nonne fatuus esset, qui de illo quod vni hosti subtrahit, pasceret duos acerrimos hostes? Sic reuera hypocrita cum hypocritaliter ieiunat. De quo subtrahit à carne hoste domestico, pascit mūdum & diabolum, hostes illi crudeles. ¶ Tādē ponitur modus huius regulæ, dicens, Exterminat enim facies suas, ut appareāt hominibus ieiunantes. Exterminare nāq; est extra terminos rē ponere. Duplex est terminus boni operis, scilicet cœlum vnus, alter terra. Tunc igitur faciem, id est intētionem extra terminos ponunt isti, cum in ista regulatione intētionem nō habent ad cœlum, sed ad aliqua terrena, nō ad dei laudem, sed ad propriam. Formare poteris ex hoc reprehensionem ad multa quæ fiūt, tum à secularibus, tum à clericis & religiosis. Et pōdera illud, ut appareant hominibus ieiunantes, id est bona facientes. &c.

Ecundam autem regulam ponit affirmatiuam, dicens. Tu autem cum ieiunas, faciem tuam laua, & vnge caput tuum. Duplex potest esse expositio illius, vnge caput tuum. Prima, caput hominis mēs. Psal. xxij. Impinguasti in oleo caput meum, id est gratia mentem. Facies vero quæ omnibus patet, cōuersatio est: quia tunc optime ieiunas, cum deuotio est in mente, & lotio est in cōuersatione circa ista sensibilia. Secunda expositio. Caput, quod est altius in nobis, sublimia nostra denotat: facies vero ipsa vilia & infima, quæ ab omnibus videtur: Quia tunc caput vngimus, cum ea quæ in nobis

sublimia & bona sunt, cinere humilitatis vngim⁹. Et faciem autem lauamus, cum carnales appetitus sensualitatis per abstinentiā à cōcupiscentiā absterimus. Vel tertio clarius vngere dicit, in ieiunio circa spiritū, habere humilitatē: & circa carnem, motus eius inordinatos ac insurgentes reprimere. ¶ Horum autem præmium ponitur, dicens, quod pater tuus, qui est in abscondito reddet tibi. Huius thesauri ieiunij precium nemo scit, nisi Deus, ideo illi soli conuenit æstimare illud quāti sit precij. Si enim deus vult bona quæ facimus, abscondi, ne meritū perdamus: quid de malis à nobis publicatis, qui peccata nostra ut Sodoma (ut inquit propheta) prædicamus? maxime in pernitentiā & proximorum malum exemplum? Ideo ieiunia & refrenatio carnis huiusmodi (ut à deo sciente eorum valorem remunerentur) abscondenda sunt, quia dicit, q̄ pater tuus &c. Ieiunium enim thesaurus est, vtriq; homini preciosus, quo virtus emittitur, menseleuatur, & cœlestē præmium acquiritur, & à patre æterno sciente eius valorem datur. ¶ Ideo consulit huiusmodi regulationis & ieiunij thesauri repositionē, dicens, Nolite thesaurizare vobis &c. Thesaurus autē ne perdat, remediū est, mittere per literas ad patriam lōginquam, ad quam quis iturus est, & ita ponuntur tres modi cambiōrū. Primus est, cum inter partes nil datur realiter, & malus est. Hic modus thesaurizandi ad infernum, est hypocritarū, eo q̄ affligendo corpus, ul dant, sed perdunt animā. Secundus modus est cambiādi in eadem patria, vbi eadem moneta currit. Hic etiam malus est, & est illorum, qui propter laudem terrenam illud faciunt, ideo datur eis moneta de terra. Tertius modus est ad patriā lōginquam cambiētes, & hic licitus est seruatis seruādis: & lucratur maxime ratione monetæ. Sic in cœlum, ut inquit Christus, thesaurizandum est, quia ibi patria lōginqua, nil de terra, sed totum de cœlo datur. Locus etiam est tutus ad reponendū, ut apostolus inquit, Scio & certus sum, quia potēs est depositum meū seruare in illum diem. Datur tandem melior moneta, quia hic damus opera, illic vero præmium illorum. Hic refrenationem sensualitatis cum labore, illic præmium fœlicitatis cū quiete & gloria, Ad quam nos perducatur Christus Iesus, qui cum patre & spiritu sancto viuunt in secula seculorum.

Amen.

Feria. v. cinerum. De secunda præmonitione

VTRIVSQUE FILII, AC DE POTESTATE LIMITATA SUPRA SENSUALITATEM. Sub isto themate.

¶ Ego homo sum, sub potestate constitutus, & habeo sub me milites:

¶ Matthæi. viij. & in euangelio.

Declarata sermone præterito prima præmonitione istorū duorū filiorum, scilicet innocētis & poenitentis, videlicet, q̄ recordetur quilibet de quadam facta cinis cōcupiscentiæ circa prohibita: quia motus erit venialis, & si sciēt se exponeret periculo, esset mortalis. Similiter, q̄ recordetur, q̄ obligationē habet illam regulādi, ex domini præcepto. Tādē assignauimus modū regulādi illam, tum auertēdo oculos ab his sensibilibus, tū diuertendo illā ad alia, tū retinendo rationis freno motus eius: tū deniq; castigādo ieiunij, ut liber spiritus sit. Et nō erraret, traditæ fuerūt duæ regulæ euāgelicæ: vna, q̄ huiusmodi castigatio nō fit propter homines, in ore hypocritarū: altera, ut taliter fiat, ut sit ieiuniū thesaurus reponēdus in cœlo. In præsentī sermone videndū est de alia præmonitione eisdē filijs admodum in cōsideratione necessaria, videlicet, de potestate & iurisdictione magna, quam super hoc existēs cū patre habet, ut dicūt verba assumpta, Ego homo sum, sub potestate constitutus &c. Sed salutetur prius virgo Maria.

¶ Argumentum sermonis.

X dictis hesternō sermone, vterq; fili⁹ existēs cū patre, sumere potest occasionē periculōsam sibi, videlicet, sentire in se sufficientiam regulādi huiusmodi sensualitatē, & omnes motus eius. Ratio huius esse potest, quia bene videt hoc sibi certamē esse, q̄ sensualitas facta cinis concupiscentiæ igne, semper repugnās sit illi, ut apostolus inquit, Video aliā legem in mēbris, repugnātem legi mētis meæ. Item nititur ipsa retardare hominē à bono, ut dicit apostolus, Non quod volo bonum, id ago: sed quod nolo malū, id facio. Tādē cognoscit, q̄ ire post ipsam, & ad eius appetitum in omnibus ad quæ inclinatur, est diabolicū, contra illud, Ibūt in adinuentiōibus suis. Et ecclesiasticus cōsult post concupiscentiās tuas nō eas. Verūtāntē procurabit se habere ut resistēs illi, & tūc erit sibi meritū. Et similiter cōnabitur se habere ut prohibens, quātum poterit. Ideo videtur sibi sufficiens, tam existēs cū patre, q̄ sine illo, postq̄ in eius potestate est. ¶ Ideo in præsentī sermone duo breuiter vidēda sunt. Primū de eius magna potestate ut

existēs cū patre, & q̄ nil sine illo poterit, q̄ dicit, Ego homo sum sub potestate cōstitut⁹, & habeo sub me milites, vtiq; faciētes quod iubeo. Secūdū quomodo sine patre, si nō sit præmonit⁹ in regimīne sensualitatis & motuū ei⁹, erit possibile, q̄ adeo incidat in paralytū, ut nec ei⁹ operatio sit meritoria, nec poenitēntialis satisfactoria exēplo illi⁹ serui cēturionis, p̄ quo ipse rogabat in p̄sentī euāgelio.

¶ Prima pars.

Pro primo est tractādum dubiū doctōrum super id, Faciamus hominē ad imaginē & similitudinē nostrā, videlicet, quare in hac hominis creatione appositū sit quasi cōsiliū: cum & in creatione aliarū creaturarū, nullum tale ex scriptura videtur præcessisse: sed solū quia ipse dixit, & factū est ita. Quidā enim dicūt illam locutionē fuisse ad angelos: quod stare nō potest. Tum ratione illius verbi, ad imaginē: nam homo nō est ad imaginem angeli, immo secūdum sanctum Bonauētūrā homo expressius representat deum q̄ angelus, ratione originis. Tū ratione illius verbi, faciamus: quia homo nō habet factōrē angelum, sed solum deū: quē factōrē omnium cōfitemur in simbolo, dicētes, factōrē cœli & terræ visibiliū & inuisibiliū.

H
Genesis. ij.
S. Bonauē.
tura.

¶ Alij dicūt, q̄ hoc factū fuit, ut notaret hominis excellētiam & habitudinē aduerbi vnionē (ut aliquādo mihi visum fuit) quod tamē non videtur, Tum, quia secūdum scotum eandē habitatē habēt angeli, cum sint in tāta potētia obedientiali sicut homo. Tū, quia secūdum S. Thomā si Adam nō peccasset, nō illam naturā assumpsisset. ¶ Verum saluo meliori iudicio dicimus, q̄ causa potuit esse, ut notaret excellētiam potestatis creature rationalis, quo ad liberū arbitriū super cetera creata: & regimen circa illa. Tum primo respectu sui ipsius: quia a deo liber est, ut nemo ipsum cogere possit: quia implicat, q̄ sit liber, & quod cogatur, ut scriptura dicit. Fecit deus hominem rectum, & reliquit eū in manu consilij sui. &c. Tum secundo ratione facilitatis in actu proprio suo, scilicet velle vel nolle. Nam cū cetera creata in suis actibus proprijs requirāt tēpus & successionē quādam, ut patet in igne & aqua ad introducēdas formas eorū, libero arbitrio. homo sibi vult, vel nō vult. Verūtāntē licet stāte lege deus ipsum nō possit cogere,

S. Bonauē.
tura.
Symbolū.
Scotus.

Roma. vij.

Psal. viij.
Ecel. xvij.

ij. Timot. j.

quia repugnat, & quasi cōtradictionem implicat: tamē potest suauiter trahere illud ad quod volue- rit, iuxta illud Prouerborum, Cor regis in manu dei, & quocūq; uellet, uertet illud, scilicet suauiter modo inexplicabili: ut patet in Paulo & Magda- lena, & in peccatoribus, infundendo eis cognitio- nem amaritudinis peccati, uel poenae aeternae me- tum, ideo dicit, sub potestate constitutus.

I Ed quae sit huius liberi arbitrij & homi- nis iurisdicōtio, atq; potestas in qua ho- mo cōstitutus est, oportet indagare. Pro quo sumamus doctrinā doctorum, q̄ qui assumit dignitatē seu potestatem, quae est supra vires, uel nō regit secūdam leges positas, uel quando in regi- mine se intromittit ad ea, quae sua iurisdicōtio non attingit, peccat, & est in peccato, & tyrannus dicitur. Ratio secundū Thomā esse potest, quia sicut cognoscēs diuina beneficia sibi collata, & vires ad esse, & quibus potest prodesse ad honestū finem, & illam refutat potestātē, pusillanimis dicitur, & nō bene facit. Sic qui assumit ut sit dominus & potēs, nec gubernat secūdam leges à datore positas, peccat, & est indignus tali potestate. Potest ex hoc formari reprehensio de intromittētibus se circa ani- mas & bona ecclesiae, quia tyranni sunt censendi. Applicādo istam doctrinā proposito nostro, libeat cōsiderare, quae sit potestas à Deo data homi- ni super creatura, & super motus sensualitatis. Et uide- tur dicēdum, q̄ duplicē praelationem habet ho- mo supra creatura. Vnā naturalem, prout factus est ad imaginē dei, scilicet quo ad naturalia: & sic ha- bet regimē, & sibi data est potestas sup alia, quod scriptura insinuat. Nam postq̄ dixit, Faciamus ho- minē & c. subiūgit, ut praefit piscibus maris, & vola- tilib⁹ celi, & bestijs terre: & ita ratione intellectus, in quo alia excedit, naturaliter praest omnibus ad dirigēdum & gubernandū. Quoniam praelatio (ut inquit Aristoteles libro polyticorū) pertinet sapiētia praeditis, & vigētibus intellectu & ratione. Alteram praelationē habet homo gratuitā & ex gratia datā à supremo domino, cuius est terra & plenitudo eius, & est usus uolūtatis meritorius, sci- licet ut creaturis ad laudem dei utatur, & facultatem habēs omniū rerum eis utēdi, & eas dirigendi in ultimū finem ad quē creatus fuit, & tandem est potestas referendi omnia in deū, quam habēt om- nes existētes in gratia & charitate. Ex quo re- solutorie patet, quid sit utrūq; dominiū & praela- tio. Nam dominiū naturale, est habere res ad suū

usum pro conseruatione indiuidui uel speciei, & uti eis ad suum libitū. Sed dominiū gratuitū, est usus uolūtatis meritorius, de cōdigno facultatem habēs omniū rerū, ut eas immediate ad finem ultimum dirigat, scilicet in uitā aeternam ut illam cōsequatur. Ratio huius esse potest, quia cū deus creauerit hominē ad se, id est uitā aeternam, ut praeficit Augustinus & Magister in secūdo, dicens q̄ fecit creaturam rationalem, ut summū bonum in- telligeret, & c. & alia propter ipsum creauit, & om- nia ei subiecit: tunc eis uere dominatur, cū eis me- diantibus, ipsum deum acquirit.

A Ec autem est lex huius dominiū atq; potestatis, & hac lege & conditione usus omniū cōcessus est. Ideo nō habēt usus creaturarum secundo modo cōcessum, & si habeant primum, scilicet naturale, & nō utuntur eis secūdam legē à Deo assignatā: nō domini, nec potestātē habēt sunt, sed tyrāni. Hinc beatus Augustinus hoc cōsiderans inquit, q̄ peccator nō est dignus pane quo uescitur, nec ues- ste qua cooperitur, scilicet ratione huius nō ordi- nationis, & ita tanq̄ tyrannus illa obtinet. Sic intel- ligitur illud scripturae, q̄ potentes potenter patiē- tur tormēta. Et illud, q̄ armauit Deus creaturam cōtra insensatos. Totum hoc dependet, eo q̄ ista est lex datoris, ut cum usu rerum naturali habea- mus etiā & gratuitū. Ex quo patere potest pri- mum propositū in hac materia, scilicet ostendere, q̄ latam sit dominiū, & potestas hominis existētis cum patre, id est in gratia patris. Tum primo circa angelos, qui secūdam apostolum, omnes sunt ad ministratores spiritus propter eos qui capiunt hae- reditatē salutis. Item pro nobis genua ante deū fle- ūnt, & nobis seruiunt, ps. Angelis suis mandauit de te. Et apostolus dicit, angelos iudicabimus: quā- to magis homines. Tum secundo extēdit se ad omnia terrena, quia illi subiacēt, dum illa secūdu- apostolum arbitratu uelut stercora ut Christo lu- crificat. Stercus enim nō est bonum, nisi quāto iu- uat ad fructū producēdum. Similiter Petrus, Ecce nos reliquimus oīa & c. Tum tertio circa infernū, cū eo utitur ad timorē ne peccet, ut Iob dicit, infer- nus domus mea est, & in tenebris strau lectulum meū, scilicet recordādo de illo, & cauēdo ab illo & operib⁹, quae in illū ducūt. Quod optabat ps. dicēs, descēdant in infernum uiuētēs, id est, dum uiuunt in hanc cōsiderationem: quoniam ut ps. inquit, in morte nō est qui memor sit tui. Tum quarto do-

Augustin⁹
Magister
senten.

Augustin⁹

Sapiētiae.vj
Sapiētiae.vj

Hebraej.

Psal. xc.
i. Corin. vj.

Philip. iij.

Matth. xix.
Iob. xvij.

Psal. liij.

Psal. vj.

Augustin⁹
Rom. viij.

Ocham.
Gabriel.

Rom. viij.

Iosue. x.
Exo. xxxv.

Augustin⁹

minatur etiam omnibus malis culpae, quia illi non sunt mala, dum ex illis deus elicit bona, ut est expo- sitio beati Augustini super illud apostoli, diligētibus deū omnia cooperātur in bonum, ut exēplari- ter patet in Petro & Magdalena, quorū peccata deo permittēte fuerūt eis occasio maioris boni, ex illis hoc deo eliciēte suo diuino ac nobis incōpre- hensibili iudicio. ¶ Quinto dominatur malis poe- nae, scilicet iniuriae, famis tribulationis, mortis & c. quia ista illi fabricāt coronā, & per illa adipiscitur iustus triūphum. ¶ Sexto dominatur (si fas est di- cere) & ipsi deo, cuius dominio subest, ut praeficitur ab Ocham, & Gabriele in. j. distin. xiiij. dicen- tibus, q̄ tūc res dicitur dari alicui, cum datur, ut ea utatur ad libitū, ut uulgariter dicimus (ego me do- tibi). Cū igitur existenti cū patre per gratiā detur ipse deus cum charitatis dono, iuxta illud apostoli, Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spi- ritum sanctū qui datus est nobis, in illo illapsu san- ctificatio paratus est iuuare ipsum in omni ope- ratione meritoria, & quasi ad libitū. Exempla scri- pturae habem⁹ in Iosue de statione solis, & in Moy- se in Exodo. Hinc huic centurioni dixit, Ego uen- iā, & curabo eum, ostēdens separatū ad domum eius ire, cum ad hoc ipse cēturio se indignū iudica- ret, dicēs, Domine nō sum dignus ut intres sub te- ctum & c. O charitas existētis hominis cum patre Deo, quātum bonum facis? quātumq; dignificas. Petit uerbū, & promittit praesentiam, dicēs, ego uen- iam & c. Ideo inquit, ego homo sum sub potesta- te cōstitutus, & habeo sub me milites, id est ange- los, infernum, peccata, poenas, immo & ipsum deū. Et sic patet prima pars.

¶ Secunda pars.

L V modo autē si tota eius iurisdicōtio, & potestas, & quae sub ipso sunt, nō regu- lantur secūdam regulas dei & ad patris uolūtatem, ueniat in paralytū, tam quo ad ope- rationē meritoriam, q̄ quo ad exercitiū poenitentia- le, iam modo uideūdum est. ¶ Pro quo aduerte se- cūdam Augustinum, q̄ in anima nostra inueni- tur duplex portio, una superior, altera inferior. Su- perior quidē portio dicitur anima, cum liberū ar- bitrium habēs istam potestātē ordinat & disponit agēda, per hoc, quod est a Deo acceptū pra- ceptū uel prohibitum: cum uero per causas inferiores re- gular, dicitur inferior. Potest poni exēplum. Cum aliquis dimittit adulterare, considerando q̄ actus ille est turpis, & offendit cōciuem suū in persona

sibi cōiuncta, infamiā considerando, in honestatē periculum & c. dicitur tūc portio inferior. Haec au- tem habet sub se omnes potentias inferiores sen- sualitatis, de qua heri. Dū uero dimittit, propterea quia ille actus à Deo prohibitus est, & diuinā dis- plicet uoluntati, & facit cōtra charitatē proximi, quem sicut seipsum diligere tenetur, iuxta Christi praeficitur, tūc portio superioris est actus ille. Et nisi illam inferiorē portionem cum suis actibus & potētis secūdam regulas superioris portio- nis regulet, ueniet in paralytū, sicut serui cēturionis, pro quo iste cēturio rogabat Christum dicēs, Do- mine puer meus iacet in domo paralyticus, & ma- le torquetur. ¶ Pro cuius declaratione est notan- dum secūdam Augustinum. xij. de trini. & magi- strum in. ij. distin. xxiiij. q̄ talis est processus in no- stra separatione à Deo patre & in peccādo, qualis fuit in illa prima separatione illius primi peccatoris hominis, scilicet adā: quoniam ibi fuit serpens offerēs obiectum delectabile, mulier Eua alliciens & con- delectans, & tādē uir cōsentiens. Sic in ista sunt tria illis correspondētia, uidelicet sensualitas ut ser- pens, portio inferior ut mulier, & superior uelut uir. Serpens offert delectabile, portio inferior cum sen- sualitate, si impedita nō fuerit illis quatuor modis (quos heri diximus) sed cōdelectatur sensui in re sibi cōueniēti prohibita, tūc iā ueniale iudicatur, & est actus cōcupiscentiae. Si uero portio inferior siue uoluntas reluciat, nolens delectabile uel delectationē cōtra prohibitionem dei, coronatur pro merito. Si uero cōsentit, est mortale peccatum. Si autem est in lucta, quia nō determinatur, sed inci- pit titillare & dubitare an diuinā legem uelit trās- gredi consentiendo delectationi, an repellere per- sūasionē & obedire Deo, tunc incipit paralytica- ri, in capharnaum, quae uilla cōsolationis interpre- tatur. Vtinam fratres sic esset, q̄ ad minus aliquā- tulum trememus in processu peccandi, id est cū timore, & non cum tāta audacia, & in uerecunde in rebus illicitis procederem⁹. Reprehensio fiat pro peccatis publicis occurrentibus. ¶ Sed redeundo unde digressi sumus, cum sic titillat, & tremat, ad- huc manet in domo patris, sed paralyticus, & ad- huc non male torquetur: pro quo rogat hic cēturio, ut descendat. Pro quo aduerte, q̄ magna mi- sericordia est nobis à Deo impensa à conditione nostra (nec illam sentimus) uidelicet, quia nobis- cum cōcreatus est beatitudinis appetitus, ut Au- gustinus in libro confessionum inquit, Fecisti nos

M
Augustin⁹
Magister
senten.

A

Augustin⁹

scotus. iiii.
distin. xlix.
q. ix.

domine ad te, ideo inquietū est cor nostrum, nisi requiescat in te. Qui etiā secundum scotum in. iiii. distin. xlix. q. ix. est in damnatis & forte intērior, q̄ in nobis. Habēt enim secundum ipsum magnū cruciatū ex hoc, quia illā appetunt, vt impossibile ab eis attingi, & sua culpa. Magna utiq; pœna esset sitire aquā, & scire esse impossibile habere illam. Hic autē appetitus beatitudinis in via incipit mori, vel paralyticiari, & torqueri, dū ex mortali peccato & cōsuetudine eius suffocat illū, atq; eius delectationē quasi semiuivū illū tenēs dum vult, & nō vult à deo separari. Cuius ratio est, quia moratur capharnaum, id est in villa consolationis, id est nimis tēporali delectationi adherēdo. Verū male torquetur in inferno, & hic, istud desiderū. Tum primo, quia si cogitāt de beatitudine, torquentur: quia cogitāt de illa, vt impossibilis haberi. Tum secūdo, quia ista cogitatio illos torquet & affligit, vt dicit scotus ibidem eadē distin. q. j. quia recordantur, q̄ in via potuerūt cogitare, & sine impedimento: & potuerūt efficaciter appetere, nō autem fecerūt: & ita deflent obliuionē de beatitudine, suam præteritā, & nostrā præsentem: quia exiitētes capharnaum sic paralyticamur, vt non moueamur ad bene operādum, nec ad agēdum opus pœnitētiāle. Vt exēplariter ex euāgelio habemus de illo diuine epulone, rogante q̄ mitteretur Lazarus ad fratres eius, vt eos aduifaret, & ne irent in illum locum tormētorum. ¶ Rogare ergo istum cēturiōnem, vt puerū paralyticum sanet in domo, est vt diuina gratia sic præueniat obliuionē nostrā, dum est in villa huius cōsolationis mūdānā, ne iste appetitus & cōsideratio beatitudinis (qui ex delectatione istarū rerum hic paralyticatur) per illam recordationē pœnalem quā diximus, in inferno nō torqueatur, atq; sic iste spirītus rationalis & portio superior, potestātē habens super omnē animā & corporis familiā, sic regulet illas secundum regulas patris, vt eius omnis operatio sit meritoria, & pœnitētiālis sit fructuosa. ¶ Modus autem, quo hoc obtineatur, ponitur in euāgelio præsentī Matth. viij. dicētis, q̄ cum intrasset Iesus capharnaū, accessit ad eum cēturiō, rogās eum, & dicens, Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur. Cui Christus, Ego veniā, & curabo eum. In quo tria ponuntur notabilia in præsentī. Primum, infirmitatis ipsius sensuualitatis regulabilis expositio. Secundum, permanētis cū patre confidentia, circa hāc regulationem obtinēdam. Ter-

tium, ipsius petitionis & regulationis cōcessio.

DE primo quo ad sensum literalē. Huius cēturiōnis petitio in exponendo infirmitatē serui, fuit circumstantionata. Primo, quia expectauit congruētā tēporis & loci, scilicet q̄ descēderet capharnaū, quā ciuitas erat nobilis, & in qua multa miracula operatus fuerat dominus. Secūdo, exprimebat eius potētā, dicens, Domine, puer meus iacet &c. quasi dicat, sine te nō potest sanari. Et in domo, nō autem eieci illum ad hospitale, vt aliqui milites faciunt, sed in domo. Tertio ponitur Christi respōsio dicētis, Ego veniā, & curabo eum &c. Ecce fructū petitionis qualificate: nā plus promittitur, q̄ petitur: quia ille solum infirmitatem insinuauit, Christus autē promisit præsentia & curationē. ¶ Pro mystico & spiritali sensu nota primo, q̄ cēturiō spiritum rationalem significat, qui præest custodiā mētis cui subijcitur omnis familia militiē corporis & animę, & corporis mēbra, vires interiores & exteriores. ps. Omnia subiecisti &c. Iste debet deo militare pro stipēdio gloria, & regere omnia. ¶ Secūdo puer & seruus huius est appetitus sensitiuus, carēs discretionē, delectabilia querēs, aspera fugiēs, & inutilia amās. De quo apostolus, Nolite fieri pueri sensibus, scilicet nō regendo illos. ¶ Tertio ponitur infirmitas, videlicet, paralytis, scilicet non exercitatio in operibus bonis & operibus pœnitētiālibus: quia male torquetur, scilicet in domo patris, detētus pulchritudine huius mūdi. ¶ Quarto ponitur respōsio & remediū, dicēs, Ego veniā &c. Quasi dicat, venisti ad me, & à me nō vis separari, ego veniā nō solum ad te, & tecum permanebo per gratiā, sed veniā ad puerum, id est sensuualitātē, & sanabo paralyticum sensuū, & portionis inferioris partem, vt nō sit difficultas ad operationē meritoriam, & ad opus pœnitētiāle. ¶ De secūdo ponitur confidentia, dicens, Domine nō sum dignus &c. Adducit tria, quā in petēte cōfidētiam generāt. Primo humilitatē, ex cognitione tantæ maiestatis, & indignitatis sui ipsius, dicēs, Domine nō sum dignus vt intres, nec vt tecum maneam. Secūdo fidem, dicēs, Dic verbo &c. In verbo æterno dicere est facere: ideo cū sis verbū æternū, (per quod omnia facta sunt) solū sufficit velle, quia verbo omnia potes. Tertio prudentiam, arguēdo à minori ad maius, dicens, Nā & ego homo sum, sub potestate cōstitutus &c. Quasi dicat, Ego cum sim purus homo, dico huic vade, & vadit &c. quāto magis tu, qui es homo deus: qui venisti pro-

pter homines: vt te hominē pro homine dares, poteris omnia quę in me sunt, præcipere, & paralyticum portionis inferioris in me sanare? ¶ De tertio ponitur huius petitionis adimpletio, dicens, Non inueni tātam fidem in Israel. Literaliter ponitur duplex expositio. Prima respēctiue, quia illi israelitę crediderūt vocati, & ex prædicatione iste autē credidit non vocatus, nec prædicationem admittit. Secūda expressiue, quia nemo expresse ita confessus fuit circumstantias saluatoris, vt hic cēturiō. ¶ Moraliter. Cum ex fide proueniat petitionum exauditiō: magnā fidem ostēdit habere, qui propter deum est facilis in refrenatione istorum sen-

suum, & refugit ea, quę impediunt Dei seruitium: & prosequitur quę ad illam faciunt. Secūdo, magna est fides expressiue, dum illud, quod interius sentit de Deo, exterius exprimit, & manifestat per vtrāq; operationem, & ita huic dicitur tanq̄ filio permanere volēti cum patre. Fiat tibi sicut petisti. Petis enim ex opere pœnitētiāli relaxationē pœnarum, vt non illarū recorder, fiat ergo tibi, sicut petisti. Petis etiam, vt opera tua bona acceptētur, fiat tibi sicut petisti, adeo, vt pro illis hic recipias gratiā, & in futuro gloriam. Ad quā nos perducat ipse Iesus Christus, qui cum patre & spiritu sancto viuuit, & regnat, in secula seculorum. Amen.

Feria sexta cinerum. Sermo. iiii. de. iiii. præmonitione vtriusque hominis pro merito et peccatorum remissione, videlicet, dilectione inimicorum. Sub isto themate.

¶ Ego autem dico, diligite inimicos vestros.

Matth. v. cap.

¶ Ego autem dico, diligite inimicos vestros. Matth. v. cap.



Stenſa ſermo - ne præterito potestate maxima hominis remanentis cum patre, eo q̄ liberum arbitrium cogi non poterat, licet à Deo aliquādo ſuaui ter trahatur ad eius voluntatem, & de eius duplici potestate ſuper creata, ſcilicet naturali & gratuita: quāmq; extēſa erat. ſcilicet ad angelos, infernū, peccata, pœnas, & creata & Deū: & quomodo niſi reguletur eſſet periculum ne in paralyticum incurreret. In præſenti ſermone dicēdum eſt de alia præmonitione vtriusq; filio ad merēdum, & remiſſionē peccatorum obtinēdā, maxime neceſſaria, videlicet, dilectione inimici, quā monitionē aſſignat Chriſtus in verbis aſſumptis dicēs, Ego autem dico vobis, diligite inimicos veſtros. Sed prius ſalutetur virgo Maria.

¶ Argumentum ſermonis.

ps. cxviii. C

Beatus Augustinus super illud. ps. Reuela oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua. dicit, nil arduum tam in præceptis quā in conſilijs inueniri, ſicut iſtud de inimicorū dilectione (ſiue ſit præceptum, ſiue ſit cōſilium.) Tum pri-

mo, quoniā ſi inimici inimicari deſinerēt, æquum eſſet, vt correctos in dilectione diligere mus. Verū arduū certe videtur, vt pro diligēdis illis, qui quaſi perſequūtur ipſam dilectionē, dicat, Ego autem dico, diligite inimicos veſtros. Tum ſecūdo, quoniā ſi inimici noſtri eſſent amici Dei, rationabile videretur, q̄ illos propter Deū (cuius ſunt amici) diligere mus: & licet noſtri inimici ſint & nos perſequantur, Exodi dicitur, inimicus ero inimicis tuis: tum quia qui amici Chriſti cēſentur, ſunt diligēdi. Verū arduum videtur, vt pro dei inimicis & noſtris diligēdis, dicat, Ego autē dico vobis, diligite inimicos veſtros. Tum tertio, quoniā ſi inimici noſtri eſſent boni, etiā circa ſeipſos, æquum eſſet (vt quīs erga nos mali ſint) illos diligamus. Verū arduum videtur, vt malum præcipiatur diligendum. Quid enim deterius, quā vt inferat quis malum in corpore alterius, ſibi ipſi malum interre in anima? & pro diligendo illo dicat, Ego autem dico vobis, diligite. &c. Tum quarto, quoniā ſi ipſe Chriſtus inimicis noſtris cōmunicaret ſua, & reciperet ab eis oblata: æquū videretur, vt & nos cū illis inuicem communicationem haberemus. Verum arduum videtur, cum ipſe ab inimicis noſtris non velit munera accipere, iuxta illud Matth. quin prius reconcilietur fratri ſuo habenti aliquid aduerſum illum: antequam munus offerat, & nobis dicit, Ego autem dico vobis, diligite inimicos veſtros.

scotus.

Luc. xvj.

Euangelii
Matth. viij.

psal. viij.

j. Cor. xiiii.

Exodi. xvj.

Matt. v. ca.

¶ Nihilominus hoc, quod saluator inquit, premissio quedam est, utriusque filio tam innocenti quam poenitepti pro suis exercitijs admodum necessaria: ideo in presenti sermone ista duo declarabuntur. Primum, quomodo poenitenti pro suorum peccatorum remissione impetranda a Deo, nullum facilius remedium (citra sacramenti susceptionem) habere poterit, quam diligere propter Deum inimicum: ideo inquit, Ego autem dico vobis, scilicet poenitentibus, diligite inimicos vestros. Secundum, quomodo innocenti & viam operationis meritorie ambulanti nullum maius & expressius opus inueniri potest, quam diligere propter Deum: ideo Ego autem dico vobis, scilicet innocentibus, diligite inimicos vestros. Cum expositione euangelica.

DE primo. Ad ostendendam efficaciam dilectionis inimici in remittendo illi propter Deum offensam, respectu errorum nostrorum indulgentiae & remissionis impetranda a Deo, sunt tres rationes, fundatae in tribus, quae in remissione nostrorum peccatorum in Deo principaliter concurrere videtur, scilicet misericordia, iustitia, & sapientia. ¶ Prima ratio dicitur cooperationis cum misericordia Dei remittentis, & conformitatis cum illa. Pro qua est notandum secundum Thomam in. ij. distin. xxxiii. q. ij. ar. ij. q. in offensa facta proximo maior est offensa facta Deo, quam illi. Tum primo ratione auersionis a lege & a voluntate eius, ratione cuius respondet illi poena damni (id est) carceris visionis diuinae, (quae maior est omnium poenarum infernalium) & ratione contemptus legis & legislatoris. Tum secundo ratione detracti, quia detrahit debitum Deo, scilicet honorem, & debitam subiectionem, & totam summam meritorum & seruitiorum exhibendorum. Quia quantum in se est, se illis priuat, ratione amissionis charitatis, non solum hic in terra, sed & in coelo: & si essent infinita, ideo per hoc infinitae poenae reus, quantum est in se efficitur. At vero in offensa facta proximo sunt duo. Vnum, scilicet rancor, & prouocatio ad inimicitiam. Alterum laesio aliqua, vel in bonis corporis, vel fortunae, vel famae. Dum ego offensor tuus obtinet misericordiam & remissionem a Deo (quod suppono) cuius offensa improporcionabiliter est maior (vt clarum patet) cum tu de tua largiris proximo remissionem (quae minor est) videris cooperatur diuinae misericordiae: & ratione illius conformitatis, mereris remissionem a Deo. Et secus faciens, meretur non solum sibi, non remitti a Deo

offensa eius: sed etiam cuiuscumque debiti dimissi repetitionem, vt Christus in parabola illa, de seruo debitore domino suo decem milia talenta, explicat pulchra. Nam debitum vnus, erat decem milium talentorum: quod iuxta computationem facit vulgariter vnus cento y dozientas mil libras: debitum vero conserui alterius quod seruo debebat, erat centum denariorum, quod adhuc non erat debitum vnus librae, & ita magna improporcion scilicet vnus miliaris, & ducentarum librarum ad vnam libram. Et quod iste seruus (cui dimissum est debitum improporcionabiliter maius conserui sui debito) teneret & suffocaret conseruum ob non solutionem: non se conformando remissioni sibi factae maioris debiti, reprehensus est, & repetitum fuit debitum vniuersum, vsque ad solutionem vltimi quadrantis. Sic suo modo potest applicari de remittente, quia cooperatur est diuinae misericordiae, quasi fauens illi. Congruum est, vt ipsa diuina misericordia faueat etiam illi in suorum debitorum remissione. Iuxta illud, dimittite, & dimittetur vobis. Et illud, Sic pater meus faciet vobis, si non dimiseritis ex toto corde vestro fratribus vestris.

¶ Secunda ratio dicitur cooperationis cum diuina iustitia. Nam non remittens, vsurpat quod Dei proprium est: remittens vero, ad diuinam iustitiam de omnibus vindicatem, illam extollit. Deus enim habet casus referuatos sibi (sicut & pontifices habent) in quibus non vult, vt quis mittat manum. ¶ Primus casus Deo referuatus, est gloria & laus de operibus bonis a nobis factis. Propheta dicit. Gloriam meam alteri non dabo. Et apostolus. Regi autem seculorum immortalis & inuisibili, soli Deo honor & gloria. Et Matthaei precipit, ne de operibus nostris gloriam queramus, dicens. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis. Habemus figuram de hoc in Genesi, quod Ioseph dedit aegyptijs frumentum in semina, & in cibum: solum quintam partem illorum, quae laborassent, reliquit, & referuauit dandam regi. Ioseph procurator Pharaonis (vtique primi & boni) Christus est, apud quem cibus & semina bonorum operum reposita sunt, Apostolus, in quo sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae Dei absconditi. Ipse enim dat nobis gratiam suam, vt sit nobis cibus, & alimentum nostri spiritus: & semen in his, quae seminamus ad vitam aeternam: tamen quatuor partes ex bonis, quae fecerimus, nobis concedit. Prima est, remissio culpa, quae nobis prodest,

Secunda, relaxatio poenae etiam pro nobis. Tertia est, consolatio spiritualis, similiter pro nobis. Quarta, premium de illis correspondens in coelo, pro nobis: Quinta vero, scilicet laudem & gloriam ex illis sequentem, referuat sibi, & Pharaoni regi coelesti. Ratio esse potest huius referuationis, quia gloria operis non debet attribui instrumento, sed principali agenti & artificio: quia ergo operum nostrorum deus est principale agens, omnem gloriam & laudem ex illis sibi referuari vult. ¶ Secundum sibi referuatum est, iudicare de aliquo definitiue. Nam omnia quae hic iudicantur, remanent iudicanda in futuro, tanquam referuata ad supremum iudicatum, quod erit in fine mundi. ps. cum accipero tempus, ego iustitias iudicabo. Et Ioannis, Pater omne iudicium dedit filio. Ideo apostolus, Quis es tu qui iudicas seruum alienum? si cadit, domino suo cadit. Et Matthaei inquit Christus, Nolite iudicare, & non iudicamini. Et apostolus, Nolite ante tempus iudicare, Quasi dicat, hoc ipsi iudici definitiue referuatum est. Ratio huius esse potest, quia ad iudicium definitiuum requiritur plena cognitio, quae de occultis, & futuris solideo referuatur. Vnde iudicibus intromittentibus se de occultis, quae non cadunt sub eorum iurisdictione, sed sunt vsurpatores iurisdictionis dei. Sic dicatur de exigentibus veritatem occultam per quaestiones tormentorum. ¶ Tertium deo referuatum, & ad nostrum propositum est, vindicta de inimico, vt apostolus, Da mihi vindictam, & ego retribuam. Ratio huius referuae est, quia nescimus vindictam sumere de inimicis nostris. Vindicari volumus, de quo non debemus. Meretur namque vindictam error & malitia proximi, & eius mala voluntas, quam erga nos concepit: & nos vindictam sumimus de bonis corporis, fortunae aut famae eius. Quid enim nobis fecerunt ista? Si vindicari vis, tolle errorem a proximo, tolle & malam eius voluntatem, vel orando, vel benefaciendo: & sic erit vindicta concessa tibi. Aliam vero, scilicet exterminationem, vel quodcumque aliud malum non, quia casus est Deo referuatus, vt pulchre notat beatus Augustinus in sermone vnus martiris, dicens sic, Noli homo cum te persequitur quis, attendere illam figuram, quam fecit, aut animam, quam spirauit Deus. Non enim te persequitur, quod fecit Deus, sed malitia, quam fecit homo. Nam quaecumque fecit Deus, laudant Deum. Et sequitur parum infra, vltus sum eos, scilicet non credentes (de quibus loquitur)

quid est, vltus sum eos: vindicaui me de ipsis inimicis meis. Quomodo me vindicaui? occidendo in eis errorem, falsitatem fidem. Quod in ipso Paulo persecutore ex ignorantia, & alijs exemplificari potest. ¶ Cuius ergo vindictam remittis Deo, extollis eius iustitiam, & illius iurisdictionem non vsurpas: & faues, quantum in te est, illi iustitiae Dei, remittendo illi vindictam de offensa tibi illata: & sic prouocas eandem Dei iustitiam, vt tibi circa offensas in eam commissas etiam faueat. ¶ Tertia ratio dicitur cooperationis cum diuina sapientia gubernante sapienter domum suam, adeo, vt nil in vltum, vel impunitum in ea remaneat. Analogia potest esse in domo alicuius domini, vbi sunt plures serui: vbi alter alterum male tractaret, iniuriam irrogaret domino suo, sumendo sibi vindictam, quasi non esset sufficienter prouisum super hoc a domino: & assumendo sibi iurisdictionem, & quasi iudicem & executorem seipsum constituendo. Qui igitur relinquit sapientiae & gubernationi domini, fauet sapientiae illius. Offensus ergo a proximo, dum remittit offensam propter deum proximo, non solum prouocat ad se Dei misericordiam, vt sibi offensa remittatur, quia cooperatur eius existit: & similiter Dei iustitiam, ne poenam debitam infligat: sed etiam Dei sapientiam, vt poenitendi modum sibi praestet. Et sic efficacissimum medium est, ad remissionem a Deo obtinendam, ipsa inimici ex dilectione remissio. Et sic breuiter patet primum.

¶ Secunda pars.



Secunda pars etiam persuadetur, vno fundamento praesupposito, videlicet, quod ratio meriti in quolibet opere est ipsa dei dilectio charitativa, vt inquit saluator in euangelio hodierno, Si eos diligitis, qui vobis benefaciunt, quam mercedem speratis? Quoniam dilectio proximi ratione sui non est meritoria, nisi pro quanto in ea inuenitur ea ratio diligendi, quae deum diligimus, & idem finis. Quia vnus habitus charitatis est, quo diligimus deum, & proximum. Nam ratio diligendi Deum, est ipse Deus summum bonum: ratio diligendi proximum, est ipse Deus. Immo dilectio dei licet in operibus diuersificetur, vt Ioannes dicit, Si proximum, quem vides, non diligis quomodo deum, quem non vides, diliges? Quasi dicat, Non ob aliud datum est praecipitum de dilectione proximi, nisi ad exercitium dilectionis dei. ¶ Confirmatur hoc ex assignatione praecipitum di-

j. Ioannis. iij.

Sermo quartus. Feria sexta. Cinerum.

lectionis à Christo, dicens, Hoc est primum & maximum mandatum. Primum quidem, quo ad radicem meredi, quod omnia meritorie agenda mouere debet. Et maximum, scilicet impletione: quia in omnibus quæ ex charitate diliguntur, inuenitur. Hoc insuper clarius explicat, in illo quod sequitur ibi, dicens, Alterum simile huic. Alterum est præceptum dilectionis proximi in obiecto & opere, sed est simile in radice, quia propter deum, immo est ipsa dei dilectio modo prælibato.

F Ocusupposito, probatur hæc. Secunda pars. Quoniam ipsa dilectio proximi magis explicat ipsam radicem dilectionis meritorie in dilectione charitativa proximi inimici, id est propter deum, quæ in dilectione proximi amici: ergo magis meritoria. Probatur assumptum, de maiori explicatione triplici ratione. ¶ Primo sic. Quia ubi maior inclinatio charitatis, ibi maius meritum arguitur: sed in dilectione charitativa inimici magis ostenditur de charitate, quæ in dilectione amici, ut exemplariter patet. Nam multum me ostendo diligere manum, quæ cum læserit me, non amputo illam. Sic dicitur, cum ferit linguam. Et etiam ratione patet. Quia ad illam dilectionem inimici non inclinatur natura, sed gratia. ¶ Secundo ratione maioris liberalitatis. Quia in opere liberaliori plus de merito arguitur, iuxta illud apostoli, Hilariter enim datorem diligit deus. Amico enim debemus beneficium & benivolentiam, non debemus inimico illam: adeo cum ad illud inclinatur sola charitas, maior arguitur liberalitas. ¶ Tertio ratione conatus. Quia ubi voluntas propter Deum maiorem apponit conatum, ibi (cæteris paribus) maius arguitur meritum: hic autem maiorem apponit conatum, dum offensa clamat, damnum sentitur, honor mundanus dicit, vindicatur: & solum propter Deum sibi vim facit, remittendo & indulgendo. Ideo magni meriti est ista inimicorum dilectio, & expressiuam maiorem charitatis, quam diximus meriti esse radicem. Ideo pro præmonitione innocenti dicit, Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros. ¶ Veritatem enim & in hoc erret, Christus in euangelio hodierno proponit obligationem & modum, duo faciendum. primo ponitur præceptum illius: secundo autem modus.

Euangelium Matthæi. v. **G** E primo dicit, ponendo legem antiquis datam de dilectione amicorum dicens, Audistis, quia dictum est antiquis, Pro quo aduerte, quæ

licet natura ad dilectionem amici inclinet, & secundum rationem naturalem integram, non esset necesse illam præcipere, etiam antiquis: tamen iam illis in consuetudine antiquatis, fuit conueniens propter tria. ¶ Primo, ratione naturæ corruptæ & peccati, cuius origo est amor sui, crescens secundum Augustinum usque ad contemptum dei, adeo, ut non sit, nec nominetur amicus, nisi aliquo interesse apposito: ideo ex isto in ordinato amore sui, offuscata lege naturali, necesse fuit ponere præceptum de dilectione amici ipsis antiquis, id est sic antiquatis in lege scripta. ¶ Secundo, ratione renouationis, ne desisterent ab illa dilectione. Sicut & in curijs & comitijs regijs renouantur leges, ne illas definiant continuare. ¶ Tertio, ratione modificationis dilectionis amici, ut scilicet ametur propter virtutem: & quia dignus est amari, quod erat antiquatum. Nam fere nemo diligebat amicū, nisi ratione utilitatis, vel delectabilis boni: quo ablato, non erat ulterius amicitia. Et utinam non sic contingat in temporibus nostris. Vera enim ratio dilectionis amici, non est eo quod amat nos, vel quia benefacit nobis: sed quia propter virtutem dignus est amari. Hinc notatur error illorum de antiqua lege dicentium, quod præceptum de dilectione amici erat causa à contrario sensu, ut inimicus odiretur: sed consequentia mala est. Sed saluo meliori iudicio dicitur, quod quia ille status erat imperfectus, vel imperfectorum, quod aliqua permittebantur in illo minus iusta, ut magis mala euitarentur. Exemplum esse potest, quia permittebatur alienis dare ad usuram, ne proximis darent: nihilominus intentio legislatoris erat, quod nec etiam alienis daretur. Ideo dictum est antiquis, id est permissum dilectio amicorum cum odio inimicorum, cum tamen simpliciter & implicite dilectio inimicorum sit in præcepto. ¶ Secundo ponit præceptum nobis, dicens, Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros &c. Primo tangit auctoritatem præipientis, dicens, Ego autem, scilicet ego, qui sum deus de deo, nouus homo, noua præcepta charitatis instituens, id est nouam christianitatis præmaticam. Ego, qui pro inimicis mori venio. Ego præcipiens, qui prius præcepta impleo, apostolus cum inimici essemus, pro nobis mortuus est. Secundo tangit virtutem præcepti, dicens (dico) quia verbum æternum factum homo. ps. Eructauit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi. Tertio tangit qualitatem illorum, quibus præcipitur, dicens (vobis) Non autem antiquis secundum carnem viuētibus, & secundum

De confidentia permanentis cum patre.

10

corruptionem more antiquo: sed vobis, nouis hominibus, qui cum patre vultis permanere in innocentia & gratia: vobis etiam poenitentibus, qui hucusque secundum carnem vixistis & sensualitatem, nunc autem viuētibus secundum poenitentiae leges. Hæc sit præmatica noua, à Christo in cruce præconizata, dicens, Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Hæc ab Stephano inter lapides obseruata, dicens, Domine Iesu, ne statuas illis hoc peccatum. Et à vobis omnibus veris filiis obseruanda sit præmonitio: quia ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros.

DE secundo ponit triplicem modum huius præmonitionis secundum eius triplicem actum, scilicet diligere, benefacere, & orare. ¶ Primus actus est in affectu dicens, diligite, Tum excludendo à corde odium, & rancorem, & vindictam intentionem (quod est præceptum) & si sit propter deum, magni meriti, magis dolendo de dano, quod sibi infert spirituale, quæ de vestro temporali seu corporali, quod etiam est meritum. ¶ Secundus actus est in opere & effectu, dicens, benefacite his, qui oderunt vos, non inferendo maius malum, quæ vobis intulerint, quia hoc gentilium est. Non tantum pro tanto, quia hoc ratione

imperfectiois status permissum est Iudæis, scilicet oculum pro oculo &c. Sed non reddendo malum pro malo, quod christianis est sub præcepto: immo malum vincendo in bono, quod est consilij & perfectionis in lege euangelica & apostolica, & apud deum maximi meriti. ¶ Tertius actus est, orate pro persequētibus & calumniātibus vos. Tum ut oremus ad deum pro remissione & indulgentia, & est præcepti charitatis. Tum ut optemus ei salutem & alia temporalia, & isto modo sub conditione, scilicet si ad salutem animæ eius proficere debet: & hoc ipse Deus præuidet in illo: ut illa sancta Anastasia orabat de publico eius sponso, & orandum scribebat Grifogono. Tum non excludendo illum ab oratione comuni, quod est sub præcepto. Vel specialiter pro illo ex charitate orare, quod est sub consilio, & magni meriti. Et erunt de filiis Christi, ut in euangelio sequitur, dicens, ut sitis filij patris vestri, qui solem suum facit oriri super bonos & malos. Filij inquam, diligendo & remittendo ut poenitentes: ut innocentes vero, implentes & quæ de consilio: ut vterque tanquam filius accipiat hereditatem celestis patris in gloria. Ad quam nos perducatur ipse Christus Iesus, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat in secula seculorum. Amen.

Sermo quintus, & sabbato post cineres. De quarta præmonitione utriusque filij necessaria, videlicet, de confidentia ex præsentia patris circa pericula in vtroque viagio insurgentia. Sub isto themate.

ta præmonitione utriusque filij necessaria, videlicet, de confidentia ex præsentia patris circa pericula in vtroque viagio insurgentia. Sub isto themate.

¶ Confidite, & nolite timere ego sum. Marci. vj. cap. & in euangelio.



D E AELIBA ta sermone præcedenti. Tertia præmonitione & aduifamento hominis innocētis & poenitentis videlicet, de dilectione inimici, quæ

tum vtrique pro suo exercitio necessaria & utilis erat, ratione cuius alter peccatorum remissionem facilius à Deo impetrare poterat, quia cooperatores diuinæ mis-

ericordie, iustitie, & sapientie fiebat, remittendo errata inimico, quæ in ipsum commiserat: alter vero maxime mereri in eodem exercitio dilectionis inimici poterat, cum ille actus ostensiuus erat maioris dilectionis charitativæ dei, ratione maioris charitatis, liberalitatis, & conatus ipsius voluntatis, atque etiam assignati fuerunt in huiusmodi exercitio actus illius, scilicet diligere, benefacere, & orare. In præsentis sermone dicendum est de alia. Quarta præmonitione, videlicet, quia ex eo quod transitus vtriusque filij in suo exercitio debet esse per mare huius mundi, qui mare dicitur ubi fluctuationes incredibiles, ut inquit ps. Mirabiles elationes maris, ubi pericula inenarrabilia: certe si

Sermo quintus. Feria sexta. Cinerum.

non habet confidentiam & securitatem sui viagij, periclitabitur, a deo, q̄ nec poenitentiam, nec meritorij opus cum securitate faciet. Ideo ne vterq; filius in suo exercitio deficiat, assignabimus securitatem de fine intento: alteri de remissione suorū peccatorum: alteri de adeptione pramiij sui laboris. Et hoc ex presentia ipsius Christi dicentis, confidite, & nolite timere, ego sum. Sed prius salutetur virgo Maria.

¶ Argumentum huius sermonis.

S. Thomas **H**atus Thomas. ij. ij. q. cxxix. dicit, q̄ confidentia oritur ex fide, & pertinet ad spem. Nam confidentia est modus spei, & ita addit ad fidem & spem, quia est sperare cum securitate. Nemo in aliquo confidit, nisi quia credit illum esse potentem dare id, quod sperat, & sic sperat de bonitate eius quod dabit. Verum tamen confidit, quia ultra hoc, est ibi aliquis intercessor vel coassistens, ratione cuius, cum securitate & certitudine sperat, & ita confidentia ultra spem, dicit sperare cum securitate, & habere certitudinem, quod sine dubio obtinebit intentū. ¶ Applicando hoc ad propositum dicimus, q̄ credendum est, q̄ qui in altero istorum duorum exercitiorum, scilicet poenitendi & merendi est, sperat obtinere finem intentum sui exercitij, scilicet peccatorum remissionem, vel pramiium suorū operum, & spem in illo nasci ex fide: credendo se habere a deo, qui potest peccata remittere, & pramiia largiri (quod vtrūq; scriptura in deo inueniri testatur.) Primum, Quis est iste, qui peccata remittit? Et id, Quis potest remittere peccata, nisi solus deus? Secundum autem, ps. gratiam & gloriam dabit dominus. Ideo in solo deo spem suam ponit. ps. Bonum est in domino ponere spem meam. Et ps. Bonum est sperare in domino, q̄ sperare in principibus. Et ps. In te domine speravi. Verū tamen pramonitio vtrūq; admodum ponderanda est, & prae oculis habenda, vt animo forti exercitium amplectatur: q̄ certitudinaliter sit securus, q̄ finē eius obtinebit: & ex presentia patris cum illo in vtroq; exercitio existētis, & in verbis assumptis dicentis, Confidite, & nolite timere, quia ego sum. ¶ Ideo in presenti sermone duo principaliter declarabimus. Primum, quare sit ista spes, quam habere debet vterq; filius, & unde provenit ista securitas, quam confidentia includit, quia dicit, Confidite. Secundū, quomodo hoc provenit ex coassistētia Christi, certificātis, & meritū augentis, dicens, ego sum, scilicet securitatem

dando in quacūq; fluctuatione. Exemplo discipulorum in medio maris laborantium, sine spe perueniendi ad portū, quibus ex presentia Christi cessavit tempestas, vt in presenti euangelio.

Dē primo, supposito q̄ secundū catholicon, Catholicō. spes est quasi pes dicta, id est illud in quo homines figunt pedem (vulgariter, hazen hincapie) multiplex ponitur spes. ¶ Prima est spes maledicta, scilicet fiducia & confidentia de dei misericordia: vt est illa, qua ad peccatum trahitur, vt in illo permaneat. De qua Bernardus, Est infidelis fiducia solius maledictionis capax, cum spe venie peccamus. Exēplum in Adam, vt dicit magister. in. ij. distin. xxij. q̄ Adam de Dei misericordia cogitavit, dum morē gerens vxori, consensit: ideo Deus denotās hoc, dixit, Quia obedisti vxori tuæ, & comediti: maledicta terra &c. id est maledicta spei, dabitur maledicta poena. Multū deberent ad hoc homines aduertere, quoniam multum offendit diuinam misericordiam talis confidentia. Similiter & hoc deberent considerare confidentes in bullis & indulgentijs venturis seu concedendis: ac per hoc multiplicāt peccata, & peccatis accumulāt. Hęc maledicta spes præsumptio potius censetur, q̄ spes: quia secundū Gregoriū, sine meritis sperare, non est spes, sed præsumptio. Ideo Augustinus dicit in sermone innocentum, q̄ hac in animaduersione percutitur peccator, vt quia dū viueret, oblit⁹ est deus dū moritur, obliuiscatur sui. Hinc ps. Nolite sperare in iniquitate. ¶ Secunda spes est fallax & mendosa, qua speratur in longa vita: & ita licentius peccatur, vel ab operatione bona cessatur: pro alio tempore, scilicet futuro reseruando. Quantum displiceat deo ex hoc patet, quia tēpus a Deo ad emendā sibi datum, proponit in offensam eius expendere: & facit deum cooperatorem suæ iniquitatis, scilicet dando tēpus, vt expleat iniquitates suas. Ratio huius ponderāda est, quia licet tēpus a philosophis dicatur esse quaedā mēsurā primi nobilis secundū prius & posterius &c. tamē secundum theologos, tēpusologicum est quaedā mēsurā gratuita, qua deus determinat coassistere nobis: in qua non negabit suam gratiā & adiutorium ad bene operādum, & emēdam vitæ nostræ faciendam. Exēplum possumus ponere in angelis & demonibus, quia eo nō emēdātur, quia ista mēsurā gratuita nō fuit eis cōcessa, scilicet qua quod male in vno tēpore fecerunt, in alio possent emēdare. Cum igitur deus illā mēsurā gratuitam

De confidentia permanentis cum patre. II

quo ad hoc concessit, & tu illam proponis expendere in peccatis, cōtra venis huic concessioni gratuita, & cooperatōrē tuæ iniquitatis (quātum in te est) illum facis. Hinc apostolus. Redimētes tempus, quoniam dies mali sunt. ¶ Ex quo patet ex scriptura, quare etiā determinatum tēpus secundum naturā vitæ hominis, licet a diuina voluntate certum sit, Iob cōstituit terminos eius, qui prateriri non poterūt, & idem, Breues dies hominis sunt, & numerus mēsum apud te est: tamē respectu nostri, quia bene vel male illo vtimur, prolongari vel abbreviari cognoscimus. Patet ex Efaia de rege Ezechia, cui additi sunt quindecim anni de vita propter poenitentiam & emēdam. Similiter in libro Ionæ de niniuitis. Sed de ablatione tēporis, & abbreviacione propter peccatorū continuationem. Habetur in genesi. Non erunt dies hominis, nisi centum & viginti anni: & si computentur, ab isto numero inueniētur minus viginti anni, & hoc propter hominū peccata multiplicata. Similiter hoc patet de filio ipsi Dauid ex adulterio nato, qui ante octauū diem mortuus est. Ecce ergo q̄ vana & mēdosa est hęc spes, ex prolongatione vitæ securius peccare. ¶ Tertia est spes theologica, qua clare, & certitudinaliter, & infallibiliter, & sine fluctuatione expectamus futurā beatitudinē. De qua dicit magister Gerson in tractatu de vita spiritali animæ, q̄ est magnum miraculum, inter tot fluctus humanæ fragilitatis & vicissitudinis, vt certissime possit qui dicere cū apostolo, Scio, & certus sum, q̄ neq; mors, neq; vita &c. possit me separare a charitate dei, quæ est in Christo Iesu. A deo, vt dicat anima hac virtute suffulta. ps. In pace in idipsum dormiā & requiescam, Quoniā tu domine singulariter in spe, constituiti me. Pondera hoc certe pro miraculo.

Erum quid sit ista tam miraculosa spes, au diamus a magistro. in. ij. senten. dist. xxvj. cap. j. sic desinente. Spes, est certa spectatio future beatitudinis, ex gratia, & ex meritis proueniens. Tria dicit magister hic, quæ integrant spem, & faciunt istud miraculum. ¶ Primo dicit, q̄ est expectatio certa. Sanctus Thomas ponit differentiam inter sperare & expectare. Nam si spes tendat in aliquod bonum, possibile adipisci per virtutem, & facultatē humanam, & propriam (quæ in ipso est) dicitur sperare. Si autem per virtutē alienam, dicitur expectare. vt subtiliter tetigit apostolus. Si quod videmus speramus, per patientiam expecta-

mus. Et ideo quia ista facultas, qua expectamus obtinere beatitudinem, non est a nobis, sed a virtute infusa a deo, ideo dicit, quod spes est expectatio. Verum magis ponderandum est hoc quod dicit (scilicet certa) ad denotandum, q̄ ista spes supponit duo, scilicet facultatem, & possibilitatem: eo quod credit illud bonum sufficientissimum communicandū sibi ipsi, & ita intendit proficere illud: & innititur primæ veritati, quæ deus est, sibi hoc reuelanti. sed certitudo spei innititur liberalitati dei, quæ nunq̄ deficit in eo, quod promittit: & ita habet pro certo, quod apostolus vtrūq; ponit dicēs, Scio cui credidi, & certus sum. Scio enim cui credidi, scilicet primæ veritati infallibili: & certus sum, id est sine aliqua hæsitacione. Et ideo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die, iustus iudex. Duplicem nāq; certitudinem habebat apostolus: vnam de illo, in quo spem habuit, dicens, Scio cui credidi: & alteram de illo bono, quod sperabat, dicens, Ideo reposita est. &c. ¶ Sed ponitur adhuc mirabilius dubium. Quoniam certitudo non potest esse de eo, quod potest deficere: sed multi viatores habentes spem virtutem theologiam, deficiunt a consecutione beatitudinis, vt potest poni exemplum de præcitis in statu gratiæ: ergo spes viatorum non habet hanc, quam diximus, certitudinem. ¶ Ad hoc ponitur pōderanda responsio, videlicet, quod ista certitudo spei, quam habemus, potest provenire ex quinq;. Primo, ex auxilio diuinæ omnipotentia, quia potest. Secundo, ex auxilio diuinæ misericordiæ, quia indigenti miserebitur. Tertio, ex infinita dei liberalitate, quia eo q̄ solus deus est liberalis (vt Auicenna dicit) dat cū opus est. Quarto, ex æterna dei ordinatione, quia sic ordinavit dare huiusmodi adiutorij suis viatoribus. Quinto, ex liberi arbitrij inflexibilitate, qua scilicet nō ponit obstaculū peccati mortalis in prædictis adiutorijs. Et hanc certitudinem ex hac parte habuerunt omnes confirmati in gratia: ex coassistētia ipsius dei cum libero arbitrio tam speciali, vt diximus supra in prima parte huius operis, & in sermone generali de pulchritudine ecclesie, & ita intelligitur illa autoritas apostoli prius adducta. ¶ Verum defectus illorum, qui deficiunt a consecutione beatitudinis, nō est ex parte illorū quatuor auxiliorū, quæ supra diximus, sed ex defectu coadiuuantis liberi arbitrij, ponentis obstaculū peccati: & ita illa certitudo causatur ex illis quatuor infal-

Sermo quintus. Feria sexta. Cinerum.

libiliter, quantum de se est, ordinantibus nos in vitam æternam. Sed quãdiu sumus in via mortali, potest esse accidentale impedimētum, ne spes, que de se certitudinem confert, ad finem perducatur, & ad quem dirigit, & iuuat. & ex hoc in nobis nasci debet humilitas & cautela, ne superbiamus: & ita adiungitur quidam timor separationis istius certitudinis, & amouet præsumptionē, & cautos nos reddit. Tamen ne ex parte liberi arbitrii desijt nobis aliqualis certitudo. Dicit sanctus Bonauentura quoddam multū cōsolatorium & ponderandum, videlicet, quod licet in hac vita de lege cōmuni nō possit esse quo ad hoc omnimoda certitudo, tamē poterit esse certitudo probabilis cognitionis, quoad quinq; ¶ Primum, si integrē manet in fide catholica & ecclesiæ Romanæ, dicite Christo, Qui credit in me, habet vitam æternam. Et qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Secundum, si verā de peccatis poenitentia fecit. Quod poterit cōiectari, si consciētia non remordet de crimine. Tertium, obseruātia diuinorum præceptorum, vt Christus inquit. Si vis ad vitam ingredi, serua mādāta. Quartum, bonorū operum diligentia, vt apostolus Petrus dicit, Satagite, vt per bona opera vestra uocationē vestram certam faciatis. Et illud Ezechielis, Si iustus operatus fuerit, iniustitia quam operatus fuerit, viuet. Quintum, in his finalis perseuerātia, dicite Christo, Qui perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit. Patet igitur, quomodo est certa spes, vt virtus theologica, & certitudinē faciens ex parte dei. Homo autē faciat certitudinē ex parte sua: quia dicit, Cōfidite, quia ego sum. ¶ Sed vt timor, qui ex parte ipsius hominis causari potest, expellatur, visum est addere tria, quæ fiduciā nobis præstant. ¶ Primum, adoptio, quia in filios suos deus nos adoptauit, & ipse se constituit nobis patrem, & docuit regnum petere, dicens, Pater noster qui es in cœlis, adueniat regnū tuū. Et ita non poterit pater non misereri filiorū indigentium, & cū eo in tali exercitio permanentiū. ¶ Sicut pater miseretur filiorū, sic deus noster miser⁹ est nostri. ¶ Secundum, ipsa dei promissio: quoniam illam beatitudinem nobis promissit, qui mentiri nō potest, & veniam pollicetur per totā sacram scripturam, & est quasi obligatoriuū, vt apostolus. Per patientiam & cōsolationem scripturarum spem habeamus. Et ps. Memor esto verbi tui seruo tuo, in quo mihi spem dedisti. ¶ Tertium est, ipsa potestas reddēdi: quoniam quod promissit reddere, &

adimplere potest. ps. In te domine speraui, nō cōfundar in æternum. Et apostolus. Spes autem non confundit. Et colossen. iij. Habentes igitur talem spem, multa fiducia vtimur. Si ergo ex parte dei est certitudo ratione illorum quatuor quæ supra tetigimus, & istorū trium quæ modo diximus, est quasi ex parte dei obligatio, & ex parte liberi arbitrii talis certitudo. Recte igitur magister dicit, quod est expectatio certa, & verba assumpta dicunt, Confidite. ¶ Secundo dicit, quod est futuræ beatitudinis expectatio. In quo ponitur obiectū spei proprium, scilicet futura beatitudo. Ratio huius esse potest, quia spes theologica nō est de bonis minimis, sed de arduis & magnis, vt est beatitudo æterna. Similiter non est de bonis habitis, ideo in Christo domino nostro non ponitur huiusmodi spes, nec in quantū cōprehēso: quia illa anima habuit beatitudinem in via, & ideo nō expectabat illam: nec in quantū viator, quia licet expectaret corporis gloriam post resurrectionē, tamē spes non habetur proprie, nisi vt respicit obiectū illud, scilicet beatitudinē futuram, videlicet, visionē, & fruitionem dei. Sed (iudicio meo) potest dici melius, quod illam gloriā iam habebat in radice, quia animā habuit beatam, sed ratione mysterij nostræ redemptionis explendi, habuit dispēsatue illam mortalitatem, & sic habebat illam immortalitē in se, licet nō per ætēnalem redūdantiam. Tādē spes nō est de impossibili: & ita dānati nō habent spem. In solis ergo nobis viatoribus est ista spes, & in mari huius vitæ ambulātib; ideo dicit, Confidite. Quod egregie apostolus agit, dicens, Habemus spem firmam, vt scilicet anchoram tutam & firmam, vsq; ad interiora velaminis incedentē. Quasi dicat, Habemus, id est habere debemus, anchoram tutam, id est ab omni malo tuētem, & firmā, id est in omni bono nos firmantē. Incedentem, id est incedere nos facientē. vsq; ad interiora velaminis, id est cœlestem beatitudinem nobis in via velatam. In cuius figura habetur, quod velū ponebatur inter sancta & sancta sanctorum, quod significat beatitudinē, quæ est sancta sanctorū, velatam inter sancta, id est nobis in sancto exercitio positam. Hæc enim est spes virtus theologica, quæ certitudinē facit & cōfidentiam: ideo dicit, Cōfidite, quia ego sum. ¶ Dicit ex meritis, & ex gratia proueniēs. In quo ponit modum spei. Non autem sic intelligitur, quod spes detur ex meritis & ex gratia, eo quod ille habitus, quo quis sperat, est infusus: nec causatur ex meritis,

De confidentia permanentis cum patre. 12

sed ex gratia pure, vt fides & charitas: sed dicitur ex meritis & gratia, quantum ad duo. Primum, quantum ad actum spei formata, & ita non præcedunt merita in actu, sed in proposito. Non aliquis sperat, propter merita, quasi merita existentia producūt actum spei: sed per merita, quæ proponit facere vel acquirere, ad beatitudinē se peruenire sperat. Secūdū dicitur ex meritis & gratia prouenire, quātum ad obiectum & rem speratā, scilicet beatitudinē, prout aliquis sperat se beatitudinē acquirere ex gratia & meritis præcedētib; . Propter quod dicit magister, quod sine meritis sperare, nō est spes, sed præsumptio. ¶ Ex quo potest inferri, quod spes potest prouenire in nobis ex triplici causa. Prima est efficiens Deus, & isto modo nulla merita causant spem, maxime prædestinationis, quæ sine meritis est, vt apostolus de Iacob & Esau prædicā facit, Et ps, gratiam & gloriā dabit dominus. Secūda causa est coadiuuans ad beatitudinē, vt oratio sanctorū, & eorum intercessio deuota: & ita virgo Maria dicitur spes nostra: & sancti dicūtur coadiutores Dei, vt apostolus, Cooperatorum enim dei sumus, id est adiuuamus homines ad futurā gloriā vt instrumenta exequentia diuinā volūtatem. Tertia causa est disponēs, & sunt opera meritoria, vt apostolus inquit, Vnusquisq; mercedem recipiet secundum proprium laborem. Et apocalyp. opera illorū sequuntur illos. Ratio huius, quia vt procedunt à voluntate, non sunt cōdigna illa opera vitæ æternæ: quia condignitas prouenit ex parte gratiæ, & inhabitātis spiritus sancti (vt dicemus in secūdo tomo in sermone generali de donis) tamē de cōgruo, & vt dispositiones ad gratiā & meritū sunt, & ita dicitur ex meritis & gratia proueniēs, tam de cōgruo respectu operū, quod de cōdigno respectu gratiæ, & sic est spes certa. Cōfidite ergo, quia ego sum, qui do spem, cōsideratis mea potētia, misericordia, & liberalitate, atq; ordinatione diuinæ sapiētiae. Itē ego sum, qui vos in filios adoptaui, qui promisi, qui tandem potēs sum promissum adimplere. Confidite, quia ego sum, efficiens spem, ego donās gratiā coadiuuātem, ego assistens operibus vestris cū gratia, & acceptās opera, ideo cōfidite. Et sic patet primū.

¶ Secunda pars sermonis.

BE secūdo principali, videlicet, quomodo ex presentia patris Christi & augetur per istā cōfidentiam meritū, & causatur vt speret sine aliqua fluctuatione, dicēdum est. Pro hoc sunt no-

tandi quatuor singulares effectus huius spei & cōfidentiae, quibus meritum augetur cognoscitur. ¶ Primus est, causare dilectionē in animā. Patet, quia ille qui sperat obtinere aliquod bonū, si sua virtute non potest illud obtinere, diligit illū, cuius auxilio & virtute se habiturū cognoscit: cū ergo spes sit certa expectatio & c. quia nō possumus consequi beatitudinē nisi virtute supernaturali ipsius dei, ex hoc incipit dilectio ipsius dei in nobis: & cū ex dilectione ad ipsum prouenit meritum, causari do spes dilectionē dei in nobis, causat & meritum, & rationē merēdi. Hinc apostolus, Dilectionem, quam habetis in sanctos propter spem, quæ reposita est vobis in cœlis. ¶ Secundus effectus est, producere delectationem. Nam omne illud, quod cōuenit nobis, vt bonum, delectat. si autem est bonū præsens, liquido patet: si præteritum, ipsa memoria eius causat delectationē: si vero vt bonum futurum, sic spes certa de illo causat delectationem, & intendit desiderium, vt cum quis certitudinaliter sperat aliquam dignitatē. Cum igitur vbi maior delectatio sentitur in opere (cæteris paribus) magis voluntarie fiet illud opus, & vbi magis deuolūtate, magis de merito: ergo operatio quæ prouenit ex spe, erit magis meritoria: ideo apostolus, Spe gaudentes. Et idem, Deus autem spei repleat vos omni gaudio. Et licet dilatio affligat, quia Prouerbia, Spes quæ differtur, affligit animum, tamē certitudo maxime delectat. ¶ Tertius effectus est, perficere operationem. Ratio est, quia cum ex aliqua operatione quis scit certitudinaliter se obtinere posse aliquod arduum, multum intendit, vt illa operatio sit recta, & quod sit talis, qualis requiritur ad illud obtinendū. Ideo cum acquisitum ex meritis sit tam excellens & arduū bonum, scilicet futura beatitudo, illa spes facit reuifere opus, reuifio autem & perfectio in opere, auget meritū ratione conatus volūtatis, ergo spes facit opus magis meritorium: & cum proueniat ex assistentia ipsius talis confidentia, dicit, Confidite, ego sum. ¶ Quartus effectus est, alleuiare laborem in operatione meritoria & poenitentiali: vt euāgelice patet in his Christi discipulis, qui de nocte remigantes fatigabantur, quia erat eis ventus contrarius, & omnia contraria videbantur eis, ne ad portum peruenirent: tamen dum habuerunt certitudinem Christum eis assistentem in labore illo non phantasma esse, dicētemque, Confidite, quia ego sum: statim labor illorum cessauit. Ad denotandū

Sermo quintus. Sabbato. Cinerum.

Euangelii
Marci. vj. dum, quod omnis labor tam innocētis quam poenitentis sit suportabilis & tollitur, dum Christus per virtutem spei in nos certitudinem remissionis peccatorum & consequutionis præmij causat, dicens, Cōfidite, quia ego sum, vt in præfenti euangelio notatur. In quo duo breuiter proponuntur. Primum, conturbatio ex subuersionis periculo. Secundum, confortatio ex liberationis suffragio.

Primo ponitur conturbatio ex periculo, pro quo literaliter est notandū, q̄ fatu-
tis vltra mare, Galileæ quinq; milia hominū, volentes eum facere regem, mandauit discipulos ire trans fretū, ipse vero occultauit se in monte, vt solus oraret. Turbæ autem eum nō inuenientes, rediderūt ad propria, ideo nocte superueniente, venit ad littus maris: & vidit discipulos laborātes, & in magna necessitate positos & periculo. Tum primo, ex circūstantia temporis: quia erat sero, & tēpus ineptum ad illum laborē, nec illo tunc remedium ab alijs poterāt inuenire. Tum secundo, ex difficultate loci: quia erat nauis in medio maris: & cum esset profundū, & instabile, faciliter submergi poterāt. Tum tertio, ex defectu adiutoris: quia non erat ibi Christus: quia si ibi stetisset, nullatenus timuissent. Nam vt dicitur, in Marco propter suam præfentiā & si dormiret, liberati fuerūt alia vice. Tum quarto, ex vētorum cōtrarietate: quia erat eis ventus contrarius, & nauis periclitabatur. Tum vero, quia iam fessū ex labore rāti temporis, quia erant laborātes in remigando, & quasi vires iam nō sufficiebāt. ¶ Vtriq; filio præmonitio est in sua confidētia. Primo poenitenti. Nauis in medio maris, poenitētia est. Tum primo, quia in medio maris, scilicet huius mūdi: nam omnes putant esse in medio vitæ, nullus cogitat se moriturū, vel esse in littore, id est sine suæ vitæ. Tum secundo, ratione fabricæ: nam nauis tres tabulas habēs, poenitētiæ statum designat: quia debet esse cum dolore cordis de offensa dei, proximi, & animæ suæ. Clauis huius nauis poenitētiæ sunt disciplinæ, abstinentiæ, ieiunia, & huiusmodi, quæ stringūt, & cōfigunt carnē peccatoris. Debet etiā remigijs ducere, scilicet violētiam sibi faciendo, quia teste Christo, à diebus Ioannis baptistæ regnū Dei vim patitur, & violenti rapiunt illud. Magna violentia requiritur ad relinquendum assuetas delectationes carnis. Tandem est in medio maris, id est inter metum gehēnæ, & spem gloriæ. Sed Christus solus in terra, & in littore: quia & si poenitentiam

Marci. iij.

Matth. xj.

egit, nullam tamē culpam habuit, vt nos de proprijs culpis faciamus: & si fecerimus, confidētiā habeamus, quia dicit, Confidite, quia ego sum.

¶ Secundo moraliter pro innocēti noetur, quod hæc nauis etiam statum innocentum designat, & operantium, Primo, quia nauis clausa est versus terram: sic operatio eius non propter aliquod terrenum, sed cœlestē præmij facienda est, quia alias periret operatio. Secundo, quia nauis diu corpus mortuum non potest portare: sic operantium status non patitur opus mortuum, sed viuū vita charitatis. Tertio, nauis debet esse onerata mercibus preciosis: sic ille status, quibus regnū dei emittitur: quia in ordine ad deum, orationibus, meditationibus, &c. In ordine ad proximum, elemosinis, & pietatis operibus. In ordine ad se, susceptione sacramentorū, &c. vt sit nauis, de qua Prouer-

Prouerb. vltimo.

biorū, Facta est quasi nauis in titore, de longe portans panem suum. Quia negociator cœlestis animam ducit mediāte illa ad portū cœlestem. Quarto, Iesus dicitur esse solus in terra, quia ipse solus habet gloriam sine meritis. Item solus ipse in terra, vt Gregorius exponens illud Iob, Nunq̄ considerasti seruum meum Iob, q̄ non sit similis ei in terra, homo simplex, & rectus, timens deum, & recedens à malo? Dicit, nō est, inquit, in terra aliquis Christo similis: quia omnis homo, tātum homo: ipse Christus, Deus & homo (simplex) per essentiam, & per exemplum vitæ (rectus) non parcens dæmonibus (timens deum) per humilitatem (recedens à malo) quia peccatū non fecit, &c. Tandem solus in terra, id est in soliditate, ne in tribulatione succumbere possit: vt quia ipse cum tribulatis assistit, nullus periclitetur, sed omnia pericula se speret euadere ex eius præfentia. Ideo poenitentes, si laboratis, & agitamini fluctibus peccatorum, Cōfidite, quia ego sum liberator, quia solus sine peccato. Si o innocentes agitamini in operatione meritoria, Confidite, quia ego sum solus in terra liberator, & in cœlis præmiator.

Gregorius, Iob. j.

¶ Secundo ponitur confortatio ex liberatione. Dicitur in textu, q̄ circa quartam vigiliam, id est in fine noctis venit ad illos sic laborantes, & quasi insinuās se illos velle præterire, vt scilicet fortius clamarent. In hoc consideranda est saluatoris benignitas. Primo, quia venit. Secundo, quia quasi voluit præterire. Venit enim nō propter angelos inquiete gloriæ existētes, apostolus. Nusquam angelos apprehēdit, sed semē Abrahæ, Hebræ. j.

De confidentia permanentis cum patre. 13

scilicet ad homines primo diffidentes viribus proprijs, fiduciam præstans, dicens, Confidite, ratione illorum quæ diximus supra præstare confidentiā. Secundo deceptos, credentes phantasma esse, scilicet aperiens veritatem, in quo confidere, & securitatem habere debemus. Tertio ad trepidantes, auferens timorem, vt semper onus poenitentiæ & laboris ac opus meritorium sustineamus, dicens, Cō-

fidite, quia non defraudamini a mercede vestri laboris. Quarto, quia & si præterire videar, & vos relinquare (vt dicebat Antoni⁹, vbi eras bonæ Iesu) Cōfidite, quia ego semper in tribulatione vobiscū sum, hic dando gratiam vt mereamini, & vt premi emini in futuro per gloriam. Ad quam nos perducat Iesus Christus, qui cum patre & spiritu sancto viuuit & regnat in secula seculorum. Amen.

Domnica prima quadragesimæ sermo sextus.

DE QVINTA PRAEMONITIONE FILII MAIORIS, SCILICET INNOCENTIS, VIDELICET, DE EIUS PERMANENTIA CUM PATRE PER CONFORMITATEM VOLUNTATIS EIUS CŪ VOLUNTATE PATRIS. Sub isto themate ex parabola.

¶ Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt. Lucae decimo quinto capitulo.



SIGNA-
tis in præcedēti-
bus sermonib⁹
quibusdā præ-
monitionibus
vtrique filio cō-
ueniētibus res-
pectiue p̄ suo
exercitio, quia
intentionis no-
stræ est statum
filij minoris iuxta
propositam parabolam prosequi, in sequentibus: vt statum filij maioris remanētis cum patre relinquamus. In præfenti sermone quandam aliam præmonitionem sibi peculiarē de clarare intendo, videlicet, permanētiā continuā cum patre per conformitatem in omnibus cum voluntate patris: nā & in hoc per meritum & eius operationem, quæ patris sunt sua faciet, vt dicunt verba assumpta patris ad illum. Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt, sed prius salutetur virgo Maria.

¶ Argumentum sermonis.

Ro argumento & introductione sermonis duo supponenda sunt. Primum suppositum, quod homo, siue hominis voluntas, a sua creatione habet quod sit vertibilis & separabilis a deo: non solum quo ad electionem (vt angelus, qui licet quo ad esse nō fuerit vertibilis, quia natura merē spiritualis est, fuit tamen quo

ad electionem) sed etiam quo ad esse, quia non in eodem statu permanet. De vertibilitate quo ad esse, clarum est. Quoad electionem, experientia cōstat. Nā ratione vertibilitatis liberi arbitrij potest separari a deo per peccatum, & a deo eius sic recedere, vt dicit Psalmus, quod est spiritus vadēs & non rediens, id est, quod potest recedere a deo ex se, & non redire ex se. Hanc autem vertibilitatem in eo condidit deus, vel hominem in ea duplici ratione. Tum primo, ad manifestationē diuinæ potentiae & maiestatis: quia æquū est, vt omnis creatura cognoscat diuinum posse & esse deum aliter, quam ipsa. & ei subiiciatur: & cognoscat homo, q̄ sicut sine deo factus homo non fuerat, sic nec sine eo stare potest: & quod solus deus est, in quo non potest cadere peccatum, nec deficere. Est autē ista ratio Augustini. Ideo de solo filio æterno potest dici, Fili, tu semper mecum es, scilicet in deitate, & omnia mea tua sunt æternaliter. Tum secundo, ad manifestationem diuinæ sapientiæ elicientis bona ex malis. Secundum Augustinum, in hoc sapientia diuina extollitur, vt ex malis etiam culpæ, bona eliciat. vt potest exemplificari in peccato ade, quod secundum Thomam fuit causa incarnationis filij Dei: ideo illud vocat Gregorius culpam foelicem, pro eo, quod talem ac tantum meruit habere redēptorē. Sic de Petri peccato & magdalenæ. Vertibilem ergo & peccabilem seu separabilem fecit deus hominem a sua conditione, & quod ab ipso posset separari, nec permanentiam continuam

b v

Psal. lxxvij.

D

S. Augusti⁹

S. Augusti⁹

S. Thomæ

S. Gregori⁹

Sermo sextus dominica prima quadragesimæ.

Ecum ipso habere. ¶ Secundum suppositum, quòd licet hoc sit ex natura sua & eius conditione, permanentiam tamē sempiternam & continuam potest habere ex gratia, a deo, ut ab ipso non possit separari. Patet inductiue de aliquibus. Primo de beata virgine, quæ ita in statu viæ fuit confirmata in bono, ut nullo modo ab ipso possit separari ut late probauimus in apologematibus, & in secunda parte nostri funiculi. Ratio huius, quia erat mater sapientiæ diuine, in qua nil coinquinatū intrare potuit. Similiter apostoli hoc habuerunt in aduentu spiritus sancti. Ratio esse potest, quia erant fundamenta & columnæ ecclesiæ totiusque ædificij, ideo confirmari debuerunt, ut a deo separari non possent. ut Psalmus. Ego confirmari colūna eius. Et ita licet homo innocēs ex sua creatione hoc habeat, quòd a patre separari possit, tamē quia permanentia consistit in conformitate ad patris voluntatem, ipsam ex gratia habere poterit, pro qua & ipse Christus patrē orauit, dicens, Pater rogo ut sint vnum, sicut & nos vnum sumus. Vnū inquam, id est, permanentes in vna voluntate. Sic omnis fidelis ei adhærēs, vnus est cum deo, ut apostolus. Qui adhæret deo, vnus spiritus est cū eo. Dū facit eius voluntatem, impletque eius beneplacitū, & in nullo ab illo separatur, semper secum est in agro operationis meritorie. Et ita omnia bona dei facit sua, dum ipsum deum facit suum. Isti sic permanenti dicit verba assumpta, Fili, tu semper mecū es, scilicet confirmate voluntatis. Ideo omnia tua mea sunt, per acceptationem: & omnia mea tua sunt, per retributionem. De qua conformitate dicendum est in præfati sermone, in quo duo principaliter declarabuntur. Primum, in quo consistit ista conformitas voluntatis, & permanentia cum patre: & de eius excellentia, ut quæ patris sunt, faciat sua per retributionē, & omnia quæ sua sunt, faciat dei per acceptationem. Secundum, quomodo hanc voluntatis conformitatem creaturæ cum creatore demon conatus est in tribus locis impedire ab initio mundi vsque ad finem eius, designatam in tribus tentationibus in præfati euangelio positus.

F Er primo. Solet ponderari ab aliquibus & inuestigari causa, vnde est, quòd opera præfatorum, quæ in statu gratiæ facta fuerunt, si meritoria fuerunt, quare non fuerunt efficaciter præmiata, & non fuerunt taliter acceptata, ut quæ dei sunt, facerent sua? Ratio dubitandi est, quia vel illa non fuerunt meritoria vite æter-

næ (quod non est dicendū, cum teneamus pro certo, quòd opera facta in gratia acceptantur ad vitam æternam) apocalyp. Opera illorum sequuntur illos, Apoc. xiiij. Et Christus Matthei. Si vis ad vitam ingredi, serua Mat. xix. mandata. Et apostolus. Gratia dei vita æterna. Vel Roma. vj. opera illa facta in gratia aliquid habuerunt, quare acceptata ad præmiū non sunt. ¶ Aliqui dicunt (quibus non repugno) hoc prouenisse ex impedimento apposito, scilicet peccato, in quo decesserunt finaliter. Vnde licet habeant ius in cœlo, etiā existentes in inferno: tamen habet illud ius sopitū ex peccato: & quia semper erit in eis peccatum, quia in inferno non est redēptio, sic illud ius semper erit sopitum. Verum quicquid sit de illo iure, hoc clarum est, quòd nunquam ex illis operibus gloriam habebunt. ¶ Ego vero (saluo meliori iudicio) credē hoc prouenisse ex aliquo defectu in illis peragendis, qui & in nostris esse potest etiam in gratia factis, videlicet, quia in illis non plene conformabantur diuinæ voluntati, ut semper essent cum illo: & ita quæ dei sunt, non fuerunt sua, nec illa fuerunt dei. Magnæ ergo præmonitionis debet esse & cautelæ in operante, ut taliter diuinæ voluntati conformetur in operibus agēdis, ut semper secum sit, & quæ dei sunt, sua faciat per retributionem.

G ¶ Sed modo est dubium, an in omnibus teneamus voluntatem nostram voluntati dei conformare? Hoc enim fratres est vnum, quod sancti, & iusti timēt: de quo Iob dicit, quod columnæ cœli cōtre miscunt, scilicet, an opera quæ fecerūt, omni modā conformitatem habuerunt cum diuina voluntate illa præcipiente. Exemplum. Nam artifex aliquādo opus suum regulat, & dirigit per oculum, ut lapidæ, & alij: & contingit aliquādo, quod illud quod oculis suis bene regulatū videbatur, dū applicatur ad regulam artificialem, minus benefactum inuenitur. Sic oculis iustorum opera quæ fecerunt, bene & circumstantionata sibi facta videntur: nec defectum aliquē in illis cognoscunt: verum considerata re similitudine diuinæ voluntatis semper sunt pauidi, si quid minus benefactum in illis, & in conformitate voluntatis eorum reperiri possit.

Resolutione huius dubij & materiæ, Hæc elucidatione notanda est vna communis distinctio de voluntate dei. ¶ Primo quòd duplex est dei voluntas, intelligēdo quo ad nos, & secundum modū nostrū intelligēdi. Prima vocatur voluntas beneplaciti, scilicet illud quod vult. Secunda dicitur signi, id est, illud,

Sermo sextus dominica prima quadragesimæ. 14

in quo ostenditur dei voluntas. Et ista est quadruplex, scilicet præceptum, prohibitio, consilium, & permissio. De alijs modo non curando. Ratio est, quia cum dei voluntas sit infinita, non possumus eam cognoscere per seipsam, nisi manifestetur nobis per aliqua signa, & ista sunt signa generalia quæ dicuntur voluntas dei signi. His suppositis ponuntur propositiones. ¶ Prima. Quòd voluntati beneplaciti dei non tenetur voluntas actualiter se conformare. Quis enim scit dei voluntatem, & quæ deus vult? Ideo apostolus. Quis nouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Ratio est, quia quod non tenemur scire: non tenemur actualiter velle. Exemplum David, qui habuit voluntatem ædificandi domū domino: quod tamē deus volebat, nec in hoc male egit, ut dicitur. Quod cogitasti in corde tuo ædificare mihi domum, benefecisti, & hoc mente petra cœmans: sed non ædificabis mihi domū, sed filius tuus. In his autem ut conformetur, sufficit, quòd habitualiter in omnibus quæ deus vult, velle se conformare: & cum sibi innotescit, tenetur actualiter. Quod potest fieri aliquando reuelatione, ut in prophetis & alijs: & tunc quicquid voluerit deus certitudinaliter reuelando, tenetur se conformare, etiam si reuelaret illum damnandum, (quod credo impossibile) vel reuelandum sub conditione. Exemplum in illo discipulo cuiusdam facti viri, de quo ipse magistro reuelatū fuit fore dānandum: quod cum magister flens illi reuelaret, respondit, Ego nitar quantum potero, non offendere creatorem meū: verum si illi placuerit me ad infernum ire, faciat de creatura sua quicquid voluerit. Et statim reuelatum est magistro discipulū eius saluandum. Aliquando autē ipso facto: quia cū sciamus nil posse fieri, ipso deo nolente, scimus certe illud deum voluisse, ut patet in omnibus quæ contingunt. Et in istis debemus nos semper conformare, scilicet ut nobis placeant tanquam a deo volita, & sub ista ratione illum benedicere. Psalmus. Benedicite dominum in omnibus operibus eius. Et dicetis in confessione, Opera domini vniuersa bona valde. Et Psalmus, Opera domini exquisita in omnes voluntates eius. Extende si placet, ad fames, ad caritias, ad bella, ad peccata, & cætera, secundum Augustinum super Psalmus. Sed ponderanda sunt verba, scilicet sub ista ratione, qua a deo sunt volita: licet aliās debeamus orare ipsum, (ut sit in processibus & alijs) ut cesent, si ei placitum erit. &c. Et nota. &c. ¶ Secunda propositio

Quòd de voluntate signi cognita, ut scilicet est præceptum vel prohibitio, tenetur conformari, ut velit ipsa secundum quòd a deo præcepta vel prohibita sunt. (Quod dico) quia affirmatiua, scilicet præcepta obligant pro loco & tempore: negatiua autem vel prohibitiones obligant ad semper. Verū aliquando præcipit deus, quæ non vult a nobis impleri, ut patet, in Genesi de sacrificio Isaac, quod ut Gen. xxij. euetus docuit, nolebat. Item de illo furdo curato, Marci. ix. cui præcepit, ne alicui diceret: & tamen publicauit factum. &c. Dico duo. Primum, quòd res præcepta, non est semper volita: res autem prohibita, sic semper est nolita. Secundum, quòd semper vult deus nos ad illa obligatos esse, dum nobis non aliud innotescit. Et hæc breuiter de præceptis & prohibitionibus. ¶ Tertia propositio. De voluntate signi, quæ est consiliū, non intendit obligare ad eius impletionem, quia iam esset præceptum, iuxta illud. Qui potest capere, capiat, sed ut non contemnat. Tum, quia consilia ostēdunt viam perfectioris charitatis. Tum, quia sunt expediētia ad vitam æternam. Sicut cursor quando est exoneratus. Tum, quia qui sperneret consilium, etiam sperneret consulentem deum. Quia qui iudicaret consilium tanquam inutile, reputaret consulentem aut maliciosum, aut insipientem: quod nefas est sentire de deo. ¶ Quarta propositio. In voluntate signi, quæ est permissio, non ita tenemur illi conformari, ut eadem faciamus, aut similia permittamus, sed tenemur ad duo. Primum, ad non murmurandum de diuina voluntate sic talia permittente, quia iustissima est. Secundo niti ad bonum, quod intendit deus in illis. Deus enim in permissionibus non principaliter intendit illa quæ permittit, ut sunt clades, bella, pestilentiæ, fames, peccata, & alia huiusmodi: sed bonum aliquod ex illis eliciendum. Quoniam si sunt mala poenalia, intendit meritum in patienter propter deum sustinentibus, vel emendam de aliquo peccato. Vnde aduerte, quòd sicut per vnum bonum & iustum vna ciuitas euadit aliquod malum: sic propter vnum peccatorem flagellatur. Dū igitur talia poenalia contingūt, conuerti debet ad cor vnusquisque, & cogitare, si forte ipse sit ille vnus peccator, & ita emendetur. &c. Si vero permissa sunt mala culpæ & peccata, intendit elicere ostensionem suæ misericordiæ, si corrigitur: aut suæ iustitiæ, si perseuerat. Ideo dicit propheta. Non est malum in ciuitate quod non fecerit dominus, scilicet permissiue. ¶ Verū tamen ultra hoc (saluo me

Psalm. lxxiiij.

Iohā. xvij.

1. Corin. vj.

Roma. vj.

lij. Re. viij.

Apoc. xiiij.

Mat. xix.

Roma. vj.

Gen. xxij.

Marci. ix.

A

Mat. xix.

B

Amos. iij.

C

Sermo sextus. Dominica prima quadragesimæ.

iori iudicio) videtur dicendum, quod vis istius cōformitatis cōsistit & debet esse in modo volendi, & ad eundem finem, propter quem deus vult, & in hoc consistit meritum. Ratio huius est quia sicut non tenemur semper mereri, sic nō tenemur nos semper & sub peccato in modo volendi conformare: nisi ex suppositione, scilicet si volumus illud quod facimus ad implendam diuinam voluntatem in voluto esse nobis meritum. Nam ad implendo quæ deus vult, & conformando nos in his quæ deus vult, & præcipit: facimus quæ debemus, & sic non peccamus, licet non mereamur ex ista parte: sed si in illis conformamur, in modo volendi: tunc meremur. Modus autem volendi est, vt conformemur intentioni volentis, scilicet quia ideo præcepta vel prohibita sunt, vt operando illa propter amorem dei præcipientis, sint remunerabilia vita æterna, & digna præmio æterno. Et ita tota vis meriti consistit, non vt conformemur solum conformitate operis a deo voliti vel præcepti: sed conformitate intentionis eius, id est propter solum ipsum, & vt sint digna præmio æterno. Quod

Lucæ. xvij.

ij. Regū. x.

Christus dicit, Cū feceritis oīa quæ præcepta sunt vobis, dicite, serui inutiles sumus: quæ facere debuimus, fecimus. Exemplum seu figuram habemus in seruis David, quos misit Amō dimidia barba rā fos in signum confusionis, & illos David noluit ingredi palatium in conspectum eius, quousque barbae crescerent. Dimidiam barbā radere ab operibus, est in illis quæ facimus conformari in voluto deo & opere, non autem in modo volendi: & tunc non attingunt, vt per illa operantes ingrediantur in palatium cœli ad conspectum regis æterni.

¶ Ex quibus faciliter potest responderi ad illud quod in principio diximus de operibus præscitorum, quia forte defecit in eis ista cōformatio, quia non fecerunt illa secundū illam, & ita per illa opera non fecerunt sua, quæ dei sunt. Verū filius per manens in domo patris, & operans in agro operationis meritoria: dum conformatur modo volendi patris in omnibus quæ agit, facit sua dei, quia illa deus vt remunerabilia vitæ æternæ acceptat: & quæ sunt Dei, facit sua per correspondentiam præmij retribuendi in gloria. Ideo de illo dicit, Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt. Et sic patet primum.

¶ Secunda pars.

Hanc diuinæ voluntati conformationem dæmon nixus est, & semper nititur impedire, ac

vt filij degenerent a patris voluntate. Quod clari⁹ lucē intuebimur, considerantes a principio processum ipsius dæmonis. Nam tribus locis hoc conatus est. Primo in cœlo, quo ad fundamentum nostri meriti, quod est incarnatio Christi. vt apo- j. Corin. iij. stolus. Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est Christus Iesus, id est, fides incarnationis dicit glo. Secundo in cruce, glo. quo ad medium meriti, quod est Christi passio: vbi Christus constitutus est mediator, vt opera nostra efficaciter essent, vt apostolus. Mediator dei & ho- j. Thim. ij. minum vnus homo christus Iesus. Tertio in tota Christi ecclesia vsque ad finem mundi, quo ad exercitium meriti, vt diuinæ voluntati non conformetur, contra illud apostoli. Hæc est enim voluntas dei, sanctificatio vestra. Quæ tria significantur in his tribus tentationibus in euangelio hodierno assignatis, dicens. Ductus est Iesus in desertū a spiritu, vt tentaretur a diabolo. &c. Et quia litera euāgelij clara est, ideo ad proposita deueniendum est secundum allegoricum sensum.



DE primo, scilicet quo ad fundamentum meriti, videlicet ipsam incarnationem, vt talis cōformatio non fieret cum diuina voluntate illud determinante dicit, quod ductus est Iesus in desertū. Iustus namq; desertū dicitur quia ibi deseritur propria voluntas, vt diuinæ conformetur. Si ergo iustus desertum, magis iustus, maius desertum: & summe iustus, summum desertū appellari potest. Hic autem est Christus in quantum homo, qui totaliter venit ad faciendam voluntatē dei, vt ipse testatur, dicens. Non veni facere voluntatem meam, sed voluntatem patris mei qui misit me, & iterum. Non mea voluntas sed tua fiat. Tūc igitur dicitur Christum in desertum venire humanitatis, quia illō tunc ab æterno ordinavit deus pro illo tunc filium eius incarnari.

¶ Secundo dicit, a spiritu sancto, quia cum ille effectus esset summi amoris & gratia, a spiritu sancto dicitur fieri, iuxta illud symboli, Qui cōceptus est de spiritu sancto. &c. ¶ Tertio dicit, quod cum ieiunasset, esuriit. Ieiunium nostrum est non māducare. ieiunium dei est manducari, id est, communicare se nobis, iuxta illud Christi. Desiderio desideravi hoc Pascha māducare vobiscum, id est, me ipsum sicut cibo & in isto transitu communicare. Esuriit tamē ante istam communicationem, quia non communicatus volebat communicari.

¶ Quarto ponitur ipsa tentatio, dicens quod ac-

De conformitate voluntatis cum patre. 15

cedens tator dixit, Si filius dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Tator dicitur Lucifer: t̄quā principialis, & primordiale caput huius t̄tationis, vt voluntas diuina non adimpleretur in isto fundamento nostri meriti. Ipse enim Lucifer est lapis, & lapides. Angeli namque sunt lapides viuī, quibus cum hominibus ædificanda erat ciuitas Ierusalem superna, vt in hymno dicitur, Vrbs beata Ierusalem dicta pacis visio, quæ construitur in cœlis viuus ex lapidibus. Quilibet igitur angelus est lapis illius edificiij. Verū Lucifer dicitur lapides. Ratio est, quia secundum Dionysium de cœlesti Ierarchia, angeli superiores continent inferiores: sicut numerus superior continet inferiorem numerum. Lucifer igitur supremus angelorum cōtinet perfectiones inferiorum. vt in Ezechiele dicitur, omnis lapis preciosus operimentum tuum. vbi loquitur de lucifero, & numerat nouem genera lapidum præciosorum iuxta nouem ordines angelorum. Similiter verbum æternū dicitur panis, & panes. Panis quidem, quia vnus est panis & cibus angelorū & hominum. Psalmus. Panem angelorum manducauit homo. Et ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi. Panes autem ratione perfectionum pluriū vel diuersarum naturarum vel substantiarum quibus in Christo reficimur. Tum corporis, quia dicit, Ego sum panis, quasi in ventre virginis amassatus. Tum animæ, quia dicit, viuus. Tum deitatis, quia dicit, qui de cœlo descendi. Ille enim est ille panis azymus, id est, sine fermēto peccati, cum lactucis agrestibus, id est, cum poenalitibus, māducandus a nobis in illo agno, qui tollit peccata mundi. Dicit ergo, si filius dei es (si pro quia) Dic, & cetera. Si tua voluntas est, te ipsum communicare naturæ humanæ: vt in ea sit fundamentum meriti. Dic. i. fac. Dicere enim dei ad dextra facere est. vt lapides isti, id est, ego qui sum lapis & lapides. sim panes, id est, perfectiones tuæ sint meæ, & meæ sint tuæ: vt de me dicatur, & nō de illo homine, Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt. Ecce ergo diabolicam primam tentationē, renitendo vt illa conformatio voluntatis humanitatis Christi cū diuina, in illa summa persona non fieret. ¶ Veruntamen audiamus de hoc resolutā Christi responsionē, dicētis, Nō in solo pane viuūt homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore dei. Creatura est verbū dei, quia sicut verbum explicat mentis conceptū: sic quilibet creatura virtutem diuinam, scilicet sapientiam, potentiam, & bonitatem. Homo etiam

Dionysius.

Eze. xxvij.

Psal. lxxvij.
Iohanis. vj.

secundum Gregorium in quadam Homelia dicitur omnis creatura, quia continet corporalem & spiritualementem creaturam. Igitur ex hoc habetur, quod homo dicitur omne verbum. Ideo deus hominem voluit assumere, vt omnis creatura, corporalis, scilicet & spiritualis in vno homine dignificaretur. Dicit ergo. Ad hoc veni in desertū humanitatis, & ieiunium habui, id est, desiderium me communicandi hominibus, vt gloriam corpori & animæ communicem. Ideo tu in solo pane, id est, verbo diuino: sed in omni verbo, id est, communicatione gloriæ in vtroq; homine. Et ideo de beo fieri homo, vt omnis homo habeat principium sui meriti in illo diuino homine, hi scilicet, qui diuinæ voluntati conformantur: quia de vno quoque illorum dicitur, Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt. ¶ De secundo, videlicet quātum ad mediū meriti, quod est ipsa Christi passio & mors, idem patet. Quia sequitur in textu, quod assumpsit illum in sanctam ciuitatem. &c. Notādum est, quia hic nominat luciferum diabolum, quem ante t̄tatore apellauit. Ratio esse potest, quia adhuc illo tunc poterat conformari diuinæ voluntati, si voluisset: sed postea factus illi difformis, iā dæmon & diabolus factus est, & illi contrarius. Iudæi namque & diabolicus populus assumpsit illum in sanctam ciuitatem, scilicet in die ramorum: & statuit illum in pinaculū crucis (vbi docuit lectiones paupertatis, patientiæ, remissionis iniuriarum, & charitatis) & proposuit tentationem, dicēs, Si filius Dei es, mitte te deorsum. Si filius inquam dei es, descēde de cruce, & credimus tibi. Quasi dicat, angelis suis mādauit de te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Quasi dicat, Offendiste ipsum moriendo: descēde de cruce, credemus sine tua morte. Ecce contra venientiam ad medium meriti, scilicet mortem Christi, quam deus voluit nobis medium esse nostræ salutis, quia mediante illa salui facti sumus. ¶ Verum audiamus resolutam Christi responsionem, Non tētabis dominum deū tuum. Quasi dicat, Nō cōformari & eijcere q̄ sunt media meriti nostri, Deū tentare est. Formetur reprehensio contra impediētes ingressum religionis, abstinentias &c. nominādo illos hypocritas & cetera. tentare est, & euellere aliquos a diuina conformitate, in qua facit sua, quæ dei sunt. ¶ De tertio, vi-

s. Gregori⁹.

F

G

Sermo septimus. Feria secunda post primam.

dēlicet de exercitio meriti, quod etiā conatur impedire, sequitur, quod assumpsit illum in mōtem: ex quo ostendit & promisit ei omnia regna mundi, si cadens ipsum adoraret. Hæc fuit tētatio post Christi ascensionem circa illos, qui in fide & charitate tunc volebāt, & modo diuinæ voluntati conformare. Mons est fides christiana Psalmus. Qui confidunt in domino, sicut mons sion, scilicet ubi deus speculatur, & mysteria eius atque diuina voluntas. Mons altus, lex Christi est, ad quem montem occasionaliter dæmon facit ascendere: dum a Dei cōformitate procurat euellere: & ipsi magis ac in ea & in fide radicātur, & fortificantur. Ostendit regna mundi martyribus, virginibus, & nobis operantibus, dicens, Hæc omnia tibi dabo, si cadēs adoraueris me. Nota cadens, scilicet ab ipsa diuina

Psalm. xliij.

voluntate, cui cōformaris. Et adoraueris, id est, ibis post delectationes: honores, ac alia huius mūdi delectamenta. ¶ Verum resolutam Christi respōsionem audiamus: Vade retro Satana, Dominum deū tuū. &c. Satanas aduersarius dicitur, vt Christus dixit Petro, vade post me Satana, quia aduersarius mihi es. Quasi dicat, Tu satana vade retro, scilicet in pœnam infernalem perpetuo, quia perpetuo te ab ista conformitate separasti: & nunquā quæ dei sunt, tua fient. Sed nos deo in omnibus conformando, adoramus illum: vt sic nostra opera fiāt dei, per acceptationem: & quæ dei sunt, fiāt nostra per retributionem: hic gratiæ, & in futuro gloria. Ad quā nos perducit ipse Iesus Christus, qui cum patre & spiritu sancto viuit, & regnat in secula seculorum. Amen.

Matth. xvj.

Sermo septimus. Feria secūda post primam DOMINICAM DE LEGE IUSTITIAE ET MISERICORDIAE, quibus vterque filius facit sua, quæ sunt patris. Sub isto themate.

¶ Est verba legis ponderans. Esaiæ. xxxiiij. cap.



DICTO sermone præcedenti quemadmodum si lius exiltēs in agro operationis meritoria p cōformitatē suæ volūtatis semper cum patre existens, faciebat ea quæ patris sunt, sua per retributionē præmij sui laboris (quod ipse est). Verum quia istud præmiū vocat apostolus coronā iustitiæ, id est, q̄ ex iustitia acquiritur, & datur, dicēs. Reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Et regius propheta appellat ipsam coronam misericordiæ, dicens, Qui coronat te in misericordia & miserationibus, Hæc autem est lex ipsius Dei, vt Psalmus. Duo hæc audiui, quia tibi domine potestas, id est, iustitia, & misericordia. Ideo hodierno sermone incidentaliter erit videre, an in ista retributione ponderet nostra opera, per pondus iustitiæ vel misericordiæ: quia dicit, quod est verba legis ponderans. Sed prius salutetur virgo Maria.

1j. Tim. iiij.

Psalm. cij.

Psalm. lxj.

¶ Argumentum sermonis.



DVM quis aliqua ponderare vult, æquat lances statera, vt sint in fideli. Sic cū deus ipse in suis operibus duas habeat leges, scilicet iustitiæ & misericordiæ (quæ in omni opere suo concurrunt, vt Psalmus. Misericordia & veritas præcedent faciem tuam.) Consolatorium erit operanti scire, an circa eius operationis retributionē istæ duæ lances stateræ & ponderis ipsius Dei sint æqualiter concurrentes, vt scilicet tantum vtatur cum illo de iustitia, quantum de misericordia: an plus de vna, quam de alia. Danielis. v. melis quinto capitulo dicitur, quod Balsasar rex vidit manum scribentem in pariete thecel: quod exponens Daniel, dixit, Appensus es in statera, & inuentus es minus habens. Statera dei est pondus, cuius duæ lances sunt, iustitia, & misericordia: ideo considerandum non incongrue erit & tractandū pro nostra vtilitate, an minus concurrat in nobis de vna, quā de alia: & quam magis debemus inclinare, vel attendere: quia in verbis assumptis dicitur, quod est verba legis ponderans, quæ est materia præsentis sermonis. In quo duo principaliter dicemus. Primū, quomodo in præsentem has duas lan-

ps. lxxxvij.

Danielis. v.

De lege iustitiæ & misericordiæ.

ces, scilicet iustitiæ & misericordiæ nobiscum æquatas habet, & habebit in retributione operis meritorij & pœnitentialis, quia dicitur, q̄ est verba legis ponderans. Secundum, quomodo in finali iudicio & discussione omnia etiā secundum illas ponderabit. Cum euangelica expositione.

A doctores.



DRO primo notanda est quæstio doctorum in quarto seten. distin. xlvi. An in omni opere dei simul concurrat misericordia & iustitia, an ad inuicē quo ad effectum separentur? Ratio dubitandi est diuersitas effectus vtriusque: quoniam effectus misericordiæ est condonare, iustitiæ vero punire: iustitia quidem secundum merita retribuit, misericordia vero contra merita condonat: sed idem opus non potest esse contra merita, & secundum merita, ergo in præmiatione si meretur, erit solum iustitia, si non, solum misericordia: ergo non simul videntur ad hoc cōcurrere. ¶ Pro solutiōe huius ponitur quidā modi declarandi, quibus addā aliū cōsideratiōe dignū. Prim⁹ est sancti Bonauenturæ dicētis, q̄ si sumantur largissimæ, scilicet mīa pro effluentia suæ bonitatis, & iustitia pro decetia eius, in omni opere concurrunt. Iustitia quidem, quia naturæ suæ cōuenit quod se cōmunicet, & suam bonitatem cōmunicet creaturæ, & ita iustum est fieri. Misericordia vero, quia illa talis communicatio non debetur creaturæ, & ita concurrunt simul. At vero si sumatur communiter pro largitione bonorum & retributione præmiorum, sic etiam simul cōcurrunt. Iustitia quidem, retribuendo merita, misericordia vero, quia semper retribuit ultra merita, & plus debito. Tandem si sumatur iustitia pro punitione & seueritate circa malos, simul etiam cōcurrunt: quia nunquam ita seuerè punit: quin citra demerita puniat, vt etiam in inferno dicitur, Misericordiæ domini quia nō sumus consumpti. Illud autem Iacobi, Iudicium sine misericordia fiet illi, qui non fecerit misericordiam cum proximo suo, intelligitur de misericordia liberante, non autem relaxante. Et ita illud, in inferno nulla est redemptio intelligitur. Et semper concurrunt misericordia cum iustitia. ¶ Sanctus Thomas procedit alia cōsideratione eadem distin. q. ij. ar. ij. ad primum, videlicet, quod deus non procedit circa creaturas in hoc secundum ordinem iustitiæ distributiue, scilicet quod faciat tantum quantum potest & secundum conditionē ipsius Dei agentis, sed secundum proportionem creaturæ recipiētis: & ita sicut in lar-

B

S. Bonauen- tura.

Threno. iij.

Iacobi. ij.

S. Thomas

giendo dona non dat, quantum dare potest, sed secundum capacitatem & dispositionem creaturæ recipientis: sic in puniendo non punit secundum rigorem suæ iustitiæ, quia alias annihilaretur creatura ipsa. sed secundum dispositionem puniti, & ita misericordia mitigat seu temperat iustitiam. Exemplum de duobus se obuianibus, ubi alter impetuose venit, alter illi obuians detinet ipsum, ne ita impetuose procedat. Sic misericordia temperat rigorem iustitiæ, vt Psalmus. Misericordia & veritas obuauerunt sibi: iustitia & pax osculatae sunt. Verum quicquid sit de ista mitigatione seu temperamento (saluo meliori iudicio) dicendum videtur.

ps. lxxxiiij.



DPRIMO, quod licet in aliquibus operibus dei plus reluceat de misericordia quā de iustitia: vt in præmiatione bonorum, & econuerso, vt in modo dicendi sancti Bonauenturæ dictum est: verum in tali effectu semper est iustitia dei & misericordia in suo esse, & infinita, adeo, vt propter misericordiam nil dimittatur de iustitia, nec propter iustitiam nil dematur de misericordia, sed omnia sint in suo pondere & æqua lance ponderetur. vt de iustitia inquit, Psalmus, Iustitia tua iustitia in æternum: & lex tua veritas. De misericordia vero inquit, Psalmus, Misericordia domini ab æterno vsque in æternum. Ponatur analogia de statera posita in fideli, quæ non declinat magis ad vnam quā ad partem aliam. Non enim deus est sicut nos dementes vncias ab his, quæ ponderamus, vt demat a misericordia eius aliquid aut a iustitia, ideo vocat eū apostolus in pluribus locis fidelem, sed semper illas æqua lance continet, quia est verba legis, scilicet iustitiæ & misericordiæ ponderans. Hinc regius propheta. Vani filij hominum & mendaces in stateris. Beatus Gregorius libro septimo moralium considerat stateram in manu Dei: cuius vna lanx est iustitiæ, & altera misericordiæ: & cū vtraque sit infinita, cum sint essentialiter ipse Deus: & vnum infinitū non sit maius alio, considerat vtrāque semper esse infideli. Ideo vocat homines mendaces in stateris, quia putant, propter misericordiā Deum non punire delicta, & ita peccata ultra debitum leuia faciunt. Vel mendaces, putantes propter iustitiam deum non miseraturum pœnitentis, & ita misericordiam leuem faciunt, & iustitiam magis ponderantem, cum cain diceret, Maior est iniquitas mea, quam vt misericordiam merear. Non considerantes tales mendaces stateram in

D

Psalm. cvxiiij.

Psalm. cij. i. Corin. x. ij. Corin. j. Thess. iij. Hebreo. ij. Psal. lxj. Gregorius.

Gene. iij.

manu dei semper in fidei esse: adeo, ut tentatus ad peccandum, consideret in manu dei iustitiam infinitam esse ad puniendum, & sic a peccando animum retrahat: & dum in peccato se cecidisse cognouerit, consideret misericordiam ad remittendum esse infinitam, & sic a peccato exeat: & ita consideratio vniuscuiusque in fidei esse sub ratione infiniti utilis fit, quia dicit, quod est verba legis ponderans.

Secundo considerandum est quid facit has lances semper esse in fidei, ut in quo libet opere istorum semper inueniatur infinita iustitia & infinita misericordia. Pro quo aduertendum est, quid in lance iustitiæ apponatur: & deinde in lance misericordiæ, ut equaliter vtriusque legis verba ponderet.

De primo dico, quod in lance iustitiæ apponuntur peccata: quæ ita præponderant, ut ipsam lancem iustitiæ ad infernũ faciunt descendere, adeo, ut non alia pœna quam infernali puniantur. Cuius ratio est, quia peccata gravitatem habent infinitam. Tum primo ex parte offensi, non solum ex parte legis & legislatoris, ut alio die diximus, sed etiam quia deum in modico non possumus offendere, quin totus deus offendatur. Tum ex parte boni quo se priuat, scilicet vita eterna, quæ extensiuè quo ad illum infinita est. Tum ex parte incursum mali, scilicet in vita præsentis, quia carentiam gratiæ incurrit, & se impossibilitat: ad rehabendam illam: & in futuro incursum damnationis æternæ, & infinitorum malorum poenæ. Hinc Psalmus,

Psalm. xxxvij. Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum: & sicut onus graue, grauata sunt super me.

Iniquitates secundum Gregorium sonant grandia peccata: quia nemo est, qui dicat se iniquum, bene autem peccatorem. Per hoc significat gravitatem peccatorum, quæ tanto grauiora sunt, quod deorsum trahere faciunt iustitiã dei in ultimo basso inferni, ut illa non aliqua poena temporali puniat, sed æterna: & totum hominem, scilicet animam & corpus in infernum trahunt. Quod Christus præuidit, dicens, Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: eum timete: qui animam potest mittere in gehennam.

Matthæi. x. Et loquitur de peccato. Hinc Augustinus libro confessionum dicebat, Hic ure, hic seca, ut in æternum parcas. Ecce ergo lancem iustitiæ pro quo libet peccato sua ponderositate inclinam usque ad infernum modo exposito, quod ponderandum est. Et sic

ex alia parte faciunt lancem diuinæ misericordiæ ascendere & eleuare ad cœlum, scilicet præmiando bonos. ut Psalmus, inquit, Domine misericordia tua usque ad cœlos. Et sic quantumcunque deus puniat hic peccata aliquo temporali, parum punit, & parum lance iustitiæ descendit, & non quantum descendere potest per hunc punishmentis effectum.

Verum tamen ista lance iustitiæ usque ad infernum descendente, & misericordiæ usque ad cœlos ascendente (Psalm. Domine in cœlo misericordia tua) ut ad fidei veniant & æquentur: oportet ponere aliquod pondus in lance misericordiæ, ut scilicet iustitia non tam profunde puniat, scilicet in inferno peccata: & lancem misericordiæ (quæ in cœlis est in beatis) faciat descendere usque ad nos, ut in terra etiam misereatur erga peccatores: Et apponendus in ea erit Marcus, qui appositus in lance misericordiæ, ponderat tantum, quantum peccata in lance iustitiæ apposita ponderabant. Hic autem Marcus est Christus, in cuius positione concurrunt infinita misericordia cum infinita iustitia: ut verum sit, quod in omni opere concurrunt infinita misericordia cum infinita iustitia, ut vtriusque legis sit verba ponderans. Quoniam si in lance misericordiæ velimus ponere personarum nostrarum valorẽ: erit velut palea, ut nil ponderet. Sit autem merita nostra, sunt pauca, & pauci valoris: quia Apostolus, Rom. viij. Non sunt cõdignę passionis huius seculi. &c. Si autem gratiam, ipsa etiam est creatura, & parum faciet lancem misericordiæ descendere: ideo apponendus est iste Marcus.

Psalm. lvi. ut ad fidei veniant & æquentur: oportet ponere aliquod pondus in lance misericordiæ, ut scilicet iustitia non tam profunde puniat, scilicet in inferno peccata: & lancem misericordiæ (quæ in cœlis est in beatis) faciat descendere usque ad nos, ut in terra etiam misereatur erga peccatores: Et apponendus in ea erit Marcus, qui appositus in lance misericordiæ, ponderat tantum, quantum peccata in lance iustitiæ apposita ponderabant. Hic autem Marcus est Christus, in cuius positione concurrunt infinita misericordia cum infinita iustitia: ut verum sit, quod in omni opere concurrunt infinita misericordia cum infinita iustitia, ut vtriusque legis sit verba ponderans. Quoniam si in lance misericordiæ velimus ponere personarum nostrarum valorẽ: erit velut palea, ut nil ponderet. Sit autem merita nostra, sunt pauca, & pauci valoris: quia Apostolus, Rom. viij. Non sunt cõdignę passionis huius seculi. &c. Si autem gratiam, ipsa etiam est creatura, & parum faciet lancem misericordiæ descendere: ideo apponendus est iste Marcus.

Tertio aduertendum, quod Marcus habet octo vncias seu partes. Sicut octo sunt in Christo, quæ faciunt alleniare pondus iustitiæ. Prima petia continet quatuor vncias, significat veritatem corporis Christi ex quatuor elementis & humoribus: quæ cum sint in corpore vnita verbo & supposito diuino, sunt infiniti ponderis ex virtutis. Veritas humoris patet in sanguine, veritas elementi in aqua, veritas animæ in spiritu emisso. prima Iohannis quinto. Tres sunt: qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis. Illa enim aqua, de qua magis dubitare posset, non fuit humor slegmaticus (ut aliqui dixerunt) sed aqua realiter & miraculose producta. ut tenet Innocentius tertius in capitulo in nostra. De celebratione missarum. & quia ista instrumenta fuerunt nostræ redemptionis in cor-

pore vnito verbo, fuerunt infiniti valoris. Secunda petia continet duas vncias, significat duas naturas in persona Christi, scilicet diuinam & humanam integras. Diuina autem est infiniti valoris & ponderis ex se, & radix præcij nostri: humana autem, ut vnita verbo diuino. Tertia petia continet vnam vnciam, significat vnitatem personæ Christi, cuius operationes infiniti valoris sunt. Athanasius. Nam sicut anima rationalis & caro vnus est homo, ita deus & homo vnus est Christus.

Quarta petia continet dimidiam vnciam, significat humiliationem Christi, eiusque minorationem in mortalitate ab angelis: quæ cum sit humilitas, & minoratio Dei, traxit lancem misericordiæ ad terram. Quinta petia continet vnum quartum, significat in Christo actus donorum & virtutum, ratione quorum omnis eius actio erat plus deo grata, quã culpa totius mundi nolita. Sexta petia continet medium quartum, & significat Christi exemplaritatẽ, quæ in omnibus medium tenuit, ut nos instrueret, adeo, ut omnis eius actio nostra esset instructio, ut dicit Gregorius, ipso etiã teste, Exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Septima petia est mileresus, id est, ariensio, atque octaua, Medius mileresus significat mortem Christi, & ignominiam eius, ut amplius humiliari non posset. Quod apostolus tangit, dicens. Humiliauit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Exclama pondus istius Marchi, qui positus in lance misericordiæ, facit venire ad terram, immo & infernum modo supra exposito. Hanc lancem sic isto Marcho libratam agnoscens dicebat Iob. Vtinam appenderentur peccata mea & calamitas, quibus iram merui in statera, & quasi arena maris hæc graui appareret. Quasi dicat, Si peccata quo ad culpam, & calamitas quo ad poenam in statera ista ponantur, esset pondus quasi arena maris, quæ plus omnibus ponderat: & sic eleuaretur lance iustitiæ vel ad totaliter remittendum, vel ad solam poenam temporalem infligendam & sustinendam. Super quo beatus Gregorius dicit, Quis alius nomine statera intelligitur nisi Christus mediator Dei & hominum, quæ ad ponderandum vitæ nostræ merita venit, qui secum iustitiam & misericordiam tulit? Quæ verba sunt multum ponderanda. Quæ ego sic declaro, Quia misericordiam detulit infinitam, pro nobis incarnando, & secum tulit iusti-

B. Gregori. Iohan. xvij.

Psalm. lvi.

Iob. vij. c.

tiam infinitam, dum peccata, quæ in nobis vindicare debuerat & punire, in se sustinendo, iustitiam ad se illam aduocauit & absorbit. Homo enim portabat super se Dei iustitiam, nec ferre valebat, ipse autem ex infinita misericordia super se posuit, dum omnium iniquitates supra Humeros eius tulit, & portauit, ut iustitiam eleuaret, & misericordiæ lance æquaret. quia & ipse est verba legis ponderans. Tandem quarto notandum, quomodo super se posuit Dei iustitiam, & in lance misericordiæ collocauit. Primo, causam omnium in se transferendo. Cum enim aliquis aliquem vult iuuare ad leuandum pondus, onus super se transfert, totum vel partem. Sic peccatorum nostrorum omnium onus & poenas ipse super se transtulit, ut Psalmus. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores: prolongauerunt iniquitatem suam. Vere sic erat: quia adeo prolongata erat vniuersi generis humani iniquitas: quam non valens sustinere, illius poenas supra dorsum suum posuit, in qua fabricata sunt infinita Dei nostri misericordiæ. Et idem. Proieci sti post tergum tuum omnia peccata mea. Et contigit ei, sicut illi Samaritano, qui super vulnera hominis sauciati, fufis vino & oleo, super iumentum illum posuit. Sic verus Samaritanus & custos noster Christus secum ferendo vinum rigoris iustitiæ, & oleum leuitatis misericordiæ, super corpus suum omnium peccata posuit, omnia ex nobis super se transferendo, a deo, ut nostra peccata (quo ad culpam) faceret sua, & vocaret quo ad poenam. ut Psalmus. Longe a salute mea verba delictorum meorum. Secundo debitam poenam soluendo. Bonus namque mercator & liberalis plus debito soluit. Sic Christus ut in Apocalypsi. Redemisti nos domine in sanguine tuo ex omnibus tribu, lingua, & natione &c. Nota redemisti, quia emimus id, quo tantum quantum valet damus: sed illud reemimus, plus vel ad duplum damus. Reemit Christus nos: qui plus quam debemus pro nobis soluit, scilicet dâdo peccati infinitum, passionem grauissimam, dolorẽ maximũ, ignominiosam mortem &c. & ita plus posuit in statera misericordiæ & crucis, quam erat debitum nostrum. Ideo Ecclesia in hymno dicit, statera facta corporis, p̄damq; tulit tartaris. Et eadẽ ibi, Beata cuius brachijs seclipse pendit præcium &c.

Tertio, suam passionem in nos transferendo. Cognouit siquidem (ut in sequentibus dicemus) Christus omnes, ad quos sua passio prodesse efficaciter

G

Esai. xxxvij.

Psalm. xxj.

Apocalyp. v.

Ecclesia in hymno

Mat. xxvj.

ter debuit: & sic virtutem eius applicavit, denotatam in illo sudore sanguineo. ut inquit Scotus, Ideo dixit. Pater, transfer calicem hunc a me, id est, in prædestinatos. ¶ Ex quibus ultimo corollarie sequitur ad nostrum propositum, quomodo in quo libet opere remissionis peccatorum pro poenitenti & filio minori infinita iustitia cõcurrit simul cū infinita misericordia, etiam in poenitentia cuiuslibet hominis poenitentis peccatoris. Quia licet in illo eius peccata finite puniantur, residuū quod illi dimittitur, & in eo nō punitur, fuit in illo Marcho nostro punitum, qui punitionem suam in nostrā stulit. Similiter in illo actu concurrebat infinita misericordia, eo quod ille Marchus infiniti meriti & virtutis, ex infinita eius misericordia pro illo voluit & dignatus est puniri, ne aliquid quod conveniebat iustitiæ, remaneret sine punitione, nec aliquid ad misericordiam pertinens sine remissione: quia ut verba dicunt, & utriusque legis verba est ponderans. Similiter pro innocenti & filio maiori operati patet. Quia in actu præmiationis concurrebat infinita misericordia, dum pro paucis meritis & operibus, tam ineffabilem gloriam tribuit: & infinita iustitia, cum hoc ut haberet, ipse pro illo meruit: cuius meritum etiam in illum transtulit, ut pro vtroque homine utriusque legis sit verba ponderans. Et sic patet primum.

¶ Secunda pars.

H
Euāgelii.
Matth. xxvj.

Huius autem ponderationis discussio ponitur in presenti euāgelio atque modo Matthæi. xxvj. cap. in quatuor clausulis. ¶ Prima huius discussionis tempus, ibi (cum venerit.) ¶ Secunda discutientis veritas & ponderator, ibi (filius hominis.) ¶ Tertia ponderatoris autoritas, ibi (in sede maiestatis sue.) ¶ Quarta discussorum in lancibus appositio, & localitas, ibi (congregabuntur &c.) & (Ite & venite &c.)

Mat. xxiiij.

In primo dicit (cum venerit) istud adverbium, cum, dicit determinationem: sed de isto tempore non est nobis notitia & revelatio, dicente Christo. Matth. De die illo & hora nemo scit, neque angeli coelorum, nisi pater solus. Ratio huius est, ignorantia vel nescientia numeri prædestinatorum: quia quousque ille sit completus, non erit finis mundi, & ita dependet ab isto nobis & angelis ignoto, sed so-

li deo. Ideo dicit, solus, pater. Vbi pater, sumitur essentialiter. Ista enim incertitudo tēporis multū facit ad cautelam habendā in vita nostra. Nā ut dicit Remigius, certum & incertum multum a nobis metuenda sunt. Certum quidem: quia hic aduentus futurus est: incertum vero, quia quando futurus sit nescimus. Pro correctione nostra tamē notandum est, quod Isidorus & idem Remigius dicunt: quod certum habemus, quod in Pascha veniet dominus iudicare seculum: incertum autem, in quo paschate. Non enim dubitamus, quod in die resurrectionis domini erit omnium resurrectio, sed quādo futurus sit dies ipse, nescimus. Ideo forte propter hoc ecclesia spiritu sancto edocta, tantum monet in quadagesima poenitentiam fieri, ut scilicet simus præparati ad illud ultimum Pascha. ¶ De secundo dicit veritatem huius ponderatoris, dicens (filius hominis) Christus enim dicitur filius Dei, & filius hominis. Tum, quia in forma humana mundum iudicabit, Iohannis. v. cap. Pater omne iudicium dedit filio. Ratio quia in forma hominis & ipse ab homine iudicatus est. Tum, ne videretur ab hominibus extraneus, ut coniungeretur hominibus, factus est homo ex homine, cum aliūde humanitatem assumere poterat, ideo filius hominis. Tum, quia ex solo vno homine. scilicet virgine, humanitatem assumpsit, nos autem ex patre & matre, ideo solus ipse filius hominis, ut singularitatem notaret. Tum Antonomacice filius hominis, propter excellentiam contentorum in humanitate eius, ut superior super omnes esset Iudex, & omnium ponderator. ¶ De tertio ponderatoris autoritatem, dicens (in sede maiestatis sue.) Aliqui intelligunt deitatem secundum quam sedet in æqualitate patris, iuxta illud Psalmus. sed de a dextris meis, id est, in æqualitate. Alij autem iudiciariam potestatem, quā pater dedit filio. Dedit ei potestatem iudicium facere &c. Et illud. Pater omne iudicium dedit filio. Verū nos dicamus ultra hoc, vel maiestatem gloriosam, in qua iudicabit, & apparebit tam bonis quam malis secundum Bonaventuram: illis ad gloriam: his vero ad confusionem. Velsi amplius scrutari velimus mysteria illius actus, erit quædam vis, qua vnicuique iudicandorum apparebūt bona vel mala, quæ in vita sua fecit, & facta alterius cuiuslibet iudicandi, quod in Apocalypsi dicitur aptio librorū ex aptioe libri vite: quæ aptio secundū Augustinū. xx. de civitate Dei, erit illa vis diuina, quam diximus, quam

Palude.

S. Thomas.

Hebreo. ix.

Scotus.

Iohan. iij.

Scotus vocat concreationem notitiæ in intellectu iudicandorum de suis & aliorum factis, quæ ibi apparebunt. Quod in rei veritate est ponderandum, in illo exercitio & actu, ut scilicet cognoscant sua & aliorum bona vel mala, & æquitatem iudicis circa iudicanda, quod est magnæ maiestatis. ¶ De quarto notatur discussorum positio in lancibus, dicens, quod congregabuntur ante eum omnes gentes. Tum primo secundum de Palude, quia omnia referuata sunt ad istud supremum & ultimum tribunal & iudicium (ut alio die dicebamus) vbi nil remanebit sine ponderatione & discussione. Psalmus. Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Nota iustitias, Quid ergo erit de iniustitijs? de dilationibus? de dissimulationibus? Tum secundo secundum Thomam, quia cuiuslibet personæ debetur duplex iudicium: vñ, ut persona particularis, & in morte illico iudicatur, ut apostolus. Statutum est omnibus hoibus semel mori, post hoc autem iudicium. scilicet particulare. Alterum vero, ut persona & pars vniuersi, & sic iudicium vniuersale. Tū tertio, ut Scotus, ratione familie duplicis. scilicet quæ ascribitur carceri, & quæ ad gloriam destinatur: & sic vnicuique sit notum, cuius familie fuerit. Item, quia modo solum de animabus est iudicium & secretum, tū vero de corporibus simul, & ita publicum, & vniuersale. ¶ Vt secundo hæc positio notat tripartitam in lancibus positionem. Nam ibi erunt quidam, qui non iudicabuntur, ut valde boni & perfecti viuentes in illo statu ut decet, scilicet qui non solum seruauerunt præcepta, sed etiam consilia. Item erunt quidam, qui non iudicabuntur, & peribunt, scilicet infideles. ut dicitur. Qui non credit, iam iudicatus est. Et ita intelligitur il-

lud Psalmi, Non resurgunt impij in iudicio, scilicet Psalmus. i. ut iudicio discussionis iudicentur, bene autem resurgent, ut videant se iuste iudicatos iudicio condemnationis. Tandem erunt quidam, qui iudicabuntur, & ponentur in lance misericordiæ: videlicet illi, qui præcepta bene viuendi velut filij maiores seruauerunt, & ut filij minores de peccatis poenitentiam egerunt. Alij autem in lance iustitiæ: ut illi, qui sacramenta fidei receperunt, & opera fidei non fecerunt, ut sunt mali christiani: & de his dicitur, quod statuet quidem oues a dextris, hædos autem a sinistris. Per dexteram misericordia intelligitur, ad quam statuet bonos, qui velut oues vocem veripastoris audierunt, non habentes dentes, nec cornua, quibus proximum ferirent nec damnificarēt. Lac, & lanam tēporalium bonorum indigentibus ministrantes, quorum merita in lance misericordiæ ponuntur. Per sinistram vero intelligitur iustitia, ad quam statuet hædos, scilicet malos, habentes cornua, ut proximo nocumētum inferrent, nil relinquentes intactum, quod non deuorarent, sordidos per luxuriā, & alia abominabilia, quorum culpa reponētur in lance iustitiæ dei. Tandem sequitur collocatio vtrorūque diuersa, dicens, Ite, & venite. Ite, significat separationem æternam infinitam, ut ibi sit misericordia infinita extensiuæ, qua conseruabuntur in esse sine amhilatione, & iustitia infinita extensiuæ, eo quod æternaliter punientur. Venite vero significat iustitiam infinitam, quia merita ratione applicationis meriti Christi merētur præmium infinitum, & misericordiam infinitam, quia præmium infinitum excedens illa, datur, quod est gloria. Ad quam nos perducatur Christus Iesus in secula seculorum. Amen.

¶ Secunda clausula. De petitione portionis substantiæ,

quæ a filio minori contingit, et de ipsius recessu a patre deo per peccatum: quante sit fatuitatis & malitiæ. Incipit.

¶ Sermo octauus. Feria tertia post primam dominicam.

de petitione duplicis portionis substantiæ sub isto themate.

Secunda clausula. Sermo. 8. Feria. 3. post primam.

¶ Pater, da mihi portionem substantiæ, quæ me contingit.
Ex parabola. Lucæ. xv. cap.



PXPEDITA per Dei gratiã prima clausula. In qua vidim⁹ quaedam præmonitiões vtri que filio satis conuenientes, ac maiori filio in agro operationis meritoria & in domo paterna per gratiam manente dimisso. Incipienda est secunda clausula, & parabola ipsa, in qua de petitione portionis substantiæ a patre & eius recessu quantæ sit stultitiæ, fatuitatis, & malitiæ dicemus. Et in præfenti de duplici eius portione, quam petit, dicens, verba assumpta, Pater, da mihi portionem substantiæ, quæ me contingit. Sed prius salutetur virgo Maria.

¶ Argumentum sermonis.

A Riplex potest esse hominis portio substantiæ, quæ ei contingit. Prima naturalis, scilicet intellectus, memoria, & voluntas, & tandem liberum arbitrium, & huiusmodi potentia cum actibus suis: que portio a creatore sua ei contingit super omnes alias creaturas, eo quod ad imaginem & similitudinem Dei creatus est. Eccle. dicitur, quod fecit deus hominem rectū, & reliquit eum in manu consilij sui. Secunda est portio substantiæ temporalis, quæ diuiditur in prospera & aduersa: quæ notata est in cõcessione vsus omnium creaturarum, vti inquit scriptura, Domini namini piscibus maris &c. Ecce produxi vobis in cibum & escam herbam &c. vbi concessit ei omnia quæ vsu consumuntur. Tertia est portio substantiæ mere spiritualis, videlicet fides, spes, & charitas: quæ gratuita bona sunt. Et dimissa ista tertia, quia illa non potest male vti. (Licet perdere & dispare possit.) De duabus primis hodie dicendum est, videlicet, quomodo illa petere est stultum & malum, quia prima erit petitio irrationalis & stulta, & secunda periculosa, quia illam in periculo exponet. quæ duo in præfenti sermone declaranda sunt. Primum quomodo petitio portionis liberi arbitrij. (ad hoc quod illa sine patre, i. gratia ei⁹ vtatur) est irrationalis & mala. Secundum, quomodo petitio

Eccle. vij.

Gene. xx.
Genesis. ix.

secundæ portionis, videlicet substantiæ temporalis quæ aduersa & prospera comprehendit, sine patre est periculosa, illam periculo exponendo magno, adeo vt animam speluncam latronum faciet, vt in præfenti euangelio de phariseis dicitur. Et expositio euangelica assignabitur. ¶ Prima pars.

B E primo meminisse oportet illud quod, supra sermone tertio dixim⁹, videlicet quod licet liberum arbitrium non possit cogi etiam a deo, eius natura manente, quia implicat contradictionem: tamē potest suauiter, iuxta modos ibi tactos, trahere illud, quomodo traxit Paulum: non cogēdo, sed illuminando. Magdalenam nō cogēdo, sed immittēdo cognitionē peccati & fœditatis eius. Immo si strictius res tractanda est, posset deus suspēdere actum eius, scilicet nolendi vel volendi, sicut suspendere posset lapidem a gravitate, sicut exemplum est in scriptura de ferro Elisei natante super aquas. Sic in homine potest non solum suspendere actus imperatos (sicut cotidie contingit) sed etiam elicitos, scilicet nollevelle. ¶ Ex quo posset hic adolescens & filius iunior estimare sibi sufficere hæc portio: q̄ tã in eius potestate videtur esse, vt cogi nō possit. Nã sine patre liberius videtur liberū arbitriū, quam cum ipso existens. Contingit aliquando filios iam gradenos confundi, manere tã diu in domo sui patris, & ita ex hoc discedere, vt patrias alias ad libitum perambulēt: vel per se velle iam domum gubernare, nec sic posse tollerare subiectionem patris, sed per se viuere. Sic videtur iste filius iunior prætere in hoc, quod portionē suam, scilicet liberi arbitrij petit, quasi velit ad libitum suum illa vti, nec in hoc petitio & p̄tētio eius irrationabilis esse sibi videtur.

iii. Reg. vi.

C Ro huiusmodi solutione ponderandum est verbum (quæ me contingit.) ¶ Quia primo ista portio liberi arbitrij est i deo. tamē illi nō contingit: nã liberū arbitriū in deo est in hoc, q̄ potest facere vel nō facere, velle vel nolle, sed nō p̄t aliquid malefacere. Cui⁹ ratio est, quoniã nō est pprie de rōe liberi arbitrij, q̄ indifferēter se habeat ad bonū vel ad malū. Rō est, q̄a p se ordinatū est in bonū, cum bonū sit obiectū voluntatis, nec voluntas in malum tendit, secundū Dionysiu⁹, nisi propter aliquem defectū, qui apprehēditur, vt verum bonū vel apparens. Sed ad libertatē liberi ar-

Dionysius.

De petitione duplicis portionis substantiæ. 19

bitrij pertinet, quod possit velle vel nolle, facere vel non facere, quod perfectissime in deo inuenitur, & ita ex hoc sequitur liberum arbitrium Dei non esse in gratia confirmatum, cum ex se sit inuertibile & immutabile, vt dicitur, Ego Deus, & non mutator. Confirmari vero est ab alio, vel in alio firmari. ¶ Secundo, liberum arbitrium contingit homini in gloria existenti, sed cum confirmatione in bono, nec iam potenti deficere ab illo: quod facit præsentia illius obiecti, quod sua bonitate tenet beatos, ne aliud prospiciant, nec videre velint. Num. xxij. ¶ Et in plenitudine sanctorum detentio mea. Alia autem in ipso deo, iuxta Gregorium, Gregorius. Quid est quod non videat, qui videntem deum omnia videt? Quæ portio isto modo contingit aliquibus in via suo modo, vt virgini gloriosæ, & apostolis. Licet sit magna differentia: quia apostoli post confirmationem potuerunt venialiter deficere, vt Iohannis dicitur. Si dixerimus quod peccatum non habemus &c. virgo vero nullo modo, Iohan. j. c. j. vt Augustinus excepit virginem, dicens, De virgine autem cum de peccatis agitur, propter honorē domini, nullā prorsus volo facere mentionē. Pōdera verbum (nullam prorsus &c.) ¶ Tertio ista portio etiam contingit dæmonibus, sed cum confirmatione in malo, nam obstinatio importat quãdam firmitatem in malo (vt in sequentibus suo loco dicemus) a qua reuerti non possunt, deficiente in eis auxilio gratiæ Dei, qua se priuarūt expectato suo, quod scriptura significauit, dicens. Super peccatum tuum gradieris, id est, destitutus eris omni auxilio gratuito. Ned etiam ex se possunt ex puris naturalibus, quia hæc esset hæresis Pelagiana. D. ¶ Quarto hæc portio contingit homini viatori, ad tres actus principaliter, quos ponit beatus Bernardus in libro de libero arbitrio. Primus est, operari licita & præcepta, & iste est operum bonorū. Secundus est, prosequi expedientia, vt tētationes, quæ expedientes sunt, ad merendum & salutem. & etiam consilia euangelica: & opera supererogationis. Tertius actus est, amplecti vtilia, & opera pœnitentia, & fugere damnosa, & resiliere a peccato: quæ tria non potest liberum arbitrium sine gratia & permanentia cum patre, vt de illis particulariter est dicendum.

S. Bonauentura.

Primo quantum ad licita & præcepta. Nam secundum sanctum Bonauenturam in. iij. distin. xxvij. q. iij. Dei mandata quantum ad genus & substantiam

operis bene possumus implere sine gratia gratum faciente, scilicet per gratias gratis datas: sicut per fidem mandatum de oratione, auditione missarū: & per quandam pietatem naturalem mandatum de parentum honoratione, sed quantum ad intentionem præcipientis, scilicet vt sint remunerabilia vitæ æternæ (vt diximus supra sermone sexto, scilicet per illam cõformitatem charitatiuam, id est, propter Dei amorem) nō possunt impleri sine gratia & charitate, & tali permanentia cū patre. Hinc doctores dicunt illam distinctionem de actu elicitio in gratia & charitate: vel elicitio secundum inclinationem charitatis & ex charitate. Quia primū solum facit ad emutationem pœnæ, quod non potest fieri sine gratia gratis data mouēte, scilicet credendo infernum, Dei offensam, &c. Secundū ad meritum gloriæ, quod non potest esse sine charitate & gratia inclinante. ¶ Secundo quantum ad profequenda expedientia videlicet tētationes & cætera. Quæ non potest vincere sine ista permanentia cum patre. Nam secundum eundem, & Alexandrum secunda parte. q. xcvi. ad solutionem tertij. refert dicere resistere aduersario, & vincere aduersarium: quia victoria plus importat, quã resistētia. Resistētia nãq; dicit nō cōsensum in suggestionē: Victoria vero consecutionem oppositi illius, quod aduersarius intendit. In tētatione intendebat diabolus hominem consentire suæ persuasioni, & sic per hoc illum reddere inimicum deo, & facere illum dignum supplicio æterno. Tunc igitur homo vincit, dissentiendo persuasioni, quo fit maior Dei amicus, & meretur vitam æternam. Quod in rei veritate non potest esse sine gratia gratum faciente. Potest namque non assentire per gratiam gratis datam, sed vincere nō sine ista permanentia charitatis cum patre. ¶ Tertio quantum ad amplectendum vtilia & eligendum illa. Quid enim vtilius existenti in peccato ad suam iustificationem, quã sacramēta: aut vt a peccato resiliat, quam opera pœnitentia: Neutrum horum potest sine gratia. Ratio est, quia peccatum duo inter alia habet, vnum quod est dei offensiuum: alterum, quod est animæ damnificatiuum. Ratione primi, opus est gratia, scilicet qua sua conuersio acceptetur: quod fit in cōtritione, quæ nō potest esse sine gratia gratū faciēte. Ratione secundi, quia reddidit hominē impotentē seipio ad surgēdū. Et ita dicitur homo, spirit⁹ vadēs & nō rediēs, scilicet ex se. Opus est gratia adiutrice & mūdificāte a dāno macule. De qua

Alexander

F

Secunda clausula. Sermo. 8. Feria. 3. post primam:

Psalmus. i. Psalmus. Asperges me domine hyssopo & mundabor: hyssopus enim verba est parua, quæ a pariete exit, virtutem habens mundificandi maculas, Gratiã significat egredientem, id est, prouenientem a pariete humanitatis Christi in cruce pro nobis perforatã. Hinc doctores dicunt, quod etiam minima gratia sufficit, & nil sine illa. Ideo liberum arbitrium non sufficit ad hoc sine illa, vt dicit Bernardus eodem libro, quod conatus liberi arbitrij cassi sunt, si a gratia non adiuuentur: & nulli, si ab eadem non excitentur. Hæc igitur duo officia gratiæ ponderanda sunt. Ideo istam portionem petere ad vtendum illa sine patre, non est bonum, dicens, Pater, da mihi. &c. quia petitio irrationalis videtur. Quo ad primum punctum.

¶ Secunda pars.

G Secundo, videlicet quomodo petitio substantiæ temporalis sit presumptuosa, & periculosa, scilicet si petitur ad lubricæ & delectabiliter & secundum carnem viuendum. Est notandum quod sicut usus istorum sensibilium diuinitus infusus est, vt dicitur Dominamini piscipus maris: &c. sic eorum abusus est interdictus sub figura sanguinis, vt dicitur. Omne quod uiuit & mouetur erit vobis in cibum, excepto, quod carnem cum sanguine non comedetis. Vsum igitur rei sensibilis detribuit, abusum vero libido inuenit. Quod tamen non sine causa permittit, vt quandoque bonis & iustis concedit temporalia aduersa, & malis & peccatoribus temporalia prospera. Quod figuratim significatum fuit in diuisione terre inter Abrahã & Lot, quorum alter elegit terram promissionis: alter vero terram voluptuosam, quæ postea perijt cum habitatoribus.

H Ed est dubium, quare pius pater concessit facultatem temporalium his, quos nouit male vsuros, quia si illi male petunt, cur ipse non bene negat? ¶ Respondeo ad istam materiam breuiter duobus diebus. ¶ Primo, quod temporalia aduersa aliquando in portionem concedit deus iustis, & negat prosperat. Primo in signum excitationis: vt scilicet viuant attentius, & clament affectuosius. Iustus namque in operibus iustitiæ se exercens, & omnia detestando relinquens, aliquando soli sibi ipsi sufficere putat, & somno pigritiæ torpescens, talentum gratiæ in terra abscondit. At vero aduersitas ad hoc multum facit, vt ab isto somno periculo excitet. Quot patet in Petro dormienti in carcere: cui latere percusso excitauit eum, & de carcere exi-

uit. Secundo in signum illuminationis, & ad cognitionem, vt erudiantur in agendis, vt iudicium libro dicitur, quod Deus dimisit gentes in terram promissionis, vt per illas custodiret israel. Et Psalmus, dicit, Bonum mihi, quia humiliasti me, vt discam mandata tua. Et ita cognoscentes mundi malitiam, illum abhorreant. Tertio in signum conseruationis, scilicet virtutum & meritum. Pisces enim & carnes (quos conseruare volumus) sale condimus. Exemplum luciferi, qui in dulcedine paradisi se ipsum perdidit, sic Adam in paradiso voluptatis. Quarto in signum gustus, vt diuina & coelestia dona suauius hic gustent. Exemplum, quia apponimus in melle acetum, vt faporosius gustetur. Ideo Psalmus, Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Ecce ergo quare ista aduersa iustis dantur. Ideo si isti peterent portionem prosperum, non esset eis vtile.

S ECUNDO, quod portio prosperorum datur. Primo malis. Tum in signum attractionis, scilicet vt beneficijs eos fleat, quasi bonus pater solem suum super eos etiam oriri faciens, sicut Iudam a malo per signum amicitiae & pacis atrahere voluit. Tum in signum satisfactionis, vt hic bona aliqua quæ fecerunt premiet bono temporali (quæ non digna fuerunt premio æterno) vt nil in futuro restet, nisi poena exhibenda, vt dicatur ei, Tolle quod tuum est, & vade. Secundo peioribus etiam portio prosperorum conceditur. Tum in signum despectionis, vt scilicet illa habeant tanquam vana nil reportantes, recipientes hic in vita bona, exemplo diuitis epulonis. Sunt enim quasi ossa conuiuij rosa proiecta canibus. Tum in signum exercitationis erga electos, vt illis mali fabricent coronam, velut mallei in tali persecutione. Tum in signum punitionis, quia vtentes illis in offensam largitoris dei, æternaliter puniuntur. Tertio pessimis similiter dantur. Tum in signum intricacionis, vt dicit Augustinus: adeo, vt in eorum exercitio inuoluantur, scilicet in delictijs, diuitijs, contractibus, negocijs, magnificentijs: vt sic colligati (quasi illi qui leuant bancum) mittantur deorsum in infernum. Tum in signum confusionis, scilicet vt confundatur finaliter, exemplo Amã, vt Hester dicitur, qui ostendit amicis magnificentiam suam: tamen in illis in quibus superbiuit, recepit confusionem, dum confusibiliter coram illis suspensus est. Tum in signum damnationis. Tum quia cæcitas crescit ex temporalibus, exemplo Tobiae, qui stercore hirundinis excecatus est. Tum quia crescit

Iudic. iij.

Psal. cxviii.

Psal. xxij.

S. Augusti.

Hester. viij.

De petitione duplicis portionis substantiæ. 20

ingratitude, & seuerius & iustius condemnantur. Tum quia signa sunt derelictionis a deo: quia cum per ista prospera difficilius corriguntur, per eorum accumulationem videntur derelicti, Ideo Augustinus, quod certissimum damnationis signum est, cum omnia prospere cedunt. In presenti vita nil sentire aduersi, signum est derelictionis ipsius, sicut medicus desperatos de salute suã comedere quicquid volunt, Psalmus, in laboribus hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur, Omnia mala & incommoda adducit. Ideo damnosa petitio, quoniam animam (dei templum) facit speluncam latronum, dum homo vtitur illis in fraudem dei & proximi, scilicet emendo & vendendo, vbi fiunt commercia diabolica, vendendo animam ad dei similitudinem creatam demoni. Dum etiam propter illa se intromittit in rebus ecclesiasticis & spiritualibus, facit illum eijcere de templo coelesti, vt patet in euangelio hodierno, de quo Matth. xxj. dicitur, quod ingressus Iesu Hierosolymam, veniente ad templum, eiecit ab illo ementes & vendentes. &c. in quo euangelio ponuntur duo. Primum, ingressus Christi in templum, & commotio ciuitatis. Secundum, effectus huius ingressus, scilicet eieccio illorum, qui ratione abusus istorum temporalium, prophanebant templum.

D E primo & quo ad literam succincte ponitur, quomodo in die palmarum intrauit ciuitatem, & vniuersa ciuitas in ingressu eius tunc commota processionaliter illum recipientes, & deinde venit in templum. &c. ¶ Mystice & moraliter anima nostra quo ad omnes eius potentias potest dici ciuitas Hierusalẽ vt. ps. Hierusalẽ quæ edificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idiplum. Cuius rex ipsa voluntas est, liberum arbitrium iudex vel ipsa ratio, ceteræ autem potentiae, ciues: quæ cum regulantur regulis paternis gratiæ & charitatis, vere pacifica est. Quia liberum arbitrium circa licita & præcepta meretur, circa expedientia in pace habet victoriam, & circa vtilia proficitur. Sed extra domum patris dum sua vult vt libertate, non pacifica, & Hierusalem, sed babylon est. Si istam ciuitatem ingreditur Christus per suam gratiam, tota ciuitas commouetur, dicens, quia hic est Iesus nazarenus &c. scilicet tam circa præcepta quàm circa tentationes erit Iesus, vt ille beatus Antonius dicebat, vbi eras bene Iesu? Sic omnes etiam potentiae admirantur de tanta bonitate patris, sic cum

omnibus assistentis. Verum mala quæ facit ipsa liberi arbitrij libertas, cum istis temporalibus abutitur, audiamus quod sequitur. ¶ De secundo dicitur, quod ingressus in templum, inuenit ementes & vendentes. &c. vt in textu: secundum Hieronymum in lege erat præceptum ne darent vel acciperent ad vsuram, & exinde quod pecunia foenerata nil proficeret. Ideo ne populus ab oblationibus desisteret, sacerdotes excogitauerunt modum, videlicet ponendo ibi quosdam numularios, vt pecuniam commodarent gratis: accipiebant tamen quædam parua munuscula, quasi illa non essent illicita recipere. Formetur reprehensio contra recipientes gallinas, capones, &c. pro mutuatione, quasi non sit vsura, dum accommodatur propter ista, & (quod peius est) nemo facit conscientiam: & ita a templo eiecit tria genera hominum, abutentium libero arbitrio circa illos tres actus superius assignatos. ¶ Primo circa illicita, scilicet, ementes & vendentes, videlicet illos qui emunt, vt carius alij vendant, & non vt vtantur illis. Vnde Chrysostomus, Mercator non potest placere deo, ideo nullus christianus debet esse mercator: aut si voluerit esse, proijciatur ab ecclesia. Et Psalmus. Quoniam non cognouit negotiationem, introibo in potestias domini. Non enim in hoc omnis mercatio damnatur, videlicet licita, scilicet quæ fit ad promotionem rei publicæ, ad sustentationem sui: sed illa quæ deleruit cupiditati, & quæ fit principaliter propter lucrum (de hoc autem dicemus plenius in secunda parte huius trilogy.) Quid facit istud damnum? Dico, quod petitio & receptio huius portionis temporalis substantiæ, & vsus illius sine patre. ¶ Secundo circa expedientia euertit mensas numulariorum. Alterum genus hominum inuenit Christus in templo vtentium male his temporalibus, & in mensis sedentium. Sunt videlicet, qui maximali libertate in pacis & vsuris proximum defraudant, contra Christi præceptum, mutuum dantes. &c. Mensæ istæ sunt contractus, ratiocinia, illicita & cautelar, vt a proximis plusquam mutuauerint, recipiant. Hi autem ab ecclesia templi eijciuntur, & quantum, ad meritum & cum hoc excommunicati sunt. Oportet ergo has mensas euertere, videlicet rescindendo contractus huiusmodi pestilentes, & restituere, & cetera. quia alij non sunt de coetu fidelium merito applicantes liberum arbitrium sine patre. Quod Psalmus, dicit querens. Domine quis ha-

Sermo nonus. Feria quarta post primam.

bitabit in tabernaculo tuo? Respondet, qui pecuniam suam non dedit ad usuram, & munera super innocentes non accepit. Poterit formari acris reprehensio, quomodo hodiernis temporibus (quo ad hoc) christiani peiores, sunt iudeis (qui solum ab alienis recipiebant ista) at vero usurarii christiani nemini parcunt, nec christiano, nec amico, nec pauperi, nec clericis, nec religiosis, nec etiam proprijs consanguineis: cum re vera ex superius allegato Christi præcepto: usura facti & mentis, & circa quoscunque sit prohibita. Quid facit hoc malum? Concessio istorum temporalium ex stulta petitione, ut libere illis sine patre utatur. Quod periculosum est, iuxta Psalmus, Præcipita domine, id est, euertere & diuide linguas eorum, quoniam vidit iniquitatem, & contradictionem in ciuitate, Die ac nocte circundabant eam, super muros iniquitas, & non defecit in plateis eius usura & dolus. Sequitur, Veniat mors super illos, & descendant in infernum viuentes. Quoniam si per istam subuersionem non se continent ab his, manet eis submersio infernalis. ¶ Tertio circa vtilia, quæ sunt spiri-

tus sancti dona, sacramenta, & alia, ponitur euersio cathedrarum vendentium columbas, quod est tertium genus hominum malevolentium exhiberi arbitrij libertate. Nam secundum Hieronymum. *S. Hierony.* per colubas intelligi possunt dona spiritus sancti, sacramenta ecclesiarum, beneficia, & his annexa. Sedentes in cathedra sunt prælati mali, qui vendunt columbas, id est, gratiam spiritus sancti, dignitates, præbendas, & beneficia pro seruijs & alijs. Non est qui inueniat sibi beneficiū aliquid nisi primo seruerit per annos: & forte in stabulo. &c. Non etiam, si non interueniat quædam species simonie. Item in cathedra sedent prædicatores cupidi columbas vendentes dum eorum prædicatio ad quæstum vel ad aliquod temporale principaliter ordinatur. Quis fecit ista mala? Portio ista, quæ ad libitum sine patre regitur. ideo eius petitio irrationalis & damnosa. Oportet filium cum patre manere, ubi portionem in tuto habebit, illiusque usus erit meritorius, hic gratiæ & in futuro gloriæ. Ad quam nos perducatur Christus Iesus, qui cum patre & spiritu sancto uiuit, & regnat in secula seculorum. Amen.

Psal. liij.

Sermo nonus. Feria quarta post primam DOMINICAM. DE FINE PRAESTITUTO A PECCATORE, ET de vagatione mentis eius, sub isto themate.

¶ Non post multos dies, congregatis omnibus, peregre profectus est. Ex parabola Lucae. xv. cap.



A S I G N A tis sermone he stereo duabus portionib⁹ sub stantia, quæ hominicontingūt (dimissa tertia, qua male uti nō poterat) videlicet, naturali, scilicet libero arbitrio & temporali, quorum petitio, ut ostendimus, fuit irrationalis & damnosa, quoniam sine patre. prima quo ad tres act⁹ eius uti meritorie nō poterat. Secunda autem (licet usus eius fuerat concessus, tamē abusus fuit interdictus) sine patre damnosa multotiens erat, ut exemplariter visum est in

illis qui emebāt, & vēdebāt, sedebāt in mēsis & cathedris, quos pater a domo sua eiecit, cū omnes in ea essent nō filij, sed latrones. In præfenti sermone dicendū est, quomodo nihilominus cōgregatis illis pponit recedere a patre, & de fine siue termino ab illo pstituto. quæ verba assūpta ex parabola dicunt: quod non post multos dies, cōgregatis oibus, peregre profectus est. Sed prius salutetur virgo Maria.

¶ Argumentum sermonis.

S T aduertendū, quod peregre profectus nisi terminum sui itineris præfigat, vag⁹ & vagamūdus dicidebet. Ideo duo ad hoc habere debet, vnum scilicet quod terminum sui viagij intendat: alterum, quod sit vltimatus terminus itineris, aliās vagus diceretur, vbi potest poni exemplum in his hominibus perditis, qui vagātur per mūdū, vel quia terminū suū pere-

De vagatione recedentis a patre.

21

grinationis non statuunt certū: vel si præstituunt, non est terminus vltimus, ut ibi aliquid vtilitatis fieri pro se aut pro alijs habeant, ut isti, qui dicunt ire ad sanctum Iacobum, nec ibi facere aliquid habent. Ideo quærēdum esset ab isto adolescente sic congregate omnia, ut a patre recedat: ut ne vagus in isto recessu dicatur, quem finem seu terminum sibi petit, & si aliquem habet, videat, si est vltimus terminus: in quo sua peregrinatio finiri debeat? Poterit forte respondere, quod non potest dici vagus in suo recessu secundum dicta. Tum primo, quia terminum bonum præstituit, scilicet creaturam. Cuius ratio est, quia bonitas actus principaliter sumitur a fine, per topicam, Cuius finis bonus est, ipsum quoque bonum est. Cum igitur omnis creatura sit bona ut Genesis dicit, Vidit deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. ergo intendens finire viagium suum in creatura, non poterit dici vagus: & licet a patre separetur, non intendit vagare. Tum secundo, quia intendens Deum & creaturam, non potest dici vagus, cum finem habeat: sed peccator non intendit offendere Deum per amorem creaturæ, igitur si ab illo separetur, non poterit dici vagus, quia simul vult diligere Deū & creaturam, & vtrūque habere pro fine. Igitur in præfenti sermone hæc duo declaranda sunt. Primū, quomodo ordinans exercitium suum & viam recedēdo a patre præstituēdo sibi terminum ipsam creaturam finem, vagus dicitur, & quod peregre profectus sit. Secundum, quomodo taliter poterit ordinare suum viagium, ut habeat Deum, & creaturam pro fine illius: quod erit sibi damnificatiuum iter. Et deinde eliciemus, quomodo, & in quo dicitur vagus: & sic ipsum incidere in statum generationis prauæ & adulteræ cum illis ad quos Christus in euangelio loquitur, & expositio euangelica.

¶ Prima pars.

Sanctus Bonauentura.

L

DE primo beatus Bonauentura dicit, in. ij. distin. xxxviii. q. j. quod de ratione finis est, quod habeat tria. Primum, quod sit res bona secundum id quod est, ideo res mala ex se non potest esse finis alicuius operationis ordinatæ & bonæ. & ita peccata non possunt esse finis rectæ operationis. Ratio est, quod cum peccata sint nihil id est, defectus alicuius operationis (ut Augustinus inquit super illud, sine ipso factum est nihil) non possunt esse finis. Hinc illis romanis, qui priorem vitam ordinauerunt ad immolationem deorum suorum: & postea erubescētibus dicebat apostolus, quem

S. Augusti.

Roma. vj.

fructum accepistis, in quibus nunc erubescitis? Secundum requiritur, quod illud quod ponitur pro fine, habeat rationem finientis. Nam si quis ordinaret voluntatem suam, vitam, aut rem aliquam, ad aliquid quod vltimate in illa ratione non complet, & fuit desiderium eius, & adhuc restat vlterior ordinatio ad aliud: non habet rationem finis, quia non vltimate finit. Exempla sunt in promptu, ut si quis ordinaret mercantiam ad habendam pecuniam, ut illa habita haberet beneficium aut officium, pecunia ipsa non esset finis illius operationis, quia illam non vltimate finit. Tertium requiritur vltra hoc quod voluntas actualiter vel habitualiter aut virtualiter referat suam operationem, & omnia in illud quod habet rationem finiendi. ¶ Ex quo deducitur, quod illa voluntas dicetur vaga, & per illam homo vagus, qui ordinabit operationem suam & viagium. Primo ad rem non bonam, scilicet peccatū, eo quod tale peccatum non potest habere rationem finis. Formetur reprehensio contra ordinantes vitam & operationes illicitas, ad ea quæ sunt peccata, & ut possint mala facere: qui licet pluribus intendant, vita eorum vaga dicitur. Secundo ad rem quæ non habet rationem finientis, nec idoneitatem ad hoc, ut scilicet māducatio non potest esse finis prædicationis, labor eius esset vagus: cum altiorem habeat finem, scilicet dei laudem, & proximorum salutem, & ædificationem. Tertio cum & si fiat, tamē nullum prædictorum refert in laudem dei &c. ex parte illius vagus dici potest, cum fructū vitæ æternæ pro se non reportet. ¶ Ex his secundo deducitur ad propositū, quod si velis adolescentens præstitueret tui viagij finem, ut expleas vitam in delitijs & voluptatibus &c. recte vagus diceris, quia non sunt res bonæ ex se. Si etiam finem præstituas creaturam, seruiendo illi, & condelectando, spreto creatore, vagus diceris. Quia creatura aliqua non potest habere rationem vltimi finientis, cum & appetitus vltimus & ad aliud sit ordinabilis. ¶ Tādē tertio ex omnibus deducitur quis finis esse debet huius viagij ne vagus dicatur. Et clarum erit, nota una propositione Aristotelis, primo ethicorum, Aristoteles videlicet, quod oportet in rebus ponere finem vltimum & optimum, ut desiderium creaturæ rationalis non sit frustra. Nam qui summū bonum viam & finem præstituit, vagus nullo modo dici potest: quoniam in illo omne desiderium omnique appetitus vltimate quietari potest: & illo habito, nihil est, quod desiderari queat. Applicādo igitur Christi

Ioan. xliij. stus dicitur via, veritas, & vita. Ego sum via, veritas, & vita. Veritas quidem, qua quietatur intellectus, & vita, qua fruatur appetitus voluntatis. Vita autem, quantum ad omne operabile, ut vitam glorię habeat. Ideo ipse solus, in quo omnis requies inueniri potest, vltimus finis esse potest, ut ipse inuitat viatores, dicēs, Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiā vos. Qui ergo Christum habet viam, patrē terminū habet: vagus dici non potest, ut est quilibet in fide & gratia existēs. Et per oppositum carens gratia, caret via & termino, ideo vagus dicitur. Ut Cain, cui post fratricidium dictum est, vagus & profugus eris super terram. Vel vagus dici potest, nō solum quia sine via actus ut dictum est: sed etiam quia in nullo firmatus ad bonum suum. Ideo Cain subiungit, omnis qui inuenit me, occidet me. Quasi dicat, Eiecit te ero quasi vagus, & ita sine te quidquid ordinauero, erit mihi in damnum. ¶ Resolutorie ergo liquet, quis finis sit præstituendus, ne vagus dicatur.

Scotus. Qui potest esse duplex (maxime secundum scotum) scilicet finis qui, vel finis in quo, & finis quo. Finis namque, qui, est ipse deus, qui habet vltimā rationem finendi, & in quo finaliter omnis rationalis creatura debet quiescere, ut inquit Augustinus in libro confessionum dicens, Fecisti nos domine ad te, ideo inquietū est cor nostrū, nisi requiescat in te. Finis autem quo, est ipsa charitas vię vel patrię, quę est medium coniungendi noscum deo.

Joan. xliij. Quod subtiliter tetigit apostolus Ioannes dicens, Deus charitas est. ecce primum. & qui manet in charitate, in deo manet. ecce secundū. In deo manet ut in fine, & deus in eo ut finis, finiēdo & quietando creaturam. Hęc enim est, quę facit hic in via nos deo vnitos, & cū illo in patria semper permanere inseparabiliter, & in eo beatos esse. Exemplum. Sicut locatū non potest esse in loco nisi mediante pondere, sic cum deo sine charitate & mediante dilectione. Ut igitur creatura non sit vaga, solum istos fines & terminos intendere debet, videlicet ipsum Deum, ut finis in quo: & ipsam charitatem, ut finis quo. Nam aliud quærere aut procurare viagium, erit vagare per creaturas. Et sic patet primum.

Ro secūdo, videlicet, an duos possit statueri fines sui viagij Deum & creaturā, oportet considerare, quomodo sit possibile sine peccato. Et pro isto aduerte, quod plures statueri fines stat tripliciter. Primo, ita quod vnus finis sit sub fine, &

propter finem. Secundo, quod vnus sit finis principalis, & alter minus principalis: & minus principalis, non refertur ad magis principalē. Tertio, quod vterque sit principalis. Intellego finem principale secundum intentionem præstituentis, & non secundum fines. Pro hoc ponitur optimum exemplum, de canonico eunte ad horas ad ecclesiam, ad percipiendas distributiones. Hoc potest facere tripliciter. Primo, ita quod principaliter intendit gloriam & laudem Dei, eiusque cultum, & ex consequenti intendit habere distributiones ad sustentationē suā, & ut habeat, quid eroget pauperibus. Secundo, ut intendat ire, ut deo placeat, & seruiat ei: & similiter, ut distributiones recipiat, nō referēdo actum in acquisitione illarū ad deum: & sic vnus est principale, alterum minus principale, sed non relatum ad principale. Tertio, intendit ire ad ecclesiam duplici intentione. Ita, quod vult Deo placere, & etiā pecuniam acquirere, ut illam amplet, & in eis delectetur, & hoc æqualiter intendit. Quod potest coniectari, quod etiam si non placeret Deo, nihilominus iret: vel quia dum est in choro non facit quę debet, & refidet, ita quod si non darentur distributiones, recederet. ¶ Ista distinctione & exemplo præpositis dico, quod primo modo duos statueri fines, est meritorium, & pertinet ad bonam voluntatem: quia vnus finem, scilicet minus principale, ordinat ad principale, & vnus finis iudicatur secundum regulam Aristotelis. Vbi vnū propter aliud, Aristoteles utrobique tantum vnus. Secundo modo statueri duos fines modo dicto, & nō referēdo minus principale ad maius principale, est defectus venialis: quia poterat referre ut esset actus meritorius, & non fecit, secundum Augustinum in libro confessionum dicens, Domine, minus te amat, qui tecum aliquid amat: quod qui te solum amat, scilicet nō referendo. Pondera quomodo illud, minus, facit veniale peccatum. Tertio modo statueri duos fines eque principaliter, est peccatū mortale. Tum, quia æquat creaturam Deo. Tum, quia facit contra rationem charitatis, quę Deum super omnia charum facit. Tum, quia contra præceptum diuinū, scilicet Deum super omnia diligere præcipiēs. Tum, quia contra determinationem supremi domini, vult duobus dominis seruire, quod nemo potest, intelligendo de æque principalibus non subordinatis, ut communis extat expositio. Ideo propheta Esaias dicit, Coangustatum est stratum, ita ut alter decidat. Exemplum de duobus volētibus

federe in vna sede. Sic in vno corde. Sequitur ibi: & palium breue vtrunq; operire non potest. Talis etiam volūtas est hypocritarum, qui volunt incedere duabus vijs. Et ecclesiastici dicitur, Væ qui terram ingrediuntur duabus vijs, ideo ne accesseris ad illos. Non est enim possibile placere Deo & mundo æqualiter. Ideo Oseas dicit, Diuisum est cor eorum, ideo peribunt. Plures ergo statuere fines principales (cum vnū sit solum verū, & summum bonum, quod quietat humanum desiderium) vagare est. Oportet igitur solum vnū statuere modo dicto, scilicet in quo, & quo, alias esset summa peruersitas, ut inquit Augustinus, scilicet frui vtendis, & uti fruēdis. Exemplum falsamētū, quo vti mur ad edendos cibos, & non cibus ad comedendum falsamentū. Non enim est possibile frui Deo & creatura simul: sed summa peruersitas velle uti, & habere Deum, ut creatura fruatur.

C De te igitur o adolescens exclamare licet. Si recessus a patrē est, ut peccatis vacces, & in eis vitam ducas tuam, vagus diceris: præponendo creaturam vltimum tui viagij finem, contempto deo vltimo fine. Quę euagatio erit, & cōtingit circa tria, quibus vagus merito diceris. Tū primo cognitione. Quādoquidē intellectus noster est tam altę naturę, immo a suā creatione habet capacitatem infinitam (saltem passiuē ut Scotus tenet) quod non potest quiescere, nisi cognoscendo cognoscibile: quod omne cognoscibile aliud continet, ideo non potest beatificari hic nisi in patria: ideo cum est separatus ab illo cognoscibili increato, semper cognitionem mēdicat a creaturis, ut apostolus inquit, Inuisibilia Dei per ea quę facta sunt, intellecta conspiciuntur &c. Et sic non quietatur, sed vagus est, inter illa. Ad quid igitur tantum exercitiū in sciētijs humanis: si ad hoc non ordinantur, cum in eis expendatur tota vita nil fructus reportantes? Quid de ingenijs in artibus illicitis, ut in fucis & alijs? Ium vagus ex negligentia circa ea quę ad salutem necessaria sunt. Primo, circa credēda. Secundo speranda. Tertio operanda, ut mandata. Quarto circa ea, quę ad statum vel officium pertinet. Quinto circa dei beneficia manifesta in reddendis gratiarum actionibus. Sexto circa inquisitionem suorum & propriorum defectuum, ut nō superbiant. O vagatio mundanorum? Nam diligentiam & sollicitudinem nimiam in rebus mūdānis, vocamus vagationem. O scientia mundanorum? plus in caducis sciunt, quā omnes bacchalaurei. In

his quę animę concernunt, sunt velut equus & mulus in quibus, teste ps. nō est intellectus. Tum secundo vagus es in affectu & voluntate. Quomā beatus Bonauentura inquit, quod voluntas hominis ad omne bonum inclinatur, & in nullo, nisi in summo bono quietari potest. Ideo Exodi dicit, Ego ostendam tibi omne bonum: Exemplum potest esse in figura circulari, quę non impletur nisi a circulari. Cor autem hominis circularē est, ideo non potest impleri nisi a Deo, qui non habet principium nec finem, ut figura circularis. Ideo ps. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Quid igitur vagare vis inter creaturas, cum appetitū nunquā implere possis? Dic cōtra gulosos, qui cotidie implent ventrē, & cotidie famefcūt. Item de luxuriosis. Sic de auaris & cupidis. Hinc sponsa canticorum dicit, Indica mihi vbi cubes, vbi pascas, ne vagari incipiā post greges sodalium tuorum. Duo nāq; querit. Vnū, scilicet locum quietis & pastus, quo ad vtrāq; potentiam intellectuam & appetitiuam. Alterum, videlicet, fugam istorum temporalium, dicens, ne vagari incipiam post greges (id est) lasciuos homines, ignorantes, ac vitam pecudum sequentes, & a patrē se separantes. Vides igitur adolescens quę vagus & profugus censeris, si domum patrię & gratię eius aufugis? Ideo citius quo potens ad patrem reuertere: quoniam si hoc non facis, & ab illo recedis per peccatum, incidēs non solum in statum generationis malę (quę signū quærīt a patrē, & non potest habere aliud, nisi illa duo, quę ponuntur in sancto euangelio) sed etiam in statum generationis adulterę, cui datur signum immundi spiritus peiorantis illum sic a patrē recedentem. Quod ut verū sit, audi euangelium hodiernū. Matth. xliij.

¶ Secunda pars.

In quo quidem euangelio ponuntur tres fines seu termini amplectendi ab istis filijs. Primus est, pro filio remanētī cum patrē, signum seu terminus reginę Sabba. Secūdo pro filio eunti & separātī se a patrē, signum seu terminus Ionę vel Niniuitarū. Tertius pro filijs obstinatis, signū seu terminus immundi spiritus.

De primo dicitur, quod expulso demone a quodam dæmoniaco plures tentantes (ut dicitur Luca) quærēbant signa de cœlo, & signanter isti pharisæi dicētes, Magister, volumus a te signū videre. Ecce petitionem vagantium, in hoc, quod signum volebant aliud, quā ipsum Christum, Quasi diceret, Volumus signum a te, id est, non te, in ter-

minum & finē nostri viagi: cum reuera (vt ostendimus) nil aliud possit esse finis in quo, nisi ipse. Secundo, petitio est adulatoria, dicentes (Magister) cuius discipuli esse nolebant, nec in domo eius manere. Tertio, petitio ponitur multum irreuerens, dicentes (volumus) quasi imperatiue postulantes cum isto filio, qui petit portionem, dicens, Pater, da mihi &c. Quia cum obsecratione omnia à patre petenda sunt. Isti dicunt, volumus, non aliam causam assignantes, nisi eorum prauam voluntatem. Quarto, petitio proponitur fatis curiosa, dicentes (signum) & ita signum petentes, non rem: quasi volentes sistere in his rebus caducis (quæ signa sunt dirigentia in vitam æternam) & ibi finem suum constituere. ¶ Secundo ponitur Christi responsio dicentis, Generatio mala & adultera signum quærit, & non dabitur nisi &c. Triplicem ponit generationem filiorum Dei, videlicet, innocentium cum patre manentium, poenitentium & ab eo separatorum, & obstinatorū totaliter à patre separatorum: quia totaliter & obstinate suum finem constituūt creaturā. ¶ Primis, videlicet innocentibus, assignat pius pater signū reginæ Sabba, vt cū istis surgat in iudicio, quæ de longinquo venit audire sapiētiam Salomonis. Dicatur historia, vt habetur. iij. Regū. x. cap. Ipsa enim venit de longinquis partibus videre Salomonē, & audire sapiētiam eius, & gubernationem domus eius prospicere, quæ mirū in modum remansit stupefacta. ¶ Mystice, regina austri innocentis filij persona est, qui ratione liberi arbitrij gratia gratum facientes adiutus, magnā habet iurisdictionem. (vt alio die late explicauimus) Et est austri, id est, gratiæ, quæ australis est. Nam in scriptura auster ventus (secundum Hieronymum super illud ecclesiastes xj. cap. Si ceciderit lignum ad austrum &c. dicit. Et quātum ego existimo) semper in bonam partem accipitur. Ideo designat feruorem spiritus sancti. ¶ vt beatus Gregorius libro. ix. moralium. cap. ix. enarrans illud Iob. ix. cap. & interiora austri sic inquit. Quidnamq; hoc in loco austri nomine nisi feruor sancti spiritus designatur, quo dum repletur, quisquis fuerit, ad amorem patriæ spiritualis ignescit? Vnde & sponsi voce in canticis canticorum dicitur, Surge aquilo, & veni auster, & perfusa hortum meū, & fluent aromata illius. Austro quippe veniente, aquilo surgens recedit, cum aduentu sancti spiritus expulsus antiquus hostis, qui in corpore mentē constrinxerat, deserit, atq; hor-

tum spōsiauiter perflat, vt aromata effluāt. Quia nimirum dum sanctam ecclesiam donorum suorum virtutibus spiritus veritatis impleuerit, ab ea longe lateq; odors boni operis spargit. Hæc Gregorius. Secūdo ipsa regina deserit fines terræ suæ. Quia bonus innocēs filius sic omnem creaturam debet deserere ponere pro fine suæ operationis, vt solum pro fine habeat Deum verum Salomonem, & illo fruatur. Velut Magdalena altera, deserens mūdānam vitā, semper ad pedes Iesu sedebat, audiendo verba illius. vt Lucas dicit. O excellens regina, q̄ intrepide venis, vt præsentia illius regis pacifici fruaris. Non tibi impedimentum præstitit viæ longinquitas, quia à Sabba vsq; Hierusalem. non fragilitas sexus, quia mulier. non dignitas regia, quia regina. non regnum, quia illud deseris. Sic animam innocentem nil impedire debet, vt cū suo fine & patre permaneat, & hoc tria faciendo, quæ hæc regina fecit. Primo surgit, quia dicitur q̄ surget. Sic surgendum est ad celsiorem vitam, vt apostolus inquit, quæ sursum sunt querite, nō quæ super terram. Secundo iudicat, quia dicit q̄ in iudicio. Nam iudicare debet quæ facturus est, vt quæ pro futura sunt, amplectatur. videlicet si licent, si expediant, ne Deo displiceat, & ab illo separetur: & inutilia, & damnosa condemnet, quia tertio dicit, quod condemnabit.

E secundo pro poenitentibus & qui à patre recesserunt, datur secundum signum, scilicet Ionæ & Niniuitarum. Dicatur historia per totum librum Ione, & de hedera, & corrosione eius, & quomodo illam corrosione hederæ Ionas magni fecit, Deus autē corrosione cordium poenitentiarum Niniuitarum, & propterea eis pepercit. Pōdera bene puncta historia. ¶ Mystice significatur in hoc generatio mala, scilicet filiorum peccatorū, & à patre se per peccatum separantium, cui nō datur aliud signum nec terminus, nisi corrosio conscientiarum & voluntatis, & poenitentiarum: quia hoc fuit signum Ionæ & Niniuitarum, scilicet quia tribus diebus stetit in corde terre & tribus noctibus. Cor autem terræ ipse homo est, cor suum & finem ponens in terra. Oportet igitur tribus diebus, scilicet contritionis, cōfessionis, & satisfactionis (quæ animam illustrant) manere. & tribus noctibus, scilicet de triplici malo dolere. videlicet de malo culpe, quam comisit: & de amissione luminis gloriæ, perdendo gratiam: & incurfione tenebrarum infernalium. Datur tūc etiā signum Niniuitarum, scilicet

ij. Reg. x.

s. Hierony.

s. Gregori

Cāico. iij.

Lucæ. x.

Coloss. iij.

Ionas.

poenitentia, vt patet. Verum audiamus quid sequitur dicit, quod viri Niniuitæ surgēt in iudicio cū generatione ista &c. O ciuitas. N. isti surgēt in iudicio contra te, quia illi poenitentiam egerunt. tu autem modicam aut nullam. & condemnabūt te in iudicio, tanq̄ maiori culpa dignam, & maiore poenam meritam. Tum primo, comparādo populum ad populum, quia illi barbari, vos autē Christiani. Tū secundo, prædicatorem ad prædicatorem: quia illic solum Ionas, tibi vero plures. Tum tertio, tempus ad tēpus: quia illis tribus diebus vel ad plus quadraginta, vobis vero non cessant, & per tot quadragēsimas. Tum quarto, effectum ad effectum: quia illi poenitentiam egerunt austeram: & à rege vsq; ad pecus mirabilē & vniuersalem, vos autem vt video adhuc manetis (vt plurimum) im poenitentes. Dic aliqua peccata publica, de quibus senō emendauerūt. Dic q̄ si non induūtur sacco, vt ille rex cum suis & tota ciuitas: q̄ ad minus honeste induti incedāt, maxime mulieres. Si non ieiunant in cinere sicut illi, ad minus nō ita lautas faciant collationes isto sancto tēpore. Si non faciunt iumenta ieiunare vt illi, ad minus vigilent circa ieiunium seruitorum, quia hoc est signum Ionæ & Niniuitarum.

F E tertio, videlicet de filijs obstinatis & recedētibus obstinate (quæ generatio adultera dicitur) datur signum in mundi spiritus, quod est signum peiorationis, & ad relaplum. Primo ex eo q̄ est velut domus vacas, scilicet ab opere corporali & spirituali: quo-

niam opera necessaria fugiūt, scilicet orationes, & prædicationes: & periculum est, ne recidiūt: quia essentialia, scilicet abstinentia à vitijs dimittūt: tunc enim domus conscientiarum dicitur vagari. Secundo est velut domus scopata. Scopa nāq; fordes domus superficialiter abstergit, nō autē tenaces immunditias. Sic plures videmus, qui ad confessiones currūt: at vero de leuioribus fit sermo, atq; de eis poenitēdo: de tenacibus autē, videlicet, de superbis & inuidijs nō expurgāt. Contra quos ps. excitabam, ps. lxxvj. & scopebā spiritum meū. Confitentur enim peccata, sed non restituūt. De quibus Christus. Hy- Matt. xxij. pocritæ, qui mūdatis quod de foris est, intus autē pleni estis rapina & dolo. In his autē sic vagātibz & separatis à Deo locū habet diabolus, vt allumat septē spiritus, id est omnia vitiorū genera, vt hominis sic separati fiāt nouissima peiora prioribus. Et tandem tertio sequitur in textu, q̄ dixerūt ei, mater tua & fratres tui foras stāt, quærētes te. Quasi dicat, Quē te ipsum facis? Facis enim te vltimū finem, cum solus Deus sit. Tu vero, ecce mater tua, & fratres tui foras stant, scilicet quo ad hoc, & per consequens tu non habes rationem finientis. Quibus sic peioratis respondit Christus, dicens, Exten- des manus in discipulos, Quicūq; fecerit voluntatē patris mei, hic frater meus, mater, & soror est. Quasi dicat, Ego faciēs voluntatem patris mei velut legitimi filij, & ipsum statuentes vt finem vltimū: trañabo illos vt mater, frater, & soror dando eis hic gratiā, & in futuro gloriā. Ad quā perducamur in secula seculorum. Amen.

Sermo decimus. Feria quinta post primam do-

minicam. De initio recessus filij iunioris per peccatum veniale. Sub isto themate

¶ Peregre profectus est, & abiit. Ex parabola Lucæ. xv. cap.

Stenso sermone præcedenti termino, quæ præstituerē debuit hic noster adulescens petens à patre portionem substantiæ, & ab illo recedere proponens, ne vagus dicatur, & profugus à patre, videlicet q̄ si creaturam constituit finem vitium, quæ nō est sufficiens: quia & si in se sit bona, non potest habere rationē vltimi finientis: quia cū sit æqualis bonitatis, nō potest esse finis, cū finis melior sit, his quæ sunt ad finē. Similiter si duos præstat fines æque


principales, etiā dicitur vagus: quia in nullo quietabitur. Tandem in quo consistat ista vagatio, tam quo ad intellectum, q̄ quo ad affectum. In præfenti sermone dicendū est, de initio huius recessus adulescētis à patre per culpā venialem, quod denotatur in verbis assumptis, dicens, q̄ peregre profectus est, & abiit. Sed prius salutetur virgo Maria. ¶ Argumentum sermonis.

Eccatoris processum in recedendo à patre regius propheta miro modo explicat

Psalms. j. Psalmo primo dicens, Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiae non sedit. Vbi propheta ponit tres actus, scilicet abire in consilio impiorum, stare in via peccatorum, & sedere in cathedra pestilentium. In quibus significatur progressus peccatoris recedentis a patre, quando quidem principium recessus notatur in abire in consilio, quod fit cum in corde assentitur peccato cuicunque; Similiter progressus notatur in stare in via, quod fit cum procedit peccator ex consensu in opus. Tandem notatur terminus progressus, scilicet in sedere in cathedra pestilentiae: dum in consuetudinem vel obfirmationem peccatum vertit. Ideo isti actus considerandi sunt. Nam abire: est principiare: stare, consentire: & sedere, in illo firmari. ¶ Hi actus secundum Augustinum significatur in tribus mortuis a Christo resuscitatis, videlicet, in puella in domo, in adolescente extra portam, & in Lazaro foetete in monumento. ¶ Secundo est notandum, quod peccatum veniale non communicat cum mortali in auersione. Quia mortale, est circa auersionem a Deo: dum propter creaturam auertitur ab illo, & a lege eius, & diuina ipsius voluntate, tam in praecipis quam in prohibitionibus. Sed veniale, est circa agenda, videlicet quia non apponit circumstantiam debitam, scilicet ut propter Deum fiant, ut in praecipis, & in prohibitionibus, non cuitando motum sensualitatis secundo primum, vel non detinet illum citra consensum. ¶ Ex hoc potest hic adolescens sumere occasionem recedendi. Nam si in auersione non communicat separatio venialis cum mortali, quia non auertitur a lege nec a voluntate diuina, & est cum charitate. Similiter non est directe contra mandatum, nec statuit vltimum finem creaturam, nec inuenitur ibi contemptus mortalis (cui secundum doctores correspondet poena aeterna si cur veniali temporalis) tandem potest auersio venialis stare cum gratia. Nam ibi solum est quaedam retardatio ratione non appositionis circumstantiae, & quia non refert creaturae usum in finem principalem, quae solum erat culpa venialis (ut heri diximus.) Si igitur istud abire (in quo non est contemptus, sed solum non appositio circumstantiae finis, nec determinatus consensus, nec respondet ei poena aeterna, & stat cum charitate) est tam parui momenti: quod periculum erit in isto modico, ut a patre recedat, & cum creaturis letetur: Dico adolescens quod parum scis, quid sit ille venialis recessus: quo-

niam si scires, aliter sentires. Non intelligis malitiam eius, & quando fit, nec damnatum quod infert in sic recedente a patre. Ideo in praesenti sermone de isto veniali recessu, quem diximus abire & esse principium, dicemus tria. Primum, quae offensa est ista, quam dicimus venialem, & a quo habet, quod sit venialis. Secundum, quando vel quomodo cognoscitur quod sit venialis. Tertium, quae damna infert. Cum euangelica expositione.

¶ Prima pars.



Primo est notandum, quod tripliciter aliqua culpa dicitur venialis. Primo ex euentu videlicet, quia realiter & cum effectu de illa venia consequitur, sicut

beatus Ambrosius dicit, quod omne peccatum per poenitentiam fit veniale. Et intelligit de mortali, quod per acta poenitentiae indulgetur. & isto modo non loquimur in praesenti de veniali. Secundo ex causa diminutione, ut sunt illa, quae ex infirmitate vel ignorantia perpetrantur, quae respectu eorum quae ex malitia committuntur: ex causa merentur veniam, ut de seipso dicebat apostolus, Prius fui blasphemus, & persequutus sum ecclesiam Dei: tamen misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate mea. Tertio dicitur venialis ex se. Et sic dicimus cum magistro Ioanne Gersono, quod ex se nulla culpa est venialis. Ratio est, quia secundum rigorem diuinae iustitiae qualiscunque separatio a Deo est mortalis, & a vita gloriae separatiua. Tum ratione simplicitatis ipsius Dei, a quo non potest in parte separari, quia a toto Deo separatur. Si enim regum terrenorum quantumcunque parua offensa (etiam Leui verbo commissa) leuiter punitur: immo si commissa fuerit animo indeliberato: quanto magis offensa aeterni regis etiam minima puniri debet mortaliter: Tum ratione praecipii, scilicet diliges dominum Deum tuum ex toto corde, tota mente, tota anima, totis viribus &c. Ideo istae omissiones circa hoc respectu Dei ex se sunt mortales, scilicet ratione obligationis, aut habitualiter aut virtualiter obligantis. Quia cum sit transgressio in materia quae tangit Deum, ex se meretur priuationem gloriae, & exultationem a paradiso. ¶ Ex his ponuntur corroloria. Primum, quod etiam pro euitanda morte temporali non est peccatum venialiter. Ratio, quia si liceret, daretur casus in quo esset licitum offendere Deum venialiter. quod est detestabile dictum. Ponderandum est illud verbum, licitum. ¶ Secundo sequitur, quod

I S. Ambro.

j. corin. xv.

Gerson.

k

L

quolibet offensa Dei quantumcunque parua repellit a gloria, ideo moriens cum peccato veniali (nisi remittatur) excluditur a paradiso. Pondera verbum, nisi remittatur. ¶ Tertio sequitur, quod peccatum veniale non dicitur veniale ex se (ut diximus) sed in ordine ad non imputationem diuinae misericordiae, quae de facto non vult quolibet offensam imputare ad mortem aeternam, cum illud esset iustissimum, & iuste posset: verum considerans fragilitatem nostram, & quod istae offensa sunt in nobis cotidiana, ex misericordia determinauit non imputare ad mortales. ut ps. Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum eius. ¶ Quarto sequitur, quod tantum obligamur Deo ex non imputatione peccati venialis, quantum ex remissione mortalis. Ratio est, quia in utroque concurrunt misericordia Dei: in vno remittendo, & in alio non imputando, cum vtraque esset ad poenam aeternam, ac aeternaliter sine remissione excluderent a gloria: vnum de possibili, scilicet si imputaretur: alterum stante lege, quia veniale de possibili: quia ex eo quod deus non vult imputare, non obligat ad aeternam poenam. mortale vero ex se de facto, ratione auersionis imputatur. ¶ Quinto & vltimo patet illa regula doctorum, & illius veritas, videlicet, quod nullum est peccatum veniale, quin fiat mortale dum placet. Non enim intelligi debet, quod consensus inueniale sit ex suo genere mortalis, sed intelligitur si placeret, in quantum est Dei offensiuum: quia & si veniale, fit: tamen ex hoc mortale & diabolicum, esset: quonia parua offensa Dei, si placet, ut Dei offensa, mortalis est talis complacentia. ¶ Vnde fratres attendere debetis circa vanitates excessiuas in vestibus (ut in mulieribus nostri temporis contingit.) Item in maritandis filiabus cum viris raptoribus, ista venialia sunt: sed si placent, dum insitit lucris illicitis, v. furis &c. mortale, Considerate, quod traditis carnem vestram propriam canibus rabidis carnem & ossa proximorum rodentibus. Sic o domine cum portatis istas vanitates non cum intentione peccati, veniale est: sed cum ex hoc praebetis occasionem alijs concupiscendi, & vobis placet, est mortale, teste saluatore, Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est in corde suo. Similiter illas vanitates superfluas portare, veniale est, Sed si attendis, quod illa quae superflue portas sunt, quae pauperi in extrema necessitate posito tribuere debes, & non facis, mortale est, O diabolica vanitas? vestem super vestem portare, & pauperes foemine

Psal. xxxj.

N

O

Matth. v.

vix carnem cooperire possunt. o vanitas vanitatum portare caudam trium aut quatuor cubitorum per terram, & lutum platearum cooperientes, sicut verenda pauperum coram hominibus nuda apparere. Igitur adolescens considera, quod & si culpa venialis non totaliter separat a deo (ut dicebas) tamen hoc non est de se, quasi illud non mereatur: sed illud prouenit ex dei liberalitate, non imputantis, eo quod cognoscit infirmitatem & figmentum nostrum. Et ita non separari debes a patre, etiam per venialem separationem, cum ex se tantam malignitatem habet. ¶ Secundo notandum est, quod non parum difficultatis est, ponere certam distinctionem culparum venialis a mortali, etiam inter graues doctores. Beatus Bernardus in libello de praecipio & dispensatione, & Henricus quolibeto. iij. q. xxxj. dicunt, quod veniale est contra praecipium, & quod non omne quod est contra praecipium est mortale. Si intelligunt ratione non appositionis circumstantiae in praecipio (ut supra diximus) verum dicunt. Verum ego de illo non curo, solum sequendo communem scholarum doctorum, & pro fidelium instructione, ponam & assignabo quasdam regulas. ¶ Prima regula sumitur ex parte affectionis. Quia cum amor vel affectio tantum crescit, quod ponit creaturam vltimum finem ut fruatur ea, neglecto praecipio diuino, mortale est, ratione contemptus & antepositionis illius ad diuinam voluntatem, cum afficitur creatura, & propter hoc non dimittit facere Dei voluntatem, tunc illa affectio venialis est. ¶ Secunda regula sumitur ex parte amicitiae. Quodcumque sit aliquid contra amicitiam proximi, & notabiliter illam dissoluit, vel danum infert notabile: vel illum scandalizat, ut amittat charitatem, mortale est. Quia facit contra charitatem & praecipium de dilectione proximi, & non sicut seipsum diligit: & contra praecipium naturae euangelizatum, scilicet, Quod tibi non vis, alteri non facias (vbi praecipia secundae tabulae fundantur.) Cum vero in modico offendit, nec scandalizatur: & non est causa, quod amicitia dissoluatur: veniale est. ¶ Tertia regula sumitur ex parte conscientiae. Quodcumque aliquid contra dictam conscientiam facit, vel non deponit, vel negligit informari: si dicat esse mortale, & facit, est mortale, ratione praecipii diuini ibi inclusi in tali dictamine (quod transgreditur ut late in secunda parte huius Trilogij dicemus) si vero abstinet, veniale est, cum ob non debitam gubernationem & quandam negligentiam illud dictam infurgit.

P

S. Bernardus

Henricus.

Matth. vij.

Secūda clausula. Sermo. x. Feria. v. post primam.

¶ Quarta regula sumitur ex parte præceptorū. Quando cūq; aliquid facit contra præceptū Dei vel ecclesiæ, vel legis naturæ vel superioris circa ea quæ sunt de necessitate salutis, vel contra bonos mores, vel bonum commune, vel contra votū publicum, vel priuatum, vel iuramentum licitum, est mortale: quando citra, vel ad illa remisse se habet, est veniale. ¶ Quinta regula sumitur ex parte cōplacitiæ vel delectationis. Quādo cūq; interius habet cognitionem de aliquo turpi, & consentit, & delectatur in illa, vel morose detinetur: ratione periculi in consensum, est mortale, secus veniale. Ecce ergo adolefens difficultatem cognitionis huius recessus venialis. Nonne melius esset cum patre remanere? quia qui in isto principio recessus se posuerit, certe magno periculo se exponit.

Quarto, videlicet de dānis huius recessus venialis, à doctoribus ponuntur plura damna. ¶ Primum est, priuatio duplicis vitæ, scilicet meritoria & gloria. Quoniā & si peccatum veniale nō priuet vitam naturā: quia cum illo stat bona dispositio intellectus: nec vitā gratiæ: quia (vt diximus) stat cū charitate. Exemplum esset, sicut ille qui vulneratur mille vulneribus non mortiferis, cum illis stat vita, nisi ex illis se quatur vulnus vnum letiferū. Sic si ex mille peccatis venialibus non sequitur mors peccati mortalis, est semper venialiter peccare: verū tamen ex illo sequitur dispositio ad mortale, ratione periculi ad cōsensum? & destruit exercitium merēdi, quia ex illo actu ex non appositione circumstantiæ nō potest esse meritum. Et priuat vita gloriæ, quia cū illo & quādiu in reatu manebit, exulat à patria celesti. Sicut faciliter posset exemplum poni in politica terrena, quæ secūdum aliqua delicta habet leges exterminatiuas vitæ, alias autem exilij temporalis quamdiu durat, non potest patriam colere.

¶ Secundum damnum est obligatio ad poenā secundum forum. Quia peccatum veniale secundū imputationē dictam ex se non obligat ad poenam æternam vel temporalem grauem aut leuem, sed secundum forum sub disunctione: quia hic leuiter satisficit, ratione adiutorij ecclesiæ & indulgentiarum eius. Si vero in purgatorio, grauius illam sustinebit. Si aut in inferno, grauius luet. Quia secundum quosdam ratione adiunctū, scilicet peccati mortalis, æternaliter punietur. Totū facit forus. Sicut in mensura vini exēplificari potest, quæ plus valet in vno loco, quā in alio. ¶ Tertium

damnum est, diminutio feruoris charitatis. Exemplum aquæ missæ in ignem, quæ licet ignem non extinguat, feruorē tamen caloris minuit. Ita peccatum veniale feruorem charitatis, quæ meritum in opere auget. ¶ Quartum damnum est relaxatio potentiarum quo ad bonum, vt exemplo videmus, cum onus apponitur equo, minus promptus redditur ad ambulandum. ¶ Quintum damnum est occasio peccatorum mortalium & mortalis recessus. Exemplum habemus in promptu. Sicut vna gutta aquæ occasio est destructionis vni⁹ domus (si remedium nō adhibeatur) & parua scissura vel scissura destructio totius indumenti: sic peccatum veniale maxime frequentatum totius ædificij animæ. Sic istæ leuitates seculi, vt spectacula ipsis secularibus sunt venialia de se (secus de ecclesiasticis, in quibus frequentes sunt mortes, & letales læsiones vbi sunt mortalia) tamen disponūt ad mortalia ratione consensu facilius adhaerentis. Ex quo igitur recolligimus, quod licet iste recessus & abire per veniale non sit de se mortiferū, nec totaliter separet à Deo, & hoc ex diuina misericordia non imputate: tamē disponit ad vteriore recessum. Dum vero manet in domo patris, ab his damnis liber euadit, vt saluator dicit in præsentī Euangelio. Si manseritis in sermone meo, & verba mea in vobis manserint, veri discipuli mei eritis, & veritas liberabit vos.

¶ Secunda pars.

In quo Euangelio notantur tres utilitates filij remanentis cum patre, & damna recedentis ab illo.

Ro primo notandum est pro litera Euangelij, quod non loquebatur simpliciter ad Iudæos, sed ad illos, qui de nouo crediderunt, & imperfecte quasi volentes à fide eius recedere, quos saluator præuidebat in eius sequela non perseueraturos. Ideo dicit, Si manseritis in sermone meo. Tum primo, scilicet in fide quæ incœpit in vos per sermonē meum. Tum secūdo vel in me, qui sum sermo patris, & manseritis per amorem & charitatem. Tum tertio, vel manseritis in proposito, quod incœpit per sermonem meum, de non recedēdo à me, & non sistendo in amore creaturæ. O christiani, si manseritis in Christo fidei stabilitate, nō se ducemini, vt heretici, sed si manseritis in Christi sermone reuelato patribus nostris, pro cuius testimonio tot martyres passi sunt, & tot sancti sunt adepti coronam gloriæ, vt Psalmus dicit, Lucerna pe-

Euangelij
Ioanis. viij.

ps. cxvij.

De recessu a patre per omissionē mortale. 25

dis meis verbū tuum, & lumen semitis meis. Ex hoc prima utilitas sequitur, quia veri discipuli mei eritis, nō separādo vos à me & sermone per culpā veniale, quia velut veri discipuli firmi eritis, vt patuit etiā in apostolis, & alijs post spiritus sanctū aduētum ex nimio feraore manendi in sermone & doctrina magistri sui Christi. ¶ Secūda utilitas est cognitio veritatis, quia dicit (& veritatē cognoscetis) cōtra difficultatem cognoscēdi veniale à mortali. Primo veritatē doctrinæ, non separando vos pro quācūq; creatura à Deo patre. Secūdo cognoscetis veritatē gratiæ, quā in me permanētibus cōfero. Similiter & gloriæ, quā me sequentibus promitto. Ex quo hominū malitiam cōfundit, dū qui dam volūt veritatē cognoscere, vt cū maiori libertate peccent, vt vsurarij, & adulteri in cœno peccati positi: cum tamē ipsa ignoratiā affectata aggrauet peccatū. Alij autem cognoscētes veritatē, sed non secūdum illam operātes, & grauius peccant. Iuxta illud Lucae, Seruus sciēs volūtatem domini, & nō faciens, plagis vapulabit multis. Alij vero cognoscētes, & alienas culpas considerantes, veritatē autem suarū (quam telte cōscientia habēt) nō aduertētes, & pro alienarum culparū reprehensione audiēda currunt, frequētant sermones, carpētēsq; vitia laudāt: si autē sua tangūt, eos declināt, exem plo illorū, qui aquam benedictā petunt, & si faciē aspersio tāgit, declinant & vertūt faciē. Ideo saluator dicit, quod effectus permanentiæ cum Christo est cognoscere veritatē, & ab illa non recedere. ¶ Tertia utilitas ponitur, quia (veritas liberabit vos) quod est cōtra tertium, videlicet, dāna peccati venialis. Ista liberatio nō intelligitur à seruitute ciuili vel carnis, vt isti intellexerūt, vt ex Euangelio elicitur, sed à tribus, tum ab errore per verita-

Lucæ. xij.

tem doctrinæ, & à seruitute peccati, per veritatē gratiæ in illo qui fugit veniale, quod ad ipsum ducit. Et subditur ratio, quia qui facit peccatū, seruus est peccati. Ac si dicat, Qui facit peccatū, scilicet veniale, seruus erit peccati mortalis. Et vltimo affignat damnum, quia seruus nō manet in domo in æternū. Quasi dicat, Non potest stare multū tempus in gratia, & in domo patris, videlicet cū venialibus, quin incidat in mortale. ¶ De secūdo principali notātur dāna recedētis à patre. Quia cū Iudæi dicerēt patrē habere Abrahā, Christus vero ostēdit illos nō dicere veritatē: quia & si essent secundum carnē filij eius, nō tamen secūdum opera eorum. Ideo inquit, Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite, scilicet obediendo, cum & ipse credidit Deo: & reputatū est ei, ad iustitiā. Vos autem filij inobedientes & recedentes, me patrē vestrū relinquitis: ideo nō me, sed patrem diabolum habetis, quia vos ex patre diabolo estis, imitātes eius recessum & opera. Quia secundum Augustinum libro quæstionū euāgeliorum, In tantū quisq; filius est diaboli, in quātum eū peccādo imitatur. Et de poenitē. distin. ij. dicit Augustinus, quod cuius opera quisq; facit, eius filius cōprobatur. Et ita vos ex patre diabolo estis. Tum primo, quia ab initio homicida fuit, in ratione principij. Sic qui separat se à patre per veniale, ab initio est homicida. ad illud dat occasionē: cū abire diximus esse initiū recessus. Tū secūdo, quia in veritate nō stetit, eo quod à patre (qui veritas est) recedit. Tū tertio, quia ex proprijs loquitur, scilicet dāna inferendo. Nam peccatū quid potest cōferre, nisi poenā, & dāna superius assignata? Vbi vero permanētes liberi sunt ab his, & hic libertate gratiæ, & in futuro gloriæ. Ad quā nos perducit ipse Iesus, qui cū patre & spiritu sancto, &c.

S. Augusti.

S. Augusti.

Sermo vndecimus. Feria sexta post primam

dominicam. De progressu recessus per omissionem & commissionem. Sub isto themate.

¶ Peregre profectus est, & abiit in regionem:
Ex parabola Lucae. xv. cap.



Decarato sermone præcedenti de primo actu hominis se à Deo separantis, scilicet abire per culpam vel recessum veniale, quod secūdum nostrā possibilitatē declaratū fuit, tam circa præcepta affirmatiua quæ negatiua: similiter quāte esset malitiæ, quia ex se perpetuo à gloria separat si nō remittatur, licet ex

imputationē diuina sit veniale, & etiā respectu re-mediōrū, tandē quia non facilis erat eius cognitio assignauimus quosdā regulas similiter & dāna. In præsentī sermone declarandū est de secūdo actu huius recessus, scilicet stare in via peccatorū: quod in verbis assumptis significatur, dū dicitur, quod nō solum abiit, sed peregre profectus est in regionē sci-

Secūda clausula. Sermo. xi. Feria. vi. post primā.

licet peccati. Sed prius salutetur virgo Maria.

¶ Argumentum huius sermonis.

Aria fundamenta prae mittenda sunt. ¶ **P**rimū, q̄ secundum doctrinam Magistri & **S. Bonauē.** sancti Bonauen. in. ij. distin. xxiii. peccatum volūtatīs interioris, & operis exterioris, prout coniuncta sunt, & ad vnum ordinata, ita q̄ vnum prouenit ex alio, non faciunt diuersa peccata sed vnum peccatum. Ratio est, quia ibi solum est vnus consensus, vna auersio, & vna cōuersio ad creaturā: & ita licet materialiter sint plura, quia alius est actus interior, & alius exterior: tamen formaliter quia vnus ordinatur ad alium, non est nisi vnum peccatum. Iuxta topicam philosophi, Vbi vniū propter aliud, vtrōq; tantum vnum. At vero vt illi actus separati sunt tam in vno q̄ in pluribus, & in diuersis tēporibus, sunt diuersa peccata. Ratio est, quia sunt diuersae numero auersiones voluntatis: quia actus sequens non potest esse sine actu volūtatīs. Exempla sunt in promptu tam in homicidio, q̄ in fornicatione. ¶ **S**ecundum fundamētum, q̄ cum sic ordinatur isti actus interior & exterior ad peccatum, ita q̄ est solum vnum peccatum: tunc opus exterius addit malitiam ad interiorem, scilicet pleniorē cōsensum voluntatis. Tum primo, ratione auersionis maioris: quia maior auersio est, cum voluntas actualiter in opere ad creaturam se conuertit. Tum secundo ratione maioris delectationis: maxime in peccatis carnalibus, & vindictae, & furti. Tum tertio ratione damnificationis: praecipue in illis peccatis, quae cōtra proximum fiunt, eo q̄ non tantum dānum infert in velle furari, quantum in actu furadi &c. Sic in occisione &c. ¶ **T**ertium fundamentum, q̄ hoc verū habet in peccato commissionis, sed non in peccato omissionis, vbi nil ad extra fit, nisi omittere solum. ¶ **E**x hoc iste adolescēs potest sumere motiuum, & occasionem standi in via peccatorū per omissionē mortalem, quasi dicat. Si in peccato omissionis nō addit opus aliquid ad peccatum voluntatis, stabo in omissione eorum quae praecipūtur, & ita istis frigidis diebus non ibo ad sermonē. Sic de auditione missarū, sic de elargitione eleemosynarum. Vtinam non essent, qui istū cōputum feruarēt, scilicet de abstinento à malo cogitantes, & non facere bonū stantes, & ita abstinerere à malis & à bonis. Similiter si in peccato commissionis opus cōiunctum cum voluntate, nō est nisi vnicum peccatum, cum peccatum erit in volūrate: quid erit si in opus exibo,

& ad libitum, non curādo magis de vno q̄ de alio? O adolescens parum scis quid sit stare in via peccatorum per omissionem, & quātum addat de malitia actus exterior ad interiorem: quae duo declaranda essent, in praesenti sermone, si tēpus concederetur. Ad minus declarabo primū, quid est stare in via peccatorū per omissionem. Secūdo quae mala facit, exēplo illius paralytici per tot annos iuxta probaticam piscinam existentis, cum expositione euangelij. ¶ **P**rima pars.

De primo est differentia inter peccatū, omissionis & commissionis. Nam ommissio est circa praeccepta affirmatiua, commissio vero circa negatiua. Nam cum affirmatiuorum praecceptorum obligatio sit semper, sed nō ad semper, sed pro loco & tēpore (vt in honoratione parētum exēplificari potest) cum offertur locus vel tēpus, & nō facit, dicitur peccare per omissionē. Similiter cū praecceptorum negatiuorū sit obligatio semper & ad semper: cum oppositū illorum facit, dicitur peccare per commissionem. ¶ **E**x quo patet q̄ ommissio, & commissio licet differat materialiter ratione operis, quia contra diuersa praeccepta: tamē non differunt formaliter & secūdo specie. Ratio est, quia auarus ad hūc finem, videlicet congregadi pecuniam, aliena rapit, quod est peccatū commissionis: & sua nō dat pro loco & tēpore, quod est peccatū omissionis. Sic gulosus ad satifaciēdum gula, & superflua comedit, quod est peccatum commissionis: & ieiunia debita nō ieiunat: nec implet, quod est peccatum omissionis. ¶ **S**ecūdo patet quomodo vtrūq; est peccatum mortale, & à deo separatiuum. Sicut enim agere cōtra praecceptū negatiuum imputatur ad mortale, sic nō agere, quod affirmatiue praecipitur, opponitur praeccepto affirmatiuo: & ita in vtroq; est cōtēptus legis diuinæ. Ideo tā stare in via peccatorū per omissionē, q̄ sedere per cōmissionē operis, est mortale peccatū. Ideo huius actus malitiam in isto sic à deo se separati ostēdit dicēs, q̄ profectū abijt in regionē, scilicet per omissionē & cōmissionē: quae regio peccati mortalis & status est. ¶ **S**ecūdo quādo ista ommissio sit dānabilis, est aduertenda quaedā distinctio doctorū, q̄ aliud est abstinerere à bono, & facere malū: aliud tantum abstinerere à bono: aliud abstinerere à bono, & nō facere malū: aliud abstinerere à malo, & nō facere bonū debitū. ¶ **H**ac supposita distinctione dico primo, q̄ abstinerere à bono & cōmittere malum, diabolicum est. Diabolus enim hoc facit, quia semp̄ abstinet à bono, & nunq̄

De recessu a patre per omissionē mortālē. 26

bonum facit, vt habeat veram rationē boni. Ideo opus diaboli, etiam si esset dare eleemosynam, & quoduis aliud, nō habet rationē boni: quia finis illius nō potest esse bonus, cum volūtatem habeat & intentionem iam deprauatam, nec rectificabilem. Et ita in illa laude Christi ab illis dāmonibus conitētibus ipsum dicit q̄ exhibēt dāmonia clamātia &c. ipse saluator praecipit tacere illos. Hinc formari potest reprehensio cōtra illos qui semper faciūt mala, nunq̄ bona, ad minus circa illos, de quibus nobis notum est. Ideo faciēda esset qualibet nocte cōputatio, scilicet quid omisit de bono illa die, & quid fecit: vt pro sequēti die esset emēda, & de illa dolor & contritio. ¶ **S**ecundo dico, q̄ abstinerere à malo, & illud omittere, semper ad salutem necessarium est: & facere cōtrarium, nunq̄ est licitum pro quacūq; causa, vt apostolus inquit, q̄ non sunt faciēda mala, vt eueniant bona. Et pro isto aduerte, q̄ quaedam sunt mala, ideo, quia prohibita, in quibus necessitas dispensat, vt patet de **Lucā. iij.** David. j. Regum comedente panes sanctos, quod erat malū, quia prohibitum. Sic excusantur discipuli in sabbato propter necessitatē colligentes feras, & ista talia in casu extremā necessitatis facere nō esse peccatum. Alia sunt prohibita, quia mala, in quibus necessitas nō dispensat, vt fornicari, furari, & huiusmodi. Et si dicas de filiis Israel erga aegyptios, & Osea, qui accepit vxorē fornicariam. de hoc late dicemus Deo dante in secundo tomo **Trilogij.** Pro nunc breuiter potest dici, q̄ filij Israel non furati sunt aliena in illis vasibus & vestibus, sed vsi sunt quodā modo rehabitiois, & sua rehabitū, qui licite potest fieri seruatis aliquibus. Tum primo, q̄ sit res rehabitū certa. Tum secūdo, vt sit prius praemissa possibilis diligentia ad recuperandū vel per iustitiam vel alias. Tum tertio, vt ex hoc nō sequatur scādalum. Sic etiā nō praecipit Deus fornicationē in propheta, sed illam ducere ex fornicatione in qua erat. Quod forte praecipit Deus ad humilitatē propheta, vt mulieri infami copularetur, nō tamen fornicariae. Sed de hoc alias. Restat igitur, q̄ abstinerere à malo, in his quae prohibita sunt, quia mala, semper est necessarium. ¶ **T**ertio dico, q̄ abstinerere à bono & non facere malū: est malum. Quia praeccepta affirmatiua obligāt ad faciēdum bonū iuxta vim suae obligationis: negatiua autē ad abstinentiēdum à malo, iuxta suam obligationē. Sequitur, qui respectiue faciet cōtra obligationem illorū, & erit malum. Ideo ps̄, dicit,

Declina à malo, & fac bonū, & vtrūq; t̄git. Et beatus Augustinus dicit super hoc, q̄ in his duobus Augustin. cōsiliis perfecta hominis iustitia. ¶ **Q**uarto dico, q̄ abstinerere à malo solum, nō sufficit ad salutē. Ratio secūdo Augustinū est. Primo, quia careret Augustinū virtute iste talis: cū virtus causetur ex acibus (vt est de acquisita) modo qui acibus virtuosus caret, etiā acquisita virtute careret, & per cōsequens nō esset virtuosus moraliter. Ad quid ergo homo sine virtute in domo patris? Secūdo, quia beatitudo nō respōdet habitui (secūdo peripateticorū Peripateticorum scholam) sed actui & operationi in charitate operato (vt sacra theologia profitetur) immo in habētibus solum virtutē infusam (vt in pueris baptizatis) illam gloriā, quam obtinēt, habent ex meritis & acibus nō proprijs, sed Christi, cui in baptismo incorporati sunt, per fidem & gratiā ibi collatam. Semper ergo beatitudo & praemiū respōdet vel habitui causato & dato ex actibus proprijs, vel Christi, vt illud Apocaly. opera illorū sequūtur illos. Et apostolus, vnusquisq; recipiet mercedem se j. Cor. iij. cūdum propriū laborē. Et illud apostoli, Qui parce feminat, parce & metet. Et glosa Augustini super id ps̄. xxxiiij. Declina à malo, & fac bonū dicit, ps̄. xxxiiij. Diuertere à malo, vitare culpā: istud, scilicet facere bonū, meretur vitā & palmam. Patet igitur, quomodo solū vitare malum & omittere bonū est insufficientes ad salutē, & per cōsequens ommissio mala. ¶ **T**ertio ponderādum est, q̄ licet isti modi separandi se à patre Deo sic se habeāt, q̄ ceteris paribus peccatū cōmissionis sit grauius, & per consequens grauius facere malum, q̄ omittere bonū: tamē peccatum omissionis multū separāt à Deo, & non solum punitur in praesenti, sed etiā reprehēdetur in futuro. ¶ **P**rimū patet. Primo ratione facilitatis: quia quod facilius aliquis potest facere, & nō facit, grauius peccat. Ideo ille seruus Naamā leprosi reprehēdebat dominum suū dicēs, Si rem grandē tibi dixisset propheta, facere debueras: quāto magis, quia non dixit, nisi lauare septies in Iordane, & mūdaberis. Sed facilius est abstinerere à malo q̄ facere bonū, ergo grauior ommissio q̄ commissio, quia apponit maiorē conatū in peccādo. Secūdo ratione contrarietatis. Illud enim peccatū grauius dicitur, quod magis cōtrariatur virtuti & bono: sed facere malū magis cōtrariatur virtuti, q̄ nō facere bonū: quia in primo, est cōtrarietas positua, vt inter albū & nigrū: & in secūdo, solū priuatiua, vt inter albū & frigiditatem, vel melius inter lucē & tenebras.

Secūda clausula. Sermo. xi. Feria. vi. post primā.

Tertio ratione similitudinis. Quia sicut plus peccat, qui cōtumeliam irrogat patri, q̄ qui honorem debitum nō pręstat: sic qui committit, & omittit. Quarto ratione pœnalitatis, quia maior pœna debetur peccato cōmissionis q̄ omissionis. Quia peccato cōmissionis duplex pœna debetur: vna dampni, propter auersionem à Deo: altera sensus, propter conuersionē ad creaturā inordinatam. Iuxta illud Apocalypsi. **Apoc. xvij.** Quantum glorificauit se in delictis, tantum date illi tormentum. Et licet peccato omissionis etiam debeatur pœna sensus, iuxta illud saluatoris, **Matth. iij.** Omnis arbor quæ nō facit fructum excidetur, & in ignē mittetur. tamen non est hoc ex parte radice, scilicet cōuersionis ad creaturam politiuę. Et licet aliquo modo includatur omisio (quia semper omittit propter aliquid, ad quod cōuertitur, vt scilicet si omittit missam propter aliquid omittit, quod plus appreciat:) verum non ita positiuę, sicut est in cōmissionis peccato, quia dicitur recte tendit in illam conuersionem, quod est ponderandum. ¶ Secundum etiā patet, videlicet, quā tum omisio sit reprehēbilis. Primo in præsenti, vt clarum ex illa parabola Christi patere potest, de talento cōmisso illi seruo ad negotiandum (videatur ibi textus) in qua notatur primo benignitas dātis, qui neminem onerat vltra vires: ideo vni cōmisit quinque; alij duo, alij vnum &c. Quia sic vni committit episcopatum, alij canonicatum, alij simplex beneficium: & ita omnibus donat iuxta possibilitatem, non ad fruēdum datis, sed ad negotiandum & operādum quilibet fecūdum facultatem. Secundo notatur omissionis negligentia, in hoc q̄ dicitur, q̄ abscondit talentum, non simpliciter sed in terrā, id est, propter aliquod terrenum, operationem omisit. Tertio notatur excusationis eius repulsio, dicens, quomodo sciebas, q̄ durus essem, & quod meto, quod non seminavi: Quasi dicat, Sciebas rigorem iustitię meę, quia nō solum hoc meto, quod nō semino, id est, de peccatis à vobis commissis volo, & exigo pœnitentiam: quanto magis ex his quæ spargo, id est, ex datis volo operationē, & vt operentur. Quarto & vltimo sequitur pœna dicens, Tollite ab eo talentū, id est gratiam: & tollite gaudium, videlicet q̄ alij ex operatione reportant: quia nō habenti dabitur, scilicet vt operetur: & habētī, scilicet & non operātī, auferetur ab eo. Quasi dicat, Magis misericors ero cum illo, qui nō habet gratiam, & nititur habere: q̄ cum illo qui habet, & nō operatur. Et huius ratio esse potest, quia

non aufert gratiam nisi in pœnam ociositatis & omissionis, eo q̄ facit contra rationē & legem charitatis, quæ secundū apostolum nescit esse ociosa: **x. Cor. xij.** ideo dicunt doctores, q̄ virtutes per cessationem actus corrumpuntur &c. ¶ Secundo idem exēplariter patet illa parabola Christi de quinque virginibus fatuis habētibus lāpades vacuas, & ad ianuam pulsantibus, quibus responsum fuit, Nescio vos, id est, non approbo vitam vestram, & statum vestrū. Ex quo cōsiderare deberemus, q̄ sunt multi, quorū vitā Deus non approbat, propter defectū omissionis, ac si non vixissent. Formari potest reprehēfio contra patres filios suos non corrigētes, sed eos luxuriose viuere sinunt: & non curant de his quæ ad animā filiorum pertinent, sed quæ ad corpora: ostēdunt se per hoc, q̄ sunt patres corporum nō autē animarū. Considerāt enim pauca bona, quæ filij faciūt in cōspectu ipsorū: nō autem inquirunt multa mala & pessima, quæ faciūt alias, ideo dicit, Nescio vos. ¶ Tertio hoc idē exēplariter dominus ostēdit in illa ficu frōdosa: in qua quærēs fructum & nō inueniens, illam maledixit dicēs. Nunq̄ ex te nascatur fructus. ¶ Ad vos domini mei pręlati ex clamare libet. Cōsiderate, q̄ frondosi estis in dignitatibus, prębendis, & beneficijs pinguibus. Dominus à vobis quærīt fructum, iuxta obligationem vestram. Primo obligamini prouidere subditis de sacramētis suo loco & tempore, maxime hodierno, documenta propinare salutis, curatos instituire, qui sciant ad minus monere parochianos ad cōfessionem &c. Secūdo tēporalia illis ministrare de his quæ moderato victui supersunt, exēplo Christi, qui turbas & docebat, & famelicos alebat, vt patet bis in euangelio. Exēplum de illo magno Gregorio, qui ex eo, quod inuenit foras ciuitatē quēdam fame mortuum, per tres dies se suspendit à celebratione. Tertio inquirere vitia subditorum, proponendo & monendo isto tempore per edicta publicos vsurarios, concubinos &c. Sin autem, cui libet vestrum dicit Christus. Nunquā ex te nascatur fructus. & vita vestra erit arida, sicut fuit illa ficus maledicta, quæ statim aruit. ¶ Ad vos omnes fratres conuerto sermonem. Attendite ad omissionem vestram. Tum primo, omnes tenemini ad correctionem fratris errantis, & nemo ex vobis curat. Tum secundo, considerate omissionem obseruationis festorum, & quid illo die tenemini, nemo curat. Tum tertio, circa auditionem missarum deambulāt per ecclesiam vsq; ad cor-

De recessu a patre per omissionē mortālē. 27

poris Christi eleuationem inuicem fabulantes, & manent multum contenti illo die. Tum quarta, circa prædicationem verbi diuini, vbi datur doctrina cognoscendi & euitādi peccata. O malignitas omissionis? Beatus Augustinus plus timebat de ratione danda de omisissis, q̄ de commissis. Et reuera ita debet esse, quoniam commissa facilius deprehēduntur, & ad memoriam reuocātur, omisissa vero maxima cum difficultate. Vnde & si homo sciret se esse præscitum (quod vt alio die diximus habeo pro impossibili scire) non propterea deberet omittere vel cessare à bono opere. Primo, quia ex illa omissione assecurat suam cōdēnationem: sicut econtrario (iuxta Petri sententiā) opera bona certam faciūt nostram vocationem. Secundo, quia alleuiat pœnam, quia cōcupiscentia bona facientis non est ita accensa in peccato, sicut est in illo, qui nunq̄ bona facit, nec cum tanto despectu dei. Tertio, quia ingratitude euitat, que vētus est exiccans fontem diuinę misericordię, dū omittit bona in recōpensam de bonis receptis debita. Quarto excecatur cor, sicut in beneficiete illustratur ad pœnitentiā. Et tādē de primo principali.

¶ Secunda pars.

H Ala autem quæ facit ipsa omisio mortalis (dimisso illo q̄ animam ponit in inferno, & illo, videlicet, q̄ quicquid erat salubre in operando, facit noxium in omittēdo) hoc principale est, q̄ totum hominem paralyticum reddit. Mala certe est paralytis, quæ omnia membra paralyticat, quoniam nec sibi prodesse potest, aut se iuuare, & alios facit à se expelli. Sic homo omissionē in omnibus habens, non operādo, nil sibi prodest, & aliorum adiutorium & intercessionem à se expellit: quandoquidem nolens se iuuare, nec aliquis eum iuuare vult, vt proverbio dicitur. Quæ duo mala inuenta sunt in quodam homine paralytico iacēte ad probaticam piscinam. xxxviii. annis. in quo signatur hoc quod diximus. Nam homo paralyticus peccator omittens est, grabatum in quo iacet, ipse torpor & negligentia, non habet adiutorem ratione damnorū. Quod vt verum sit, audi Euangelium hodiernū Ioannis. v. In quo ponūtur duo, quæ principaliter pertinet ad statum peccati mortalis, & huiusmodi per omissionē separationē. Primo q̄ omisio per paralytism denotatur: & in descriptione piscinæ, & lāguētium assignatione, & istius paralytici insufficiētia, & impossibilitate. Secundo ponitur ipsius gratiæ cœlestis sufficientia in patre

ex imperio dicente. Surge, tolle, & ambula. ¶ De primo dicatur litera Euāgelij que clara est, cum sit hystoria, vsq; (tolle grabatū tuum & ambula) quia cætera cum non sit dictum de peccato cōmissionis relinquuntur. ¶ Mystice in Hierusalem erāt quatuor piscine. Prima erat superior, quæ effluebat de fonte gioy, ex qua veniebat à qua ad ciuitatē. Secunda erat inferior, in qua recipiebātur & colligebātur aquæ piscinæ superioris. Tertia erat probatica, vbi lauabātur oves & animalia pro sacrificijs. Quarta erat filoe, & vocabatur natatoria, quia ibi natabāt animalia &c. veniebat ex fonte filoe ad radicem montis syon. ¶ Per has piscinas illius populi significatur quatuor lauacra & lauatoria, quæ sunt in ecclesia catholica. Prima illa superior significat sermonem diuinum, & prædicationem euāgelicam, que mundificat affectum, vt Christus inquit, Iam vos mūdi estis propter sermonē meum. Secūda, scilicet inferior, significat eleemosynam pietatisq; opus, quæ etiā mundificat, iuxta illud saluatoris, Date eleemosynam, & omnia mūda sunt vobis. Tertia videlicet filoe baptismū designat, in quo homo cæcus à natiuitate illuminatur à tenebra peccati originalis, in quo conceptus est. Quarta tandem, scilicet probatica pœnitentię lauacrum desinat, quā anima lauatur à maculis actualibus. ¶ Secūdo hec quinque porticus habet, in quibus stat homo peccator paralyticus nō ingrediens in illā. Prima est voluptas quæ detinet voluptuosos & carnales in delicijs, vt omnia quæ ad pœnitentiā requirūtur, omittat. Secunda est rubor cōfessionis, in qua detinetur inanis glorię cupidi, ne se diffamēt, confitētes peccata apud patrē spiritualem. Tertia est timor satisfaciēdi, in qua detinentur desidiofi & pigri timētes laborem operis & pœnitentię. Quarta est negligentia, in qua detinetur occupati in rebus secularibus. Quinta est spes vana de venia in extremo vitæ, in qua detinentur præsumptuosi futura sibi promittentes tempora, vt iam supra de hoc prælibauimus. ¶ Tertio hic iacet multitudo languentium, id est nō operātium: cæcorum, id est nō vidētium amissionē glorię: aridorum, id est nō habētium humorem gratiæ vel deuotionis. Vel aliter sic iacent in piscina omissionis. Primo cæci nō attendētes gloriā quā amittūt, q̄ magna sit multitudo dulcedinis eius. Secundo aridi, id est modicum aut nullum feruorem habētes in operatione, eo q̄ detinentur in dulcedine tēporalium. Tertio claudi, id est vna

Secūda clausula. Sermo. xii. Sabbato post primā.

intentione ambulare volentium ad coelum, & altera intentione vel altera tibia istis temporalibus frui. ¶ Verū tamen quid facit hoc dānum? Dico, q̄ ad hoc tria cōcurrunt, ex quibus magnum damnum omittenti accidet. Primum, quia caret angelo mouente volūtatem (quę aqua fluxibilior est) Tum angelo id est gratia, quę (vt diximus) liberū arbitrium excitat, & mouet. Tum angelo, id est Christo patre, à quo separatus est per amissionis peccatū, qui à propheta Eſaia dicitur angelus magni consilij. Tum angelus, id est prædicatoris consilio, qui secū dum prophetam Malachia. iij. dicitur angelus, dicens, Ego mitto angelum meum &c. Secū dum, quia ipse sibi est insufficiens, quia languēs iacet in grabato triginta oēto annis. Hoc est vnum damnū peccati, scilicet languor quasi impossibilitas ad resurgendum. Quod notatur in isto paralytico per hoc, quod iacet, quia dum peccator nō cogitat, vel proponit pœnitere vel operari, sed permanere in peccatis, iacere & non sedere in peccatis dicitur. Tertium qui cum ipse sibi sit insufficiens, hominem non habet, id est voluntatem: quia cū homo volūtate & ratione sit homo (qua differt à brutis) tunc nō habet hominem, cum voluntate ad operandū caret. ¶ De secūdo videlicet de sufficientia gratiæ cœlestis in patre quo ad illum, qui vult redire ad patrem vel cū ipso permanere, dicitur, q̄ appropinquāte Iesu, dixit illi, Vis sanus fieri? Quasi dicat, Pœnitētia & operatio voluntaria debet esse, secū dum Augustinum, Qui fecit te sine te, nō iustificabit te sine te. Ideo oportet te habere hominē, id est volūtatem, qua homo diceris, Respondit, Domine, hominē nō habeo. o peccator bene dicis, hominem nō habeo: quia habes tot dāna ex omissione, q̄ cares homine. Tum pri-

mo, gratia Dei, quæ facit nos homines spirituales & cœlestes. Tum secūdo, quia priuatus Deo sine, demon effectus es, vt angelus à Deo separatus. Tū tertio, quia frustraris meritis passionis Christi, pro qua fact⁹ est homo. Tū quarto, quia meritis virginis gloriolæ & aliorū sanctorū, qui homines sunt, & illis per omissionem nunq̄ seruitiū exhibuisti. Tum quinto auxilio ecclesiæ, quę pro hominibus semp̄ orat. Sexto orationibus pauperū, circa quos non vt homo, sed vt fera pessima te habuisti. Ecce ergo insufficiētia tua, quia hominē nō habes. Sed Christi hominis patris tui attēde sufficientiam in tribus, dicēs. Primo cōtra propositū non faciendū bonū, dicit, Surge, Apostolus, Surge qui dormis, & illuminabit te Christus. Ille surgit, qui propositū peccatū relinquit. Sicut per propositū peccatū cecidisti, sic per propositū faciēdi pœnitētiā resurge: vt ad patrem venias. Secūdo contra peccatum cōmissionis dicit (tolle grabatum) peccata cōmissionis & operis diximus vltra omissionē & voluntatem aggrauare (& amplius dicturi eramus) ratione firmitatis seu maioris delectationis. Ideo tollere grabatū est tollere peccata cōmissionis. Vel grabatum portat, qui pœnam peccatorum sustinet duplicē: alteram intrinsecam, scilicet tristitiā, quæ essentialis est peccato (de qua dicemus in sequentibus): alteram extrinsecam assumptam, scilicet quę iniūgitur. Hanc portare necesse est, ideo tolle grabatum. Tertio contra omissionem dicit, (Ambula) adeo vt si dimisisti præcepta affirmatiua implere, deinde ambula, per operationem: quoniam illi correspondet hic gratia, & in futuro gloria. Ad quam nos perducit ipse Christus, qui cū patre & spiritu sancto viuūt, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Sermo duodecimus. Sabbato post primā dominicam.

De quodam incidente, quo monetur hic adolefcens ne in regionem longinquam recedat, per tertiæ portionis, scilicet spiritualis dissipationem. Sub isto themate.

¶ Transfiguratus est ante eos.
Matthæi. xvij. cap. & in Euangelio.

Xarato in præcedētibus quę admodum hic adolefcētiā positus erat nō solum in principio sui recessus à deo patre, qui est abire, sed etiam in progressu, scilicet stare in via peccatorū per omissionē & cōmissionē & sic abiit in regionē, scilicet peccati: optarē profe-

cto ne in regionē longinquā perueniret, quod est federe in cathedra pestilētiæ, scilicet per cōfirmationē, in qua fit dissipatio tertiæ partis suæ substantiæ, scilicet portionis spiritualis gratuite videlicet fidei, spei, & charitatis: quibus perditis, nō est de ipso in aliquo cōfidēdum. Ista enim portio illi ad bene-

De quadam recedentis præmonitione. 28

esse & vitā æternam consequendā est necessaria. ¶ **F**eb. xj. Tum fides, quia secū dum apostolum, sine fide impossibile est placere Deo. Et apostolus dicit, Accedentē ad Deū oportet credere. Tum etiā spes, scilicet habere certitudinē, q̄ possibile est, illam consecui. Tū charitas, quę deo nos vnūt, quia apostolus, qui manet in charitate, in Deo manet. Est etiā ista portio gratuita: vt apostolus de fide inquit, nō omnium est fides donū Dei est. Et Augustinus, Sicut posse habere fidem & charitatē naturæ est hominum: sic habere vero gratiæ est fidelū. Quam quidem portionē sic necessariam & gratuitam (si sua culpa & casu veniat in regionē longinquam) dissipabit, videlicet fidē per cōtēptum, spem per desperationē, & charitatē per odiū Dei, (de quibus in sequētibus) & tūc nil remedij esset ad regressum seu reditū ad domū paternam. ¶ Ideo ne ad hanc perueniat, incidēt aliter sumpta occasione ex euāgelica historia hodierna, decreui tractare gestum Euāgelij satis ad propositum. Nam vt discipuli in cōsiliū passionis de proximo imminētis, vbi recessuri erāt à domo paterna corporaliter & spiritualiter Christum eorū patrē relinquētes, ne in hanc regionem longinquā venirent, tribus, scilicet Petro, Iacobo, & Ioanni (in quibus ista portio quo ad fidem spem, & charitatē significatur) gloriam suæ trāsfigurationis ostēdit (vt vulgariter dicitur, la mœstra dela gloria) & ita verba assumpta dicunt, q̄ transfiguratus est ante eos, scilicet tres illos: qui hæc tria significabāt. De quo erit materia præsentis sermonis iuxta Euangelium. Sed prius saluterur virgo Maria.

¶ Argumentum huius sermonis.

B Vponēda est ratio huius termini, scilicet transfigurari: quia ex sua derivatione dicit aliquam rem vltra terminū, & cum priori figura aliquid addi. Sicut exēplum potest poni in mulieribus se fucātibus: & quæ supra faciē apponunt aliquos colores, vt quasi videantur veronice diaboli. Sic applicādo in bonum in proposito in isto gestu & actu in eadem facie Christi corpore & vestibus nouus splendor superuenit, vt Euangelium dicit, q̄ resplenduit facies eius sicut sol, vestimenta autē eius facta sunt alba sicut nix. Ideo in transfiguratione super illud corpus passibile & mortale superaddita est claritas gloriæ trāsfigurationis, dum dicitur, q̄ transfiguratus est ante eos. ¶ Ex quo insurgit duplex dubium. Quoniam diximus, q̄ illa transfiguratio fuit ad ostensionē gloriæ, ne apo-

stoli illius oblitū, abirent in regionem longinquam, & ne perderent istam portionem necessariam ad gloriam & gratuitam: & q̄ illa transfiguratio fuit ex vi vocabuli addere claritatem supra pristinam formam & corpus mortale. Primum igitur dubiū est, quomodo in ostensione illius gloriæ futuræ (nam gloriam trāsfigurationis, vt dicemus, supponimus fuisse la mœstra gloriæ patrię) tam diu minute se habuit? Ratio dubitandi. Tum primo, ratione subiēcti, quia illam ostēdit in corpore mortali: tamē gloria ipsa cœlestis nō cōpatitur se cum corpore mortali. Ideo de nostris corporib⁹ inquit Apostolus, Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Tum secundo, ratione loquelæ ipsorum quibus ostēdebatur, de qua dicit Lucas, q̄ loquebātur de excessu, id est morte, quę cōpleturus erat in Hierusalem. In gloria autē loquutio beatorū est expressa manifestatio gloriæ ipsorū. Tum tertio, ex parte modi se habēdi illorū, quia dicitur, q̄ ceciderūt præ timore, tamē in gloria est plena exultatio, vt ps. Exultabūt sancti in gloria, & lætabūtur in cubilibus suis. Ideo de hoc est primus punctus sermonis, scilicet quare cū ista pœnalitate, & ita diu minute hæc gloriā illis ostēdit. ¶ Secū dum dubiū, ex parte ostētionis & cōmunicationis illius. Ratio dubitandi, Quia de ratione perfectæ gloriæ est cōmunicabilitas. Tum ratione prouidentia, quia in domo cœlesti omnibus prouidetur sine exceptione, licet nō sine differētia. Hic autem solis tribus, cum omnes apostoli ad gloriam essent vocati, & omnes eius domestici & cōmensales: & ita ratione cōmunicabilitatis, & ratione prouidentia deberet ostēdi omnibus, quare ergo solis istis tribus sic manifestata est, quæ dicitur (ante eos) scilicet illos tres, quos assumpsit in montē. Ideo in presenti sermone duo declarāda sunt. Primum, quare sic diu minute ostēdit gloriam suæ trāsfigurationis: maxime cū per hoc volebat inducere ne in regionē illā longinquam irēt, quia dicit (trāsfiguratus est.) Secundū, quare solis istis tribus. Et euāgelica expositio, quia dicit (ante eos.) ¶ Prima pars.

Ro primo est notādum & ponderandū gestum euāgelij, quod habetur in fine capituli Matthæi. xvij. cap. q̄ dicēte Christo suis discipulis q̄ ibat in Hierusalem ad patiēdum, & q̄ ibi multa debebat pati, assumēs Petrus illū, cœpit quasi illū de hoc increpare dicēs, Domine, ablit hoc à te, nō erit tibi hoc. Cui dixit, Vade post me satana, scand iij

Secūda clausula. Sermo. xii. Sabbato post primā.

dalū mihi es, & nō sapi quæ Dei sunt, sed ea quæ hominū. Tūc sequitur, Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Et multa de perditione vitæ propter ipsum &c. Et q̄ ipse esset venturus in gloria patris, & reddere vnicuiq; iuxta opera sua. Et cœpit multa promittere. Vide textum ibi. Tunc sequitur Euangelium præfens, q̄ assumpsit &c. Ex quo poterant discipuli habere causam dubitandi, an hæc omnia impleturus esset: an si hoc posset? Ad hoc ergo voluit ostēdere gloriam suæ transfigurationis, quasi per hoc volens ostēdere se esse potentem præmiare se sequētes, & ab illo non recedentes: & q̄ præmiū illorū, & quod illis daturus erat, non erat aliquod temporale. Et pro hoc notanda sunt aliqua dicta. ¶ Primum, q̄ nō magnam gratiam facit Deus illi, cui hic pro mercede suorū operum confert temporalia, quod Abraham timuit, **Genes. xv.** (vt habetur in Genesi) videlicet, ne victoria quā obtinuit de illis quinq; regibus, qui captiuum ducebant fratrem suum Lot, esset pro mercede seruitiorum eius. quouſq; illum assecurauit Deus, dicens ibi, Ne timeas, quia merces tua ego sum. Ratio huius est, quia cum opera aliqua hic præmio temporali remunerātur, signum est, q̄ non erāt digna remuneratione præmio æterno. Nam sicut Deus non punit bis idem peccatum, teste propheta, Nō punit Deus bis in idipsum. Sic non præmiat idem opus duplici præmio principaliter, scilicet hic, & in futuro. Hinc Aristoteles dicit, q̄ virtuti moralinō inuenit præmiū adæquatū in isto mundo: verum quia in rebus mundi maius est honor & excellentius, Ideo primo ethicorum posuit honorē esse præmiū virtutis. Si igitur virtuti aristotelicæ & morali non potest esse adæquatū præmiū aliquod temporale: quāto minus poterit esse virtuti theologicæ & christianæ? Ad veritatē ergo huius dicti ostēdit Christus suis discipulis transfigurationis gloriam, vt ostēdat se non solum esse potētē suis sequutoribus reddere præmiū sui viagij, & pro hoc nō recedant: sed etiam q̄ illud non erit præmiū tēporale aliquod, sed æternū & gloriosum, ideo trāfiguratus est. ¶ Secundū dictum secundum Augustinum super Psalmos, q̄ in toto **Ioan. xv.** Euangelio non inuenitur fidelibus promissum aliquod temporale, sed pressuræ & aduersitates, vt **Luca. xxj.** saluator, Non est discipulus supra magistrū. Item, **Matth. v.** In me interris pressuram habebitis. Et illud, Beati qui persequutionem patiuntur propter iustitiam.

Ideo ipse ibidem dicit, q̄ nemo promittat sibi plus quam Euangelium promittit. Vt ergo vnica ostēfione ostēdat, q̄ opera nostra (quæ propter illum fiunt) non sunt hic remunerabilia aliquo temporali: & q̄ medium præmiū adquirendi sunt poenaltates & persequutiones & sustinentia illarum, voluit ostēdere gloriam, & in subiecto passibili, scilicet corpore. Loquutiones etiā de excessu passionis, & timor nō amittēdi illam: vt in vno ostēderet finem & terminum, ad quē debemus peruenire: & in alio mediū, per quod incedere debemus ideo transfiguratus est modo exposito. ¶ Secundo elici potest ex hoc, quomodo duo celebrantur **E** miracula in hac ostensione (nam beatis ostēdere gloriā ipsam, & dare in celo, non ponitur pro miraculo illis.) Primum circa existētiam in illo corpore, scilicet mortali & passibili. De qua sunt opiniones & modi dicendi. ¶ Quidam dicunt illam claritatem non fuisse veram sed imaginariam, id est non talem, qualem videbāt: sed quedam similitudo illius illis apparuit, & videbatur ab eis. ¶ Alij vero dicunt, q̄ fuit vera claritas, sed non erat in corpore, sed in aere circumstāte. Quibus vnico verbo Euangelium contradicit, dicens, q̄ resplenduit facies eius. Non dicit oculus, non aer. Tamen ratio istorum erat, quia non poterāt capere quomodo in corpore mortali, & passibili, illa gloria transfigurationis esse poterat (quod etiā fuit motiuum dubitādi fundamētum in verbis apostoli.) ¶ Scotus **Scotus.** vero dicit, q̄ illud corpus pro illo tūc deposuit mortalitatem: quam voluntarie assumpsit in incarnatione pro explendo mysterio nostræ redemptionis, & ita fuit quedam cessatio illius ab instāti incarnationis continua tanti miraculi, scilicet vt anima sic tam plene esset beata, & eius gloria non redundaret in corpus. Quod & si bene dictū sit, non tamen facit ad propositum nostrum. Nam nō probat quod supponit, videlicet q̄ illo tunc illud corpus non erat passibile & mortale. ¶ Magister **Magister** tamen hystorice dicit, q̄ non incōuenit, **hysto.** q̄ in corpore mortali immortalitatis gloriā ostēderet, sicut post resurrectionē mortalitatis signa, scilicet cicatrices vulnerum in corpore immortalitatis ostēdit. Et sicut in quacūq; forma potest se ostēdere corpus glorificatum: Sic ab oculo non glorificato videri, vt tenet sanctus Bonauentura de damnatis, q̄ videbūt Christum in die iudicij in forma gloriosa ad eorum maiorem poenam, & confusionem. Secus est de gloria quam in se ab oculo cor-

De quadam recedentis præmonitione.

29

porali non glorificato non potest videri, sed in corpore vt effectus, vt Augustinus dicit, quod vitam animæ in se videre non possumus, sed videtur effectus eius in corpore. Ideo duo diximus hic esse miracula: vnum, quod in corpore mortali ostēdere tur: alterum, quod ab oculo corporali illorum videretur: quod dispēfatiue factum est, vt medium, & finem quæ diximus, eis ostēderet. Ideo transfiguratus est. ¶ Tertio elicitur, q̄ illa gloria transfigurationis in tribus cōuenit cum gloria corporis glorificati, & in tribus differt. Primo cōueniunt in substātia, quia vna & eadē est, sed differunt in gradu, quia gradus gloriæ est maior & perfectior. Secundo conueniunt in existentia, quia vtraque veritas: sed differunt, quia illa est transiens, hæc autem permanens: illa est beatifica, & glorificat, hæc autem non. Exemplum potest poni in Paulo secundum Augustinum de videndo deum. Tertio conueniunt in subiecto, quia vtraque in corpore hominis non naturam eius transmutans, sed perficiens. Sed differunt in modo, quia illa in corpore mortali & passibili, hæc autem in corpore glorioso. Cuius ratio dicta est, videlicet, vt in vno ostēderet finē promissum nobis, & medium, Ideo trāfiguratus est. ¶ Ex quo patet, quomodo Petrus in illa petitione errauit dicens, Domine, si vis faciamus &c. Primo dicens (faciamus hic) quasi volens permanere in loco a quo transeundum est, & regnum beatorum in terris constituere: quod dominus in coelis proposuit dare electis suis. Secundo dicens (faciamus tabernacula). Domus enim est mansio permanēs, vt Psalmus dicit, Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domum domini ibimus. Et Psalmus. Domum tuam domine decet sanctitudo in longitudinem dierum. Et ita etiam infernus dicitur domus permanēs, vt Iob dicit, infern⁹ domus mea est. Tabernaculum namque est habitatio trāfiens, vt illæ de cucumeralibus & vineis, quæ solum durat durante illo fructu & ad tempus. Sic in tempore belli. Ostēdit se petere pro mercede rem trāseuntem, dicens (tabernacula) quod diximus non esse præmiū & mercedē, quam deus se sequentibus promissit. Tertio dicens (tria) quasi volens obiectū beatitudinis diuidere. Ideo Hieronymus in Petrum exclamat dicens, Noli petre querere tria, vbi non est nisi vnum: quia pater, filius, & spiritus sanctus nō est nisi vnicū obiectum beatificum, Ideo ibi vox patris audita est, Hic est filius me⁹ dilectus. Et in nube spūs sanct⁹ apparuit, vbi finis no-

stræ opationis ostēditur. Tota huius erroris causa fuit præmiū hic querere, cum transfigurationis illius ratio fuit se in patria ostēdere finem: quia transfiguratus est. Verum, si cupis expositionem in bonam partem, & in Petri exclamationem: tria miranda & a nobis attendenda insinuauit. Primo, quod in omnibus supponere debemus, videlicet diuinā voluntatem dicens (si vis) Psalm. Doce me facere voluntatem tuā, quia deus meus es tu &c. Hæc enim supponitur, vt præmiū in celo cōsequamur. Secundo perfectam illius voluntatis executionē, quæ consistit in faciendo & merendo dicens (faciamus) Nam Christus dicit, Non omnis, qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnū coelorum, sed qui facit voluntatem &c. Tertio statum in quo operari debet quis, vt præmiū illud consequatur dicens, (hic) scilicet in gratia, sine qua nihil meritorij esse potest. Tādē dicit operationes, dicens (tria tabernacula) Vnum, poenitentia, vbi maneant poenitentes, significati in Hælia. Alterum iustitia: & operum, vbi operantes & proficientes, significati in Moyse. Tertio perseverantia, ad quem perueniant perseverantes, significati in Christo, qui trāfiguratus est ante eos. ¶ Secundū miraculum fuit in hoc, quod loquebantur de excessu passionis, quæ cōpleturus erat in Hierusalem. In quo representatur medium trāfigurationis. Mors quidem nostra dicitur decessus, quia cedimus isto mundo. Ita dicimus, talis decessit, id est, loco cessit. Verum Christi mors & passio dicitur excessus, quia in ea omnia excessit & principaliter inueniuntur quatuor excessus. ¶ Primus fuit sanctitatis & innocentia: cum poena, vt. s. more retur sanctus sanctorum gratia: plenus, & sustineret tātam poenam vt reus: quem excessum cognouit illuminatus Iob dicens, **Luca. xxij.** Nos quidem digna factis nostris recipimus: hic vero nil mali gessit, ecce excessum. ¶ Secundus excessus fuit charitatis cū tanta inimicitia, quæ Christus dixit, Maiorem charitatē nemo habet, vt animam ponat quis pro amicis suis. Christus vero excessit, quia pro inimicis mortuus est, vt apostolus **Roma. v.** inquit, pro iusto vix quis moritur, ecce excessum. Sed comendat deus suam charitatē in nobis, quod cum inimici essemus, pro nobis mortuus est. ¶ Tertius excessus est in solutione cū excrecētia, quoniam cum vna gutta sudoris vel sanguinis suffecisset ad redimēdum nos: fuerūt tot poenaltates & sanguinis effusiones, adeo, vt nō solum emeret,

sed recemeret (vt alio die diximus.) ¶ Quartus excessus fuit in effectu, quia nos recōciliati sum⁹ deo per passionem suam, apertū est cœlum, spoliatus est infernus, superatus est diabolus, mors est mortua, prædestinatio est impleta, peccata omnium sunt deleta, vt omnium copiosa esset redēptio. Fuit igitur iste excessus (de quo loquebantur) vt nos non possimus conuerti quantuncumque dura patiamur, & sic in corpore mortali trāfiguratus est. Ex quo possumus perpendere, quare in illa voce, quā pater in baptismo Christi loquutus est, non timuerunt presentes: & in transfiguratione sic isti discipuli, cum in vtraque diceretur, hic est filius meus. &c. Quoniā & si timere debeamus amittere gratiam: quæ in baptismo datur per separationem a patre in regionem: tamen multū debemus timere abire in regionem longinquam, ex quo tanta gloria amittitur, pro qua ostēdenda, ipse Christus trāfiguratus est. Et sic patet primum.

¶ Secunda pars.

Ro secundo principali, videlicet, quare illis tribus illud obiectum gloriæ ostendit & non alijs discipulis contra rationē & conditionem & bonitatem eius. Pro cuius declaratione supponendum est hoc fundamentum.

¶ Quòd in his in quibus communicauit Christus effectum aliquem omnibus secundum sufficientiam: publice & non priuate se habuit, vt in passione, natiuitate, & his similibus. In quibus vero secundum efficaciam, non omnibus & publice, sed quibusdam personis particulariter & determinatis, vt in resurrectione, secundum quòd apostolus inquit, Dedit cum manifestum fieri non omni populo, sed testibus præordinatis a Deo. Ideo cum virtus passionis eius secundum efficaciam applicari debuit omnibus prædestinatis, dum in agonia positus, & sudore sanguineo calix passionis in prædestinatos transfudit, hos tres secū adduxit, alijs extra dimissis. Sic hic, cum gloria & premium quod daturus erat se sequentibus ostēdit: non omnes, sed hos tres solum assumpsit. Ideo dicit, transfiguratus est ante eos. ¶ Hoc fundamento iacto, restat videre, quare specialiter transfiguratus est ante istos tres. Dico, quòd secundum doctores mystice res sacras tractantes, hæc potuit esse causa: quoniā Petro attribuunt fidem, Iacobo spem, & Ioāni charitatem. Cum igitur ad gloriam nemo possit peruenire sine his tribus virtutibus theologis, vt comprehendat omnes, qui efficaciter gloriā cōsequuturi sunt (qui de-

bent esse de numero istorum trium sic significantium ista, & nullus alius) ideo hos tres tanquam includentes illos assumpsit. Ideo transfiguratus est ante eos. ¶ Veruntamen conformiter ad nostrū propositum vltra hoc videtur dicendum, quoniam diximus hanc transfigurationem proficere ne nos ster adolefcens abeat in regionem longinquam (que vt dicemus in sequentibus) est tēdere seu peruenire in contemptum Dei, & in desperationem & in odium ipsius Dei, ostendit gloriam Petro, cui attribuitur fides, quæ dicit veram & humilem dei cognitionem, quæ est contra contemptum dei, & legis eius, quod est primū malum regionis longinquæ. Similiter Iacobo cui attribuitur spes, quæ dicit postpositionem omnium terrenarum rerum propter solum deum obtinendum, quod est contra desperationem secundum malum regionis longinquæ. Tandem Ioanni, cui attribuitur charitas, quæ dicit vnionem cum Deo: quasi ex eius bonitate nunquam vellet ab eo separari, quod est contra odium Dei, tertium malum regionis longinquæ. Quæ vterius declarantur. Petro nāque attribuitur fides, quod datur intelligi, dum post stationē loci sue dixisset Petrus saluatori, Exi a me domine, quia homo peccator sum (in quo humilem confessionem protulit de se, & maiestatem Christi cognouit) ipse Christus dixit, iam ex hoc eris homines capiens. videlicet rete fidei, & in illa detinens. vt exemplariter Petro. Ostensum est, dum veniente Cornelio ad fidem, ostendit in lintheo tot animalia maētada & comedēda, scilicet homines animaliter viuentes maētandos in baptismo per peccatorum occisionē, & comedendos a Petro, id est, incorporādos in fide ecclesie Christi, quam illi commisit, & pro qua rogauit vt non deficeret, &c. Significauit ergo Christus in ostensione gloriæ trāfigurationis ipsi Petro, quòd fidelis nō debet amittere tantum bonum per contemptum in regione longinqua. Secundo Iacobo attribuitur spes. Iacobus enim supplātor interpretatur. Exēplo illius Iacob, qui bis supplātauit Esau, videlicet in primo genitura, dū illam emit, p lentiū scintilla, & in surripiendo benedictionem. Sic homo in quo est spes propter deum habēdum, istas res temporales (quæ ante hominē creatæ sunt vt primogenita) supplantare debet solum vt accipiat benedictionē roris celestis & gloriæ Dei. Significat ergo Christus in ostensione gloriæ trāfigurationis ipsi Iacobo, vt omnia creata propter illam cœlestem gloriam adqui-

Actuū. x.

Doctores.

Lucæ. v.

Actuū. x.

Gen. xxij.

redam supplantet fidelis, & propter nullum eorū, etiamsi amittatur, desperet. quia esset ire in regionem longinquam. Tertio Ioanni attribuitur gratia, quia interpretatur in quo est gratia. Ponderandum est, quòd in primitiua ecclesia adquirebatur, gloria principaliter ex fide, vt patet in primis fidelibus, quibus solum iniungebatur, vt poeniterent, & crederent euangelio, & in exemplo adducto de Cornelio. Similiter in processu ecclesie, sæuiente iam tyrannorū persecutione, ex spe supplantando tormenta quæcūque & promissa temporalia, & propter spem æternorū, vt dicitur, Et si tormenta passi sunt, tamen spes illorum immortalitate plena est. Sed modernis temporibus sumus, velut Ioānes, in quo est gratia, pro eo, quòd quasi nobis

Sapientie. iij.

datur paradifus ex gratia, quia paucis operibus, vt deo appropinquemus per amorem & charitatē, & ab eo non separemur. Ostendit ergo gloriā suæ transfigurationis, vt istam gratiam amet, & magni faciat, & ad regionem longinquam per odium tantilargitoris non proficiscatur. Ideo illis tribus ante quos transfiguratus est, dixit, Nemini dixeritis visionē hāc. Quasi dicēs, q nemo illam obtinebit, nisi qui significati sunt per vos, & non euntes in regionem peccati, remanent cum patre Deo: vt illis tribus (quæ istam portionem substantiæ spiritualis integrant) seruatis & non dissipatis, adquirant hic gloriam. Ad quam nos perducatur ipse Christus Iesus, qui cū patre & spiritu sancto viuunt & regnant in fœcula fœculorum. Amen.

Sermo decimus tertius. Dominica secunda in

QVADRAGESIMA. DE RECESSV HVIVS ADOLESCENTIS

in Regionem longinquam, & de dissipatione duplicis partis huius gratiæ portionis, scilicet fidei per contemptum, & spei per desperationem. Sub isto themate.

¶ Abijt in regionem longinquam. Ibi que dissipauit omnia bona sua. Ex parabola Lucæ. xv. cap.



STENSIS in præcedentibus huius clausulæ duobus actibus huius recessus maliciosi, scilicet abire per veniale, & stare per omissionem & commissiōnem quòd erat abire in regionem peccati mortalis: restat declarare de tertio actu, scilicet sedere in cathedra poestilitiæ per confirmationem in peccato, quod est ire in regionem longinquam eius, vt dicit thema, quòd abijt in Regionem longinquam, & ibi dissipauit omnia bona sua. Sed primo salutetur virgo Maria.

¶ Argumentum huius sermonis.

Supponenda sunt duo fundamenta. Primum, quòd distud abire & recessus (sicut & primus) non est localis sed spiritualis

non aut fit gressibus corporis, sed separatione mentis & volūtatis: nā existens in eodē loco & eadem domo, videlicet materiali, fit talis casus a cœlo, vt descendat ad infernum. Verum quia ista spiritualia sunt, vt intelligantur, oportet vt ex notis procedamus, præcipue adducendo illum casum luciferi tam notum, de quo dicitur, videbam Satanā cadentem de cœlo sicut fulgur. ¶ Secundum fundamentum est secundum Bonauenturam in secundo distinctio. vj. q. j. ar. j. quòd triplex est infern⁹, scilicet localis & poenalis, & culpabilis. ¶ Infernus localis est, locus obscurus, horredus immundissimus, & foetid⁹. Sicut enim deus ex sua misericordia beatissimum locum amoenissimum, clarissimum, & & omni consolatione plenum, qui dicitur cœlum empyreum: Sic ex seueritate suæ diuinæ iustitiæ istum velut carcerem deputauit damnatis, & pro puniendis transgressoribus mandatorum eius, & est loc⁹ infernalis. Vndelicet aliqui dæmones pronunc habeāt infernum localem in interstitio aeris & media regiōe, a quibus fiūt mirabiles effect⁹, & impressiōes meteorice vt tonitrua, coruscatiōes &c.

Lucæ. x. c.

B

S. Bonauentura.

tura.

Secūda clausula. Sermo. 13. dñica. 2. quadragesimæ.

Ephē. vi. de quibus apōstolus, Non est nobis coluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus & potestates nequitiæ in cœlestibus, id est, aereis. tamē creditur a multis doctorib⁹. quod iste locus sit subterraneus, vbi lucifer religatus est, soluendus ante iudicij diem. De quo Esaias. Quomodo cecidisti lucifer, qui mane oriebaris &c. Ecce in infernum detraheris, & in profundum laci. Item & tibi deputati sunt alij demones ad torquendas animas, in quo in eis est prælatio & ordo. Hic autē locus dicitur distare a superficie terræ per tria milia ducēta & quadraginta quinque miliaria. ¶ Secundus infernus, scilicet poenalis est ipsum infernale supplicium, quo cruciantur impij peccatores: Et est vnum aggregatū ex omnibus poenis & cruciatibus, quas maledicti patiūtur. Et isto modo tot sunt inferna, quot cruciatus in inferno. Et ita intelligitur, quod damnati, & demones secum portant infernum, quocunque pergant, quia non intelligitur de locali vt patet: sed de poenali. Ex quo debemus aduertere, quātum deus odit peccatum, cum pro vno luciferi peccato & voluntatis, & adæ pro vno pomo contra eius voluntatem comessio, tot nobilissimas creaturas perpetuo & sine spe venie cum tota sua posteritate deputauit multiplici poenali & inferno poenali. Et nisi dominus (vt dicitur Esaiæ. Primo reliquisset nobis semen, scilicet promissionis Christi, de quo Genesis, In femine tuo benedicentur omnes gētes): quasi fodi facti essemus. ¶ Tertius infernus, scilicet culpabilis, est in quo homo propria culpa & voluntate se ipsum ponit, videlicet separatns a deo pergit in regionem longinquam, in qua amissa fide, spe, & charitate, incidit in cōtemptum Dei: desperationem, & odium eius. De quibus in præsentī sermone per ordinem casus luciferi in inferno locali: De isto spiritali dicemus duo principalia pūcta. Primum, qd sicut Satan a cœlo empyreo locali descendit ad infernum localem, sic recedens a deo & in regionem longinquam abiens per peccatum, spiritaliter cadit a cœlo spiritali in infernū culpabilem: qui est contemptus & desperatio, & odium Dei: quia dicunt verba assumpta, quod abijt in regionem longinquam. Secundum, quomodo ibi dissipatur prima portio substantiæ spiritalis gratuitæ quæ ei contingit, scilicet fidei, spei, & charitatis: quia dicit verba, quod ibi dissipauit omnia bona sua. Etiam euangelica expositio.

¶ Prima pars.

DE primo, supponatur primo, quod licet distantia illa localis cœlorum vsque ad infernū materiale respectu huius spiritalis distantia sit parua, tamē ex cognitione illius ad intelligentiam istius manu duci debemus. Secundo supponatur, quod licet Aristoteles non inuenit nisi octo cœlos, tamen secundū veritatē catholicam decē sunt cœli. Primum est empyreū, vbi specialiter deus habitat cum sanctis suis. Secundum Chrysalinum, quod est primū mobile, quod alios mouet orbis. Tertium est stellatum, vbi sunt stellæ. Quartum septem planetarū, quod cū precedentibus sunt decē. Post istos sequitur sphaera ignis, deinde sphaera aeris, ex inde sphaera aquæ: & tandem terra, in cuius centro est ipse infernus localis. ¶ Nec inconuenit hos cœlos sumere in malam partem, & sic interpretari illos: cum simile in sacra scriptura videamus, quod leo fortissimus bestiarum Christi Iesum significat, vt in apocalypsi dicitur, vicit leo de tribu Iuda. Tamen Petrus diabolum illi cōparat dicēs, aduersarius vester diabolus tāquā leo rugiones circuit &c. Tamē Christus & diabolus infinite distant. Hoc supposito fiat cōparatio. Si enim aliquis esset in cœlo empyreo, vt fuit Satan: & caderet vsque ad centrum terræ, scilicet in infernū localem: oporteret talem in principio sui casus recedēdo a cœlo empyreo incidere in cœlum crysalinum, deinde in stellatum &c. & sic consequenter per omnia quæ enumerauimus vsq; ad infernum. Sic recedenti a deo, euenit a cœlo spiritali vsque ad infernum culpabilem. Pro cuius declaratione notandum. ¶ Anima existens in statu gratiæ & virtutibus spiritalibus perornata, est cœlum empyreum ratione habitationis Dei, vbi habitat ipse deus, iuxta illud Sapientie. Anima iusti sedes est Sapientia. Et Matheus, Pater noster qui es in cœlis. i. in omnibus iustis p gratificā habitationem. Ideo in cœlis, id est, in hominibus tēdentibus ad cœlū, Psalmus. Ad te leuauī oculos meos, qui habitas in cœlis, scilicet in sanctis spiritibus. ps. Qui habitat in cœlis irridebit eos, scilicet peccatores terrenis deditos. Nā deus est in cœlis cū iustis: ibi per gratiam consummatam, scilicet gloriam in iustis viatoribus, per gratiam gratum facientem: & in peccatoribus, per poenam. ps. Si ascendero in cœlum, tu illic es: si descendero in infernum, ades. Anima igitur existens in gratia cœlum est: & quia respicit cœlestia, illic radicanatur eius desideria, & illam deus inhabitat per gratiā. Similiter anima iu-

Dedissipatione fidei & spei per contemptum. 31

sti etiam dicitur cœlum empyreū, ratione immobilitatis. Quia sicut cœlum illud est immobile semper: sic iustus immobilis tā in aduersis quam in prosperis, quia semper secum habet deum. Ideo prouer. xij. uerbiorum, dicit, Iustus quicquid acciderit illi, nō ps. cxxxvij. conturbatur. Et ps. Sicut tenebræ eius, ita & lūmē eius. Tenebras vocat aduersitates, & lumen prosperitatē. vt Iob, dicit, Misero quare data est lux, id est, prosperitas, cum ita sit miser in prosperitate sicut in aduersitate: Anima ergo iusti & existētis in gratia, cœlum est empyreum. ¶ Ex quo cum anima a deo p peccatum recedit, & cadit: in initio sui casus mortalis cadit in secundum cœlum, scilicet chrysalinum, quod est primum mobile. Nam secundum doctores primum mobile est mouēs omnes alios orbis (quos circuit) ab oriēte in occidentem: alij autem orbis habent suum proprium motum ab occidente in orientem, vt exemplum clarum est in luna, quæ in sua prima visione videtur iuxta occidentem & sic consequenter progreditur ad orientem vsque ad aliam coniunctionem. Sic anima nostra proprijs virib⁹ & ex inclinatione naturali motum habet versus orientem, scilicet Christum, qui uisitauit nos oriēs ex alto, & ortus est sol iustitiæ, &c. vt Augustinus in libro confessionum inquit. Fecisti nos domine ad te, ideo inquietū est cor nostrū nisi requiescat in te. Sed dum recedit a Deo, cadit in primum mobile, scilicet in superbiam (vt est vitium generale) in qua est contemptus dei, qui omnia alia peccata, auersiones, & casus circuit, dū ipsa lex eius & præcepta contemnuntur. Et ita mouet motu contrario, scilicet ab oriente deo, vsque ad occidentem, scilicet in infernum, vbi animæ moriuntur morte æterna. Ideo oriens dicitur Christus, & occidentem culpa. Cuius ratio est, quia in omni aduersione est quidam contemptus dei, ideo in omni separatione & recessu a deo, primum quod inuenitur est ille contemptus dei, & legis eius. Hinc beatus Thomas. iij. clxij. dicit, quod si omnia hominis ordinantur ad propriam excellentiam eius, superbia est peccatum speciale & particulare, quod superbiam dicimus: sed in quantū per illam superbiam vel inobedientiam contemnit diuinam legem, per quam prohibētur illa quæ facit vel dimittuntur fieri illa, ad quæ tenetur, est peccatum generale, & in omni peccato inuenitur. Ideo Ambrosius dicit, quod peccatum est præuaricatio legis diuinæ. Et similiter Augustinus, inquit, quod peccatum est, dictum, aut factum, aut concupitum con-

tra legem dei. Ideo recte contemptus in cœlo crystallino & primo mobili alios orbis mouente designatur, quia contemptus mouet animam, & uolūtatem, & omnia peccata circuit. Ideo ecclesia, Initium omnis peccati superbia, scilicet generalis. Et ps. Mūdabor a delicto maximo. Glo. Delictū maximum superbia est, quæ est primū in recedētibus a deo, & vltimum in redeuntibus ad illum. Et hoc est ponderandum. Ex quo potest considerari quā malus sit iste casus, videlicet in isto cœlo, quia iam omnibus quæ habet, & recepit, incipit ad uoluntatem suam & non dei uti, quantum ad quatuor species superbiæ vitij particularis. Primo, quia quæ habet, putat a se, & seipsum (quantum in ipso est) ponit causam illorum tanquam in portionem sibi cōtingentem, & sic iniuriatur deo omnium datori, vt apostolus. Quid habes, quod non accepisti? & sic accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Ex quo, in nobis prouenit obliuio beneficii, putando nos dominos illorum quæ habemus, cum in rei ueritate solum sumus dispensatores. De quibus apostolus. Iam nunc quæritur inter dispensatores, quis fidelis inueniatur. Hinc etiam prouenit dissipatio bonorum in uanitatibus, banquetis, & alijs, quasi non esset exigēda ratio de omnibus a supremo domino, immo & rigurosa & stricta, &c. Secundo, quia in se causam illorum ponit, quasi ipse esset causa primaria, deus autem secundaria. quasi ipse mereretur, & propter eius merita darentur: quod est contra apostolum. Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, &c. Tertio, gloriando se de bono, quod non habet: & iniuriatur sapientiæ dei, dum aliter uult apparere, quam deus illum fecerit, quasi deus nō bene distribuerit sua dona & ipse hoc uult supplere, contra quos apostolus. Dicētes se esse sapientes, stulti facti sunt, ideo interierūt. Quarto iniuriatur deo in proximo, dū uult præesse æqualibus, non obedire superioribus, & vilipēdio habere inferiores. Vnde tantus contemptus dei, vt homo in hanc creatoris iniuriam prorūpat? Tota causa est, quia separatus a deo cadit in cœlum crystallinum contemptus, quod ad omnia mouet peccata, & omnia circuit. Et hic est primus casus. ¶ Secundus casus est in tertio cœlo. scilicet stellato, in quo significatur conuersio ad creaturas, & quātū est ex se in omnia peccata cadit: quæ peccata tot sunt, quot conuersiones ad creaturas, immo & quot creature: quia vbi ab vno se auertit, necesse est ad plura se conuertere. Ideo Christus inquit Martha, circa

Eccle. i. i.

Pal. xvij. Glo.

i. Corin. iij.

i. Corin. iij.

Titim. iij.

Roma. j.

F

Lucæ. xij.

Secunda clausula. Sermo. xiii. Dominica secunda.

multa occupata es. Porro vñ est necessarium, scilicet deum: quia in multis sine deo miserabiliter se perdet, vt apostolus Iacobus. Qui in vno offendit, factus est omnium reus. Quia spreto vno, & contempto illo, ad quod omnia ordinantur: quomodo poterit vnus homo omnia ordinare ad omnia? Ideo quali necesse erit, quòd tot quot sint conuersiones, tot sint peccata: & tot peccata, quot stellæ in caelo illo. Ideo innumerabilia peccata, quatum

Gene. xiiij. est ex se, ex illo casu incurrit, vt in Genesi. Numera stellas si potes, Quasi, dicat. Sic recedendo a deo numera pētā si potes. Dicatur quomodo nūc ordinabit diuitias ad gulā, nūc gulā ad diuitias, nūc diuitias ad luxuriam, &c. & hoc sine modo certo & numero. ¶ Tertius casus est in celum planetarū. Quia licet sint plura pētā numero, tamē septē sunt capitalia, iuxta significationem planetarum septē. Primo saturnus, superbia, vt vitium capitale. Secūdo, Iupiter inuidia, qui pallidus est, quia ex superbia prouenit inuidia, quæ palefcere & tristari facit in bonis aliorum, significata in illa bestia. Quæ habebat dētes ferreos. Bestia terribilis inuidia est, quæ vt Chrysostomus super Matthæum dicit, alia peccata excusationem habent, scilicet superbia propria excellentiam, luxuria delectationem, auaritia diuitias, latro egestatē: verū inuidus quod potest prætereendere nisi malitiam? eo quod alios videt sibi æquari vel excedere: Similiter bestia ista habet dētes ferreos, quia lingua sua lacerat aliorum famam, & murmurando & detrahendo. Tandem bestia ista pedibus conculcabat omnia, scilicet bona proximi foedando, & in illis maculam ponendo, quod secundum Scotum est difficile ad restituendū. Sic poteris discurre quomodo cadit in martem, scilicet iræ, & in solē auaritiæ, venerem luxuriæ, & lunam accidiæ, & in mercurium gulæ: quorum declarationes causa breuitatis relinquuntur.

H ¶ Quartus, casus est in spheram ignis, qui est contemptus accensus. Nam cum iam totus est accensus in peccato, incipit contēnere ea, quæ ipsum retrahere poterāt a peccato: & istud est primū damnum huius regionis longinquæ, de quo in prouerbij. Peccator cum in profundum peccatorum venerit, contemnet. ¶ Est enim contemptus adeo malus (quod multum ponderādum cenfeo) quòd facit tria mala magna. Primo: quia appreciat rē minus iusto (secundum Gersonem) quod reuera peccator in huiusmodi recessu a creatore per conuersionem ad creaturas facit. Secundo, quia contem-

nens rē, de illa non curat. Sic recedēs a deo, nec curat de gratia, vertit tergum a predicationibus, & claudit oculos a retrahentibus. Tertio, quia contemnens postea irascitur rei tanquam vili, & eam sic spernit: Primū autem est malum, Secundū vero peius. Tertium, tandem pessimū, quia destruit fidem, quæ est vna pars huius gratuitæ portiois. Nam fides faciebat ligamen cum deo, credendo & habendo ipsum vt summum bonū, quod per istū contemptum dissoluitur, Et pro hoc ponitur conclusio secundum Gersonem, quòd quando quis cōtemnit diuina præcepta, aut prælati, aut ea quæ sunt necessaria ad salutē deliberate, semper est peccatū mortale. Ideo nō solum ommissio & cōmissio sunt peccata mortalia, & ipse contemptus: immo illa quæ de se non sunt mortalia, etiam. Ad quod intelligēdum ponit hanc distinctionem, videlicet, quia multū refert dicere fieri aliquid cū contemptu, & aliquid ex contemptu. Nam fieri ex contemptu dicitur, cum contemptus est principalis causa talis actionis, sic, quòd illo non existēte, talis actio nō fieret, vel aliquid ommitteretur: & tūc peccās intendit in præcipientem in tali actu, & ipsum contēnit, & asurgit in actum quasi in despectū illius. At tamem cum contēptu facere vel ommittere aliquid & sic peccare, est ex alia causa: vel forte ex infirmitate, vel victus libidine, vel aliquo alio: scđo modo peccare, est mortale, primo autē modo est diabolicū. Qui ergo ad hoc venit, vt contēnat omnia, per quæ posset retrahia peccato, & illis irascitur & vilipendit, vtique magnum casum sustinet. Dicatur hic reprehēdendo contemnetes sacramēta, sermones, & alia, quæ ex fide habemus nobis esse tā necessaria, ideo illam dissipat. ¶ Ex quo primo patet, quomodo omnia quæ ordinantur ad retrahendū homines a peccatis, licet de se nō sint peccata, si taliter contēnantur, vt cōtemptus sit causa dimissionis illius, vel effectus oppositi, mortalia sunt. ¶ Hinc Bernardus in de precepto & dispensatione dicit, ¶ S. Bernardus. neglectus vbiq; culpabilis, sed contēptus vbiq; dānabilis. Intelligendum est de isto. ¶ Secūdo sequitur secundum Thomam. ij. ij. q. clxxxvj. ar. ix. q. ea quæ principaliter in religiosis respiciunt votum, obligāt ad mortale. Aliavero nō, nisi ex contēptu fiant vel amittantur, vlex contemptu prælati. Ex quo potest formari repræhensio ad contemnetes legem diuinam, & mandata prælatorum ecclesiæ, in quibus talis contēptus est mortalis, & si quæ præcipiuntur de se non sunt mortalia. ¶ Mala au-

Gerson.

De dissipatione fidei & spei per contemptum. 32

tem quæ facit iste contemptus, & ordo procedendi faciliter deprehendi possunt. Quoniam primo passu peccatū videtur onus in suportabile ipsi peccati, & quasi videtur iā esse in inferno. Secūdo passu: iterato peccato, iam videtur non ita graue. Tertio iterato, iam reputat leue, Quarto prosequēdo, iam pro nullo videtur, Quinto reiterato, iam videtur facile & iudicat delectabile. Quasi dicat, Reliquū nihil est, nisi istam voluptuosam vitā ducere: ieiunent sancti, qui non habent ventrē: faciāt hoc monachi, qui mundum reliquerunt: de hoc mundo nō habemus nisi bonam vitam. O computum diabolicū. Sexto prosequēdo iam redditur desiderabile, & queritur dispositio & modus vt liberius, peccetur, & sine tētatione aliqua cōmittitur. Septimo & ultimo iā fit defensabile quasi bonū & iustū, incurrentes maledictionē prophetæ, dicentis. Væ qui dicitis bonū malum, & malum bonū. Iam venit in profundum, & sic contemnit iustitiam Dei. Ridet alios, qui poenitentia agunt, vel peccare abstinent. Effrenate peccatum cōmittit, cōtemnit corrigentes, iudicat prædicatores reprehēdētes præcipitatos. Et ita iam est in regione longinqua peccati, scilicet peccata defendendo, & retrahētia abijciendo: & sic istud bonum, scilicet fides, ibi dissipatur, quia deus cōtemnitur, & peccatū extollitur.

I ¶ Quartus, casus est in spheram aeris, scilicet quatuor vētorū. In Daniele. Legitur, quòd quatuor venti pugnabant in mari. In mari quidem nauis esset in periculo, quando quatuor venti contrarij insurgerent, maxime cum esset sine anchoris. Sic remota anchora, scilicet fide, quæ tenet nos firmos cum deo, per contemptum (vt diximus) insurgūt quatuor venti, quasi volentes auferre secundum huius portiois, scilicet spem. Quatuor venti sunt quatuor considerationes. Primus vētus est oriēs, scilicet consideratio diuinæ iustitiæ peccata puniētis sine cōsideratione diuinæ misericordiæ, hoc per mittente dei iusto iudicio. Contra hunc ventum insurgit secundus, scilicet occidens, scilicet consideratio multitudinis peccatorum ratione quorum veniam non miretur, dicens cum Cain, Maior est iniquitas mea, quā vt misericordiā merear. Tertius vētus insurgit a parte meridionali, scilicet consideratio strictissimi iudicij Dei, quod erit cōtramiseros peccatores illum despicientes & contemnetes. Quarto contra istum insurgit quartus vētus, scilicet aquilonaris, scilicet consideratio inferni: & quia oportet ipsum damnari, & cum dæmonibus

Esaie. v.

Danielis.

Cene. iij.

cadere in infernum, & ibi perpetuo manere. ¶ Et ex hoc fit casus quintus in terrā, terrenis se inuoluendo, quasi dicendo, Postquam damnari debeo, volo frui his terrenis: & quasi iā desperatus de celestibus, innititur terrenis. Ecce ergo infernum, scilicet nil curare de celestibus (amisso isto bono. s. spe) Hæc autem sunt porte inferi, in quas ducit iste malus & prauus contemptus dei. Hec etiam regio longinqua, & federe in cathedra pestilētiæ infernalis. Nunquid non erit ad hoc remedium sic in ista regione longinqua existēti? nunquid manebit sic in illa? Dico quòd sic. Et illud assignat euangelium hodiernum Matthæi, sub exemplo illius mulieris Chananæ a finibus tyri & sidonis, & a regione illa egrediētis, & vt solent facere cadentes, vt sibi remedium adhibeatur clamabat ad Christū dicens. Miserere mei: &c. In quo ponuntur quatuor quæ illa fecit, quæ facere debet iste adolescens, quæ pro secunda parte declaranda sunt.

¶ Secunda pars.

Rimo oportet exire a finibus illius regionis. Pro quo aduerte, quòd in principio euangelij dicitur, quòd egressus Iesus cessit in partes tyri & sidonis. Et mulier a finibus illis egressa est, &c. Ideo ponderandum puto, quòd ista mulier ad suū egressum expectauit Christi in partibus illis ingressum, & ab alijs finibus seu partibus egressum, adeo vt egressum mulieris præcedat Christi egressum. ¶ Pro hoc notandus est triplex Christi egressus. Primus egressus est a patre æterno per æternam generationem, vt propheta Michæas dicit, Et egressio eius a diebus æternitatis eius. Nam ipse egrediens a patre æternaliter, secessit temporaliter in carne assumpta: non recedendo a quo egreditur, quia in principio erat verbum. Ioannis. j. ¶ Secundus egressus est temporalis, qui dicitur secessus in assumpta carne a virgine, quia in incarnatione extra secessit per illum effectum. Quia nil magis alienum a deo, quam culpa (quæ est sydon) & poena (quæ est tyrus) Tyrus interpretatur angustia, & sidō venatio. Et culpa est sydon, ad quam dæmon homines venari cupit, & poena tyrus siue angustia. Secessit ergo ad culpam & ad poenā, sed diuersimode: quia ad culpam secundum hominum estimationē. (Nam illum peccatorem vocabant). Et ad poenam, secundum veritatem: cum poenas nostris peccatis debitas in se suscepit, & ita in finibus tyri & sidonis: quia in vna secundum estimationem hominum, & nō secundū

Euangelij
Matth. xv.

Michæ. v. 6

Ioan. j. c.

Matth. xj.

Secunda clausula. Sermo. xiii. Dominica secunda.

veritatem: in alia secundum veritatem, sed non pro culpa sua sed nostra. Et ita dicitur secessisse in partes. Quia nos sumus in medio, quia secundum veritatem peccatores, & in poena a nobis merita. ¶ Tertius egressus est spiritualis & in animam, quo venit ad partes tyri, id est, angustia per gratiam inspirantem conscientiam, illam faciendo discutere, & peccatorum poenam & dolorem immittendo. Similiter ad partes sidonis, id est, venationis, ut venator potentissimus homines bestiales de terra, & aves superbos, de venatione ad domum paternam reducat. Isti igitur egressibus in Christo precedentibus & ab adolescentem consideratis, quid restat, nisi anima peccatrix a deo separata existens in culpa & poena secundum veritatem & demeritum, & in regione longinqua, exeat finibus illius regionis, ideoque appropinquare nitatur per fidem & spem, quam per contemptum & desperationem amisit. ¶ Secundo oportet clamare, & fidem explicare. Tria sunt que faciunt clamare, scilicet necessitas, ut patet in egenis & indigentibus. Item dolor, ut patet in infirmis. Tandem amor, ut patet in lugentibus mortuos, &c. Hæc autem mulier, quia indiget Christi misericordia pro se & pro filia, clamat, dicens. Misere mei domine. Item quia diligebat, ideo subiungit. Filia mea. Tandem quia dolebat, dixit, male a demonio vexatur, quasi dolens de miserissimo statu filia, scilicet vexationis demonis. ¶ Mystice demon vexat iustos & malos. Iustos autem vexat, sed non male, quia non consentiunt vexationi, ut patet de Antonio, Iob, & Paulo colaphizato. Item de martyribus, de quibus, apostolus, in paucis vexati, in multis bene disponuntur. Peccatores vero vexat male, quia consentientes delinquant, & continuantes pergunt in regionem longinquam. Verum adolescenti sic elongato a deo, remedium est clamare admonente necessitate, propter statum miserimum. Item amore scilicet propria salutis. Tandem dolore, scilicet de tan grandi casu: explicando fidem & spem, dicens: (Misere mei) confitendo deitatem. Item eius indigentiam, dicens (Mei). Similiter eius officium, dicens (Fili David). Tandem maximum damnum, dicens (quia filia mea male a demonio vexatur.) ¶ Tertio ponuntur intercessores. Dicitur in euangelio, quod discipuli orauerunt pro ista muliere sic a finibus illis egressa & clamante, dicentes, dimitte eam, quia clamat post nos. Hoc autem dicebant, quia fatigati clamoribus, copulati verbis, & doloribus, puocati sunt orare pro ea, dicentes (dimitte eam) &c. Verum quis te

nebat eam, ut a Christo petant dimitti mulierem? Re vera Christus eam tenebat. Nam eum clamans non audiretur, & petens repelleretur, atque adorans obiurgaretur, nisi intermisisset orationis instantiam, & misericordiam, despasset. Verum Christus tenuit: tenuit fide, ligavit charitate, & firmavit spe, & ne ad regionem istam rediret, & ab instantia orationis desisteret, ut ps. Manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Ab hac ergo tentione non rogabant discipuli ut dimitteret, sed ab illa qua detinebatur in regione illa in tanta miseria & dolore sua culpa. Tria motiva habuerunt discipuli pro ista muliere, que adolescens in hac regione existens debet sentire, ut ab illa, recedat. Primum pietas. Secundum, strepitus. Tertium, erubescencia ex hominum conspectu. Sic pietas de seipso in tali statu posito mouere debet, strepitus illorum de illa regione, ut videatur deum ipsum dereliquisse. ¶ Quarto ad ducendi sunt comites. Hæc autem mulier secum portauit comites virtutes tantum Christo amicas: quod & si ipsa ratione sui repellam mereretur, respectu illarum ad gratiam Christi admitteretur. Prima fuit fides, quia si non credidisset, non accessisset, apostolus. Oportet accedentem ad deum credere, quæ si des notatur in eius petitione. Secunda, fuit spes. Nisi enim sperasset, apostolos non posuisset intercessores. Tertia, charitas, dum pro filia exorauit. Quarta humilitas. Quoniam dum vocaretur canis, ex humilitate se catellam nuncupauit. Quasi dicens, Verum est domine, quia canis sum, dum inuerecunde ad vomitum primorum peccatorum redij, proximos dentibus detractionis lacerando. Ideo si enjcis me a te velut canem, per portam iustitiae, ingrediar reuertendo per portam misericordiae. Itaque non peto panem integrum, scilicet misericordie (que prestat filijs manentibus tecum & perseverantibus in domo) sed peto demicis misericordiam tuam, quæ a mensa bonitatis pro peccatoribus cadunt: nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum. ¶ Quinta perseverantia, aduocans ad se omnes, dicens, O fides, o spes, o charitas, o humilitas, o patientia, prouoluite mecum coram domino, ut non recedamus sine eius gratia. Quoniam & si necessitas urget, meritum deest, tamen benignus est eis, qui fiducialiter ante eum prouoluti dicunt mecum, Domine adiuua me. Sequitur (o mulier magna est fides tua.) Quia recessisti a finibus regionis longinquæ clamans per salute animæ tuæ, iuducunt me interces-

De dissipatione charitatis per odium Dei. 33

sores appositi, conuincunt me sodales quas affers, mihi semper gratæ, libenter dico, quod fiat tibi, sicut petisti: hic gratiam, & in futuro gloriam. Ad quam

nos perducatur ipse Christus Iesus, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat in secula seculorum. Amen.

Sermo decimus quartus. Feria secunda post. ii. Do-

MINICAM. DE DISSIPATIONE TERTIAE PORTIONIS SVBstantiæ gratuita videlicet charitatis, per odium Dei. Sub isto themate.

¶ Abijt in regionem longinquam, ibique dissipauit omnia bona sua: Ex parabola Luca. xv. c.



Non precedit sermone declaratum in huiusmodi initium huiusmodi status, scilicet sedere in cathedra petentium, & abire in regionem longinquam contemptus, in quo dissipauit duas partes illius portionis spiritualis gratuita: quoniam cum contemptus habeat (ut diximus) tres gradus, primus erat appreciare eum minoris, quam ualet, & ita omnia ex illo contemptu fiunt obligantia ad mortale, ubi dissipatur bonum fidei, que deum ut summum bonum, & super omnia æstimare facit. Secundus erat, non curare de remedijs ab ipso institutis, tanquam si essent inutilia: pro quod bonum spei secundum huius portionis dissipatur: quæ nascitur ex consideratione iustitiæ, grauitatis peccatorum, iudicij futuri, & poenæ infernalis æternæ: & sic ista vilipendendo tanquam desperatus, immittitur rebus terrenis, & sic dissipat bona opera, & non facit illa: & totum istud damnum proponit, quia posuit se in illa regione longinqua, in qua attenditur contemptus ex affectione ad vitia. In presentis sermone dicendum est de altero tertio gradu illius contemptus, scilicet irasci rei tanquam vili & inutili ad suam intentionem: in quo dissipatur tertium bonum huius portionis spiritualis gratuita, scilicet bonum charitatis, & amoris Dei per odium eiusdem. Sed prius salutetur virgo Maria.

¶ Argumentum sermonis.

¶ Sacris doctoribus dubitatur. Verum aliqui possunt sit odire deum, volendo ipsum non esse. (quod est alicui) Verum sit possibile hominem incidere in tantum malum, ut possit deum odio habere, & quæstionem se

sine deo aliquid posse, & se valere. ¶ Primo ponitur modus dicendi Scoti in. ij. distin. Quod hoc sibi videtur dubium, quia querit, quid intelligitur per odium dei? Quia autem intelligit per odium dei notionem non esse Dei, & hoc non est possibile. Quia sicut non potest voluntatis obiectum esse nisi sub ratione boni, sic nil potest esse obiectum notionis nisi sub ratione mali: cum autem in deo nulla sit ratio mali, nec potest apprehendi nec ab angelo, nec ab homine, ergo de illo non potest esse odium, & per consequens respectu Dei considerati in se, ipse deus non potest odiri. Secundo nec potest odio haberi respectu suæ iustitiæ. Quia etiam ipsa Dei iustitia in se non potest apprehendi sub ratione mali, quia iustitia Dei nunquam cuiquam videtur mala in se, ideo damnati dicunt illud Sapientia, Ecce nos insensati, vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore: ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos fors illorum est. Unde in iudicio ille erit vnus mirabilis Dei effectus, ut in intellectu cuiuscunque iudicandi concreeetur notitia non solum suorum peccatorum & aliorum, sed æquitatis iudicij Dei circa illa puniendâ, ut appareat iustissima illorum condemnatio etiam ipsis condemnatâ, ideo dicunt nos insensati &c. ergo iustitia Dei in se non potest odiri. Tertio, nec iustitia dei odiri potest quo ad suum effectum, eo quod iustum est quod puniat malos: verum potest odiri in ordine ad deprauatam eorum voluntatem, eo quod nolent iustitiam Dei vindicantem super illos: & sic irasci illi iustitiæ tanquam sibi disconuenienti, ut Psal. Superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper. Oderunt quidem: non quantum ad ipsum, sed nolendo iustitiam eius esse vindicantem in illis. ¶ Sanctus Thomas. ij. q. xxiii. ar. j. fundatur in hoc, videlicet, quod si apprehenditur in se intuitiue: (ut beati vident) non potest odiri, immo nec a viatore. Ra-

Secūda clausula. Sermo. xiiii. Feria. 2. post secundā.

tio dicta est secundum Scotum, quia ibi non potest inueniri aliqua ratio mali. Si autem apprehenditur, quod inuisibilia Dei per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur, tunc distinguendum videtur. Quoniam sunt aliqui effectus, qui nullo modo possunt esse contrarij voluntati humanæ, videlicet, uere, intelligere, qui sunt effectus cōuenientes: cū apprehenditur ut istorum auctor est, nō potest odiri. Verum alij sunt effectus contrarij & repugnantes voluntati humanæ inordinate, ut puta inflicio pœnæ, & per legem diuinam cohibitio peccatorū (quæ repugnant voluntati deprauatæ per peccatum) & quantum ad considerationem talium effectuum, & in quantum apprehenditur ut peccatorum prohibitor, & pœnarū inflictor, & etiam bonorum temporalium subtractor, potest deus odio haberi. Quod Christus declarat dicens, Nunc autem & oderūt me, & patrem meum. Tum primo, ratione contrarietatis voluntatis: quia sicut amicorum idem est uelle, sic inimicorū est cōtrarium. Tum secundo, ex aperta impugnatione, eo quod impugnat ea, quæ dei sunt. Tum tertio, ex improba locutione, quia de illo blasphematur. Tum quarto, ex fractione pacis, que sunt signa odij dei: & dissipatur bonum charitatis Dei & amoris in tali contemptu. ¶ Verum tamen ultra ista (saluo meliori iudicio) uidetur ad propositum nostrum dicendum, quod istud irasci rebus diuinis tanquam uilibus & inutilibus (quod diximus tertium, esse gradum in contemptu): est uenire in tātam malitiam, ut a se repellat omnia, quæ ipsum ab illa regione peccati retrahere possunt, & ita odire vel irasci, & abhorrere adiuuantia: & cum deberet accēdi in amorem Dei illa condonantis & preparantis, potius accenditur in contemptum illius & illorum. Quod a Christo in euangelio, & a doctoribus uocatur peccatum in spiritum sanctum, & tunc istud bonum dissipatur. De quo in præfenti sermone dicemus breuiter tria. Primū quid nominis eius, uidelicet, quid intelligitur per peccatū in spiritum sanctum. Secundum, quam grauissimum sit, & quam malum ad illud deuenire. Tertium, an sit remissibile vel remediabile. Cum expositione euangelica.

¶ Prima pars.

DE primo est notandū, quod non dicitur peccatum in spiritum sanctum, eo quod ita committitur in personam spiritus sancti & non in personam patris & filij. Quia cum sit contra deum (cuius est vnica

bonitas & uoluntas sicut & vnica essentia) nō potest terminari in vnā personā, quin terminetur in aliam (ut tractatur cōmuniter in. j. dist. primi.) Sed dicitur in spiritum sanctum, quia cū innotuū ipsius sit malitia, cōtrauenit bonitati (quæ spiritui sancto attribuitur) Quoniam cū tria sint attributa principalia in diuinis, scilicet potētia, sapiētia, & bonitas: potētia attribuitur patri, sapiētia filio, spūi scō bonitas. Et ratio attributionis est Primo, ppter simplices, ut scilicet simplices nō estimarēt more humano patrē debile aut impotentē filio, nec filium minus sapiētē patre, aut spiritum sanctum tertiam personam minorem in amore & bonitate. Secūdo propter doctos hæc attributio prouenit ex ratione suæ productionis, quia potentia attribuitur patri, eo quod non producit, sed est a se, ut in symbolo Athanasij dicitur, Pater a nullo est factus, nec creatus, nec genitus. Similiter sapiētia attribuitur filio, quia producit per modum intellectus, & sic dicitur uerbum, notitia, & sapientia patris. Tandē amor & bonitas attribuitur spiritui sancto, quia est amor reciprocus & subsistēs patris & filij & amor infinitus. Cum malitia & odium opponantur bonitati (quæ spiritui scō attribuitur) ideo peccatum ex malitia dicitur in spiritum sanctum. Sicut peccare ex fragilitate in patrem, & ex ignorātia in filium. ¶ De secundo quam grauissimum sit istud peccatum, & quātum malum sit deuenire in hanc regionē, patet Primo ex ipsa transgressiōe: quia peccata primæ tabulæ immediate sunt cōtra deū, hinc apostolus uocauit se primū, id est, maiore omnium peccatorū dicens, Iesus Christus uenit peccatores saluos facere, quorū primus ego sum. Non quidē fuit primus tempore, sed grauitate. Quia peccatū eius fuit infidelitas & blasphemia (ut ipse testatur) Prius fui blasphemus & persequutor &c. quod est cōtra præceptum primæ tabulæ, scilicet de cultura vnus dei: & cōtra secundū, de nō assumēdo nomē dei in vanum. Secūdo ex contrarietate & oppositione: quia contrariatur perfectissimo actui, scilicet charitatis (quæ secūdam Apostolum. Maior aliarum virtutū est) immo sine motiuo aliquo. Tertio, & ad propositum ex ipsa repulsa, quia irascitur, & abhorret atque expellit omnia quæ retrahere possunt à peccato. Signum perfectio esset grauis infirmitatis dum infirmus expelleret a se medicum, & medicinas, quibus potest salus acquiri. Sex sunt in generali retrahentia a peccato, duo ex parte Dei, & duo ex parte peccatoris, & duo ex parte

De dissipatione charitatis per odium Dei. 34

re ministrorum ecclesiæ. Conformiter ad sex species peccati in spiritum sanctum. ¶ Primo ex parte Dei primum retractiuum est misericordia, per quam remittit offensam, & donat gratiā. Iste existens in hac regione hoc expellit, quoniam (ut heri diximus) ex consideratione multitudinis & magnitudinis peccatorum & diuturnitatis, contemnit Dei misericordiā, & sic de illa desperat, iudicando illā iam erga se inutilem, & sic cadit in secundā speciem, quæ est desperatio, grauissimum malum, ut in Cain, qui grauius peccauit ex desperatione, quā ex fratris occasione. Ita de Iuda, qui magis offendit diuinam bonitatem in desperando quam Christum tradendo. Secūdam retractiuum ex parte Dei est iustitia, per quam exigit emendam: & nullam offensam relinquit impunitam. Ex cuius consideratione nascitur timor, qui retrahit a peccato. Sed hic per se uerens in illa regione, uel non curat de iustitia, & uilipēdit, uel nimis confidit, quod saluabitur, expellit timorem, & cadit in præsumptionem, quæ est secunda species peccati in spiritum sanctum: & ita in peccatis iacens, non curat surgere ab illis, & quasi præsumit ueniam sine pœnitentia, & gloriam sine meritis, quod est diabolicum. ¶ Secundo, ex parte peccatoris sunt alia duo. Primum retractiuum est dolor de peccatis præteritis. Quem dolorem expellit stans in hac regione longinqua per obstinationem & firmum propositum in eis stando. Possent namque ab illo retrahi ex spiritu sancti inspiratione, si illam uoluisset attendere, atque considerare paruicem boni, & delectationis in peccato: quæ consideratio esset efficacissimum remedium ad recedendum ab illo: expellens illam, firmat se in uoluntate, & animo firmiter determinat se obstinate permanere in peccato, & cadit in obstinationem, quæ est tertia species peccati in spiritum sanctum. Secūdam retractiuum est propositum de futuris, scilicet non peccandi in futurū. Cōtra quod est finalis impoenitētia, uidelicet cū uolūtas firmat se in proposito nō pœnitēdi, nec confitēdi, nec satisfaciēdi, quod est quarta species peccati in spiritum sanctum. Hinc Hieronymus super illud Amos, Super tribus sceleribus Damasci conuertam, & super quartum non conuertam. Primum scelus est, peccata cogitasse. Secundum, cogitationibus prauis acquiescisse. Tertium, opere complere. Quartum, post peccatum non agere pœnitentiam. ¶ Tertio, ex parte ministri ecclesiæ sunt alia duo retractiua. Primum est,

ueritas doctrinæ per quam peccatores instructi a peccato retrahuntur, uidelicet, per sermones, consilia, exhortationes, ac fratrum correctiones charitatuas, quam repellit impugnando ueritatem cognitam, ut libere peccet, persequitur nedum ipsam ueritatem sic agnitam, & prædicantes illam & corrigentes: & est quinta species peccati in spiritum sanctum, quæ uocatur impugnatio ueritatis agnitæ. Secūdam retractiuum est gratia & sanctitas, quæ ipsum iuuat: & etiam gratia & adiutorium proximorum, per quam plures conuertuntur: cum primam gratiam quis possit sua sanctitate & oratione mereri pro alio, ut legimus de beato Stephano, qui sua oratione gratiam impetrauit pro Paulo. Quod retractiuum expellit, dum inuidet, quod sanctitas & gratia in alios crescat & diffunditur, & dolet de hoc, cū potius deberet glorificare Deum & magnificare in domibus suis: & est sexta species peccati in spiritum sanctum, Magnū ergo est in malitia & in ista regione longinqua permanere, dum sedet in tali cathedra pestilentia, docendo de se tantum contemptum prodire. ¶ De tertio, uidelicet, an sit remissibile & remediabile istud malum, scilicet incidisse in peccatum in spiritum sanctum, Saluator noster expresse dicit, Si quis peccauerit in patrem, remittetur ei: si in filium, remittetur ei, qui uero in spiritum sanctum, non remittetur ei neque hic neque in futuro. Peccare in patrem: (cui potentia attribuitur) est peccare ex fragilitate. Peccare in filium (cui sapientia attribuitur) est peccare ex ignorātia. Peccare in spūm scōm (cui attribuitur bonitas) est peccare ex malitia & ex cōtēptu huiusmodi. ¶ Verū quomodo intelligatur ista irremissibilitas, aduerte, quod tripliciter potest intelligi. Primo negatiue, id est, quod nullo modo remittatur, nec possit remitti. Et isto modo peccata dæmonum, & eorum qui sine pœnitentia moriuntur in mortali, sunt irremissibilia: & ita accipitur peccatum in spiritum sanctum, pro finali impoenitentia. Secūdo modo priuatiue, uidelicet, quia non habet congruentiam ad hoc, ut remittatur: maxime ex malitia, & qui sine motiuo aliquo peccat: & sic peccatum in spiritum sanctum dicitur, quod sit ex malitia, & sic irremissibile dicitur, id est, non habens causam remittendi in se. Tertio modo cōtrariē, quia habet dispositiones cōtrarias ad remittendū, uidelicet, cū excludit ea, & illis irascitur, per quæ retraheretur a peccato, & per quæ fieret remissio, ut sunt illa sex supra enumerata:

Secūda clausula. Sermo. xiiii. Feria. ii. post secundā.

O malum huius longinquæ regionis, in qua ista portio amoris & charitatis dissipatur? Nullum nāque peccatum ex parte Dei irremissibile est, quia paratus est omnem reuertentem ab illa regione misericorditer recipere (vt in sequentibus videbimus) Nō etiam irremissibile dicitur ex parte illius, cui fit remissio, scilicet liberi arbitrii: quia quandiu in hac vitauit, ad bonum moueri potest, adiutus a gratia Dei, quam facienti quod in se est, non denegat: sed irremissibile dicitur, pro quanto excludit ea, per quæ fit remissio. Illa inquam, scilicet media, vt contritionem, confessionem, sacramēta, &c. Quia nō habet annexā causam excusationis, videlicet, ignorantia vel fragilitatis. Item pessimum malū est iste contēptus ex malitia, quia exiit cat fontē, & aduersatur fontipœnitentiæ: quia nullo modo ad illam se præparat, cum media expellit. Tandē quia paucos in hac regione constitutos vidimus pœnituisse, & hoc iusto dei iudicio, quia meretur non pœnitere (vt Augustinus inquit in sermone innocētium.) Hinc Ioannes inquit, Qui scit fratrem suum peccare peccatum nō ad mortem, petat, & dabitur ei vita, peccati nō ad mortem. Est peccatum ad mortem: non pro illo dico, vt roget quis. In quo beatus Ioannes ponit differentiam grauitatis in peccato. Primo vt intelligatur peccatum non mortem, veniale: & peccatum ad mortem mortale. (vt aliqui intelligunt) sed hoc non potest stare. Quia pro mortali orandum est, vt experientia constat: quia & ecclesia pro illo orat, vt remittatur: & quilibet fidelis ex charitate tenetur. Secūdo, vt intelligatur peccatum non ad mortem, quod habuit motiuum in perpetracione, scilicet ignorantiam, vel fragilitatem, vel cupiditatem &c. Peccatum ad mortem, quod non habuit, vt peccare ex malitia. Et ita etiam hoc non potest stare simili ratione, cum pro illis orandum sit, vt deus illuminet illos, & eorum corda emoliat, sua gratia preueniente, vt respiciant. Tertio modo, vt intelligatur peccatum non ad mortem peccare, qui nō excludit retrahentia ab illo: & ad mortem, ille qui illa se excludit: & tunc mirū videtur, quomodo pro illo non sit orandū. Dico, quod pro illo non esse orandum simpliciter: non intelligit, quia quandiu est in via, pro illo orandum est, vt diximus: sed vult insinuare eius malignitatem: & quod est tantē malitiæ, quod nemo ex nobis est tanti meriti, vt orationes eius mereantur illius sic peccantis conuersionem. Hoc autem damnum facit, irasci, & a

se expellere illa per quæ quis posset retrahi a peccato. Quod autem hoc sit verum, patet in Euāgelio hodierno, quoniā Christus pharisæis, & iudæis expellentibus ipsum, & ea quæ (vt conuerterentur) faciebat dixit, Ego vado, & quæretis me, & in peccato vestro moriemini. In quo euangelio duo Ioan. viij. breuiter proponit. Primo ostendit ipsius peccati malitiæ iniquitatem, quia in illo morientur. Secundo ipsius aggrauationem in continuationem malitiæ illorum dicentium (nunquid interficiet seipsum)?

¶ Secunda pars.

E primo notandum est, quod istud ire Christi, quo dicit, Ego vado &c. Est dicere & ostendere medium, quo a peccatis liberati & redempti sumus, & intelligitur tripliciter, Ego vado, Primo modo perfidem, quia cum esset cum patre, nec ab illo recesserat (eo quod æqualis patri) Ioannis primo. In principio erat verbum, & verbum erat apud deum: nō tamen credebatur æqualis cum patre. Ideo ire ad patrem, est venire in notitiam fidelium, esse vnū cum patre, vt patet, de Magdalena volente tangere Christum post resurrectionē, cui dixit Christus. Noli me tangere, non enim ascendi ad patrem meum. Quasi dicat, Non credis adhuc me esse æqualem patri: quia in corde tuo non ascendi ad gloriam & æqualitatem patris. Ideo vis me tangere, ac si essem vobiscum mortalis, & solum homo. Secundo modo ire ad patrem, est adimplendam dispositionem & voluntatem patris, vt scilicet effectus prædestinationis adimpleatur, vt Christus dixit discipulis (vado parare vobis locum) iam ab æterno paratus erat suis electis per æternam prædestinationem, vt Christus dixit, quod diciturus esset bonis, qui essent a dextris, Venite, percipite regnum, quod vobis paratum est a cōsuetudine mundi. Et in Matthæo a patre dixit locum paratum, dicens. Sedere ad dexteram non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a patre meo. Sed intellexit locum ab illo parandum, implendo illa, per quæ ipsi prædestinati sortiri debent effectum suæ prædestinationis: & hæc paratio erat amouendo ea quæ impediabant, scilicet peccata, & satisfacere pro illis, quæ per Christi passionem tollenda & facienda erant. Tertio modo ire est transferre in gentes cognitionem Dei, vt à mala vita eorū, conuertantur. De quo Christus. Itē docete oēs gētes &c. Ire igitur Christi, est dare cognitio-

De dissipatione charitatis per ordium Dei. 35

nem sue deitatis: pati pro nobis, & dare media nostræ redemptionis, vt a peccatis liberemur: & dare doctrinam & formam, quibus a regione longinqua recedere possumus. ¶ Secundo tangit euāgelium medij repulsionem, dicens, & quæretis me scilicet, & nō inuenietis me, videlicet in ipsa regione vobis existētibus. Pro quo aduerte, quod vna res potest quæri, & non inueniri propter duo, videlicet, vel quia non quæritur, & non recte quæritur, vel quia quæritur vbi non est. Nunquam enim quis recte quæruit Christum, qui non inuenit ipsum. Nūquid est quærare Christum in peccatis, vt inueniatur in illis? Absit. Nunquid in his transitorijs & delictijs? Hinc sponsa canticorum. Tertio, In lectulo meo quæsiui illum, & non inueni: Circuiui vicos & plateas, & non inueni: quæsiui illum inter vigiles & custodes ciuitatis, & non inueni: cum autem eos pertransissem, inueni, tenui, nec dimittam. Primo non inuenitur Christus in voluptuosa vita significata per lectulum. Vbi potest fieri reprehensio ad viuentes voluptuose & carnaliter, & ieiunia frangentes. Item ad vendentes ista talia in tempore quadragesimali, quæ non ad salutem, sed ad voluptatem deseruiunt, vt sunt lactinia, &c. Secundo, non inuenitur in plateis, vbi contractus, & venditiones, & mutationes vsurariæ fiunt, quod execratus est Psalmus, dicens, In plateis eorum vsura & dolus. Tertio non inuenitur inter vigiles ciuitatis, quia illa dimittunt repleti ribaldis, & malis hominibus, vagamundis: & cōsentiant esse loca publica pro ludis, in quibus offenditur Deus. Ideo dicit, quæretis me & non inuenietis: & quo ego vado, vos non potestis venire. Quia (vt dictum est) istud ire, soli Christo conuenit: quærare autem recte & inuenire, potest conuenire nobis: sed non in regione longinqua positus. ¶ Tertio, tangit illorum in ista regione existentium pœnam, dicens (In peccato vestro moriemini) scilicet qui est in peccato ad mortem (vt declarauimus). Pro quo aduerte, quomodo est mori pro peccato (scilicet delendo) quod soli Christo conuenit, quia ipse solus pro peccatis nostris mortuus est. Similiter est mori peccato, & est bonorum: qui mortificantes corpora sua, faciunt pœnitentiam, vt peccata moriantur in illis: & vt peccata non assumant vires contra illos, assumunt retrahentia a peccato, carnem suam crucifigentes (vt dicit apostolus) cum vitijs & concupiscentijs. Tandem mori in peccato, est mori quali vestitus

in peccato, scilicet quia moritur morte gratiæ & gloriæ, de qua Psalmus, dicit: Mors peccatorum pessima. de quibus Christus dicit, hic (in peccato vestro moriemini). Sed hic est dubium. Dicitum fuit in præcedētibus, quod erat impossibile, quod deus alicui reuelaret suam condemnationem, modo illis dixit, in peccato vestro moriemini. Ad hoc dico, quod ista locutio fuit in generali, & sic non est impossibile, vt Matthæi dicitur, quod multi sunt vocati, pauci vero electi. Similiter quando est locutio indefinita, vt fuit illud Matthæi. Vx homini illi, Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille, quod & fide Iudæ intelligeret, tamen reuelatio indefinita fuit. Tandem quando est locutio comminatoria & conditionalis, scilicet si non creditis, si non remedia accipitis, si emendatio non sequatur, in peccato vestro moriemini. ¶ Defecundo, ponitur iniquitatis aggrauatio dicentem. Nunquid interficiet seipsum? Ponderandum est hic, quod illi intellexerunt illud: quid ire Christi significabat, scilicet quod erat pati & mori: quia dicebāt, Nūquid interficiet seipsum? Quasi dicat, Hoc ire istius, mori est & pati: verum quomodo ita erit vt ipse seipsum interficiat, sine hoc, quod nos in eum manus ponamus? O crudelitas existentium in hac regione? quasi non sufficeret eis mori, desiderabant manus in illum ponere: quasi non moreretur sine hoc, quod ipsum eum crudeliter seuirent: & ita non voluntaria illum mori volentes (quæ mors voluntaria Christi nostræ liberationis medium erat) sed coacti, ac per hoc excludere niterent suæ salutis medium. Veruntamen causam horum assignat Christus dicens, Vos de deorsum estis, ego de supernis sum, Quasi dicat, Vos estis de terra secundum desideria vestra, & quasi desperati de cœlo propter malam vitam vestram & contemptum de me, & de his quæ a me instituta sunt pro vestro remedio: sed ego de supernis sum, & veni vt a peccato vos extraherem, & de ista mala regione peccati: verum quia in illis vultis stare & per manere, ideo in peccatis vestris, videlicet multiplicatis moriemini. Nota, quia prius dixit, in peccato vestro, scilicet ratione repulsionis remediorum: modo dicit in peccatis vestris, ratione continuationis. Sed illis interrogātibus, quis es? Respondit, Ego principium, qui loquor vobis. Cum exaltaueritis filium hominis a terra, cognoscetis quia ego sum. Ecce medium nostræ redemptionis, scilicet Christi in cruce exaltatio, quia tunc cognitus fuit &

Secūda clausula. Sermo. xv. Feria. iiii. post secundā.

æqualis patri, vt a Centurione dicente, Vere filius Dei erat iste. Et pro omnibus sine culpa mortuus, quia dicitur ibi, quod multi percutientes peccata sua reuertebantur. Ideo inquit, Ego principium, scilicet vestræ salutis, quia ad hoc veni, vt lo-

querer vobis: vt a regione longinqua peccatorum exeatis, recipiendo hic gratiam, & in futuro gloriam. Ad quam nos perducatur ipse Christus Iesus, qui cum patre & spiritu sancto viuunt & regnant in secula seculorum. Amen.

Sermo decimus quintus. Feria tertia post secundam dominicam. In quo tractatur de dissipatione secundæ portiois, quæ homini contingit, videlicet naturalis, & liberi arbitrij. Sub isto themate.

DAM DOMINICAM. IN QVO TRACTATUR DE DISSIPATIONE SECUNDÆ PORTIOIS, QUÆ HOMINI CONTINGIT, VIDELICET NATURALIS, & LIBERI ARBITRIJ. SUB ISTO THEMATE.

quæ homini contingit, videlicet naturalis, & liberi arbitrij. Sub isto themate.

¶ Ibi que dissipauit bona sua. Ex parabola Lucæ. xv. c.



ONCLV. simus heri dissipationem primæ portiois substantiæ, scilicet spiritualis gratiæ quæ eicōtingit videlicet fidei, spei, & charitatis, quam in regione longin-

qua dissipauit: maxime per contemptum, expellendo illa, quæ spiritus sanctus concesserat pro remedio retractiuo ne peccaret, & a peccato recederet, scilicet quæ erant adiutoria, maxime necessaria, scilicet timor, spes, dolor, propositum, consiliū, & doctrina fratrum, & gratia. In præsentis sermone iuxta assumpta verba dicendum est de dissipatione secundæ, scilicet liberi arbitrij portiois, quæ etiam ibi dissipauit. Sed prius salutetur virgo Maria.

¶ Argumentum sermonis.

Vo supponenda sunt ad introducendam sermonis materiam. Primum illud, quod supra diximus, cū ista portio liberi arbitrij petebatur, videlicet, quod illa non poterat vti sine patre, maxime circa illa tria, scilicet licita operanda, & expedientia prosequenda, & vtilia amplectenda: & idcirco diximus illam petitionem esse stultam, & periculofam: quod expertus est in hac regione, in qua sua culpa positus est, Forte ex hoc determinabit aliquod circa

hoc querere remedium, videlicet manendo in hac regione peccati, dedicare istam portionem Deo: ipsum liberum arbitrium firmādo per votum, vel propositum religionis, vel ordinis Ecclesiastici, quasi vellet esse in peccato: tamen manere in religione vouedo, & ponendo voluntatem & libertatem in manu prælati vel alterius, & sic sufficere, vt ista portio ad libitum non vtatur. ¶ Secundum, suppositum sit, quod votum (secundum doctores) nō debet fieri de omnibus, videlicet primo de necessarijs absolute, vel conditionate ad salutem. Exemplum primi, vt votum de moriendo. Exemplum, secundi, vt abrenūciare diabolo & pōpis eius, quia ista necessaria sunt. Secundo non debet fieri etiam de casualibus & fortuitis, quæ aliquo casu possunt habere bonum euentum, & in aliquo malum, vt fuit illud votum factum a Iepte de, quo iudicū lib. qui votum vouit deo dicens, Si tradideris Amōn in manus meas, qui primus fuerit egressus de foribus domus meæ, mihi quæ occurrerit reuertenti in pace, eum offeram in holocaustū domino. Hoc autem poterat esse in euentum malum, puta aliquod animal nō immolādum, vt asinus vel homo, quod etiam accidit de eius filia. Ideo dicit Hieronymus, quod in vouendo stultus fuit, non discernendo inter immolandum vel non immolādū: sed in adimplendo impius, scilicet immolādo, p̄priā filiā. Tertio nō debet in super fieri de minimis, vt sunt vota quædam muliercularū, de nō peccinādo capillos in sabbato: & alia etiā similia, etiam si ad honorem Dei dicantur facere: quia vt dicit Albertus, ista magis sunt fortilega, & quædam reliquæ idolatriæ,

L Doctores.

Iudicū. xi.

Hieronymus.

Albertus.

De dissipatione liberi arbitrij.

secundum quam obseruantur certi dies & menses, &c. quæ vota, ideo talia non debent seruari, eo quod nec in his cum infidelibus debemus communicare, etiam vt dicit Hieronymus in nominibus. Dicatur contra illos, qui sibi nomina imponunt Hæctoris, & aliorum gentilium: quasi non essent sancti in ecclesia, quorum nominibus insigniri possunt. Quarto, nec votum debet esse circa immoderata, quæ vertunt in detrimentum personæ, quia talia non essent seruanda. Cuius ratio est, quia nil cadit sub voto, nisi sit actus virtutis: quæ consistit in medio secundum determinationem sapientis, vt dicit Aristoteles in Ethicis, Ideo apostolus, rationale sit obsequium vestrū. Quinto, nec debet fieri de illicitis: & si fiat, non solum non obligat, sed grauius peccat, si adimplet. Ideo Isidorus, in malis promissis rescinde fidem: & in turpivoto, muta decretum. Restat ergo, quod votum est de rebus non omnino necessarijs ad salutem, & de melioribus, & de his quæ sunt super erogationis, vt patet in Genesi. De Iacob, qui vouit se habere deum in dominum, scilicet per cultum specialem, videlicet in solutione decimarum. ¶ Ex his pro alia parte videtur non debere istam portionem firmari in voto quo ad ista. Tum primo, quia liberum arbitrium est donum naturale a Deo collatum, & quod melius habet, vt scriptura, dicit, Fecit Deus hominem rectum, & reliquit eum in manu consilij sui. Votum autem aufert libertatem, & inducit necessitatem, ideo non videtur conueniens. Tum secundo ratione periculi, quia ante votum non facere, non erat peccatum, post votum autem sic, ideo periculo se ponit. Tū tertio, quia vt dicit Thomas ij. ij. q. lxxxviii. ar. iiii. Deus non indiget, nec eivtile est. Ideo potius videtur istam portionem dissipare firmādo illam per votum, & exponendo ipsam periculo. Ideo in præsentis sermone de ipsa firmatione liberi arbitrij per votum dicemus duo. Primum, quid requiritur ad votum, & quæ vtile sit firmare liberum arbitrium per illud. Secundum, quomodo dissipatio liberi arbitrij prouenit, non ex parte voti vel istius firmationis, sed aliquibus causis ex parte vouentis. Cum expositione euangelica.

¶ Prima pars.

A De primo secundum Sanctum Thomam secunda secundæ quæstione octuagesima

octaua articulo primo. Ad votum requiruntur tria. Primum est, intentio voluntaria, sicut & in quolibet opere meritorio, & iuxta Psalmum, Voluntarie sacrificabo tibi &c. Et plenus consensus, quia tunc erit operatio liberi arbitrij. Secundum requiritur consensus deliberatus. Ratio, quia sicut promissio de re mala non obligat ad impletionem, vt diximus: ita de re bona nisi sit sufficiens deliberatio. Verum quæ sit sufficiens deliberatio, sunt diuersi modi. Nam quidam dicunt, quod ad minus sit deliberatio per vnā diem. Glo. Guilielmi dicit, quod in repentinis non oportet ad diem expectare, sed quod ex eo quod emittitur votum, obligat, vt potest exemplum poni in votis emissis in mari, & fluminibus, & similibus. ¶ Verū nos dicimus saluo meliori iudicio) quod sufficiens determinatio erit, cum pensatis viribus, & vouentium facultate, & illis ad quæ se obligant necessitate seu obligatione, votum emittitur. Verbi gratia, si quis vult vouere ingredi ordinem patris mei Francisci, tunc sufficiens determinatio, & deliberatus consensus erit, cum pensatis quod in tali religione tenetur viuere, scilicet in obedientia, paupertate, & castitate, &c. Et consideratis viribus ad ista seruanda, inuenit se sufficientem ad ea implenda: & sic commitens se diuinæ gratiæ, votum emittit. Hoc habetur ex textu euangelico de Christo redemptor nostro. Vbi postquam discipulos de sequela sua instruxerat, dicit sic. Quis enim ex vobis volens ædificare turrim, nonne prius si qui necessarij sunt, computat sumptus, habeat ad perficiendum: ne postquam posuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes qui viderint, incipiant illudere ei, dicentes, quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare. Sedere supra fundamentum, est super primum propositum insistere & detineri, nec illico præcipitari. Numerare sumptus, est considerare vires suas, & quæ facere tenetur in illo ad quod se obligat: quia alias non videtur sufficiens deliberatio. Ex quo potest induci pulchra regula pro cognoscendis votis quæ obligant, & quæ non, ratione huius deliberationis: & quomodo plura videntur vota, quæ in rei veritate non sunt, ex huiusmodi defectu: maxime in rebus arduis, videlicet de ingressu religionis, & seruanda castitate, & longissimis peregrinationibus, vt ad sepulchrū domini, & alias, quod in hac materia ponderandum est. Tertio, requiritur promissio cordis. Nam

Glo. Guilielmi.

Lucæ. iiii.

Secunda clausula. Sermo. xv. Feria. iiii. postsecundā.

Regū. xvj. primo Regū, dicitur, Deus intuetur cor. Nam in voto tacito vel secreto, homo se obligat deo per solam cordis promissionem (cuius cordis deus agnitor est) ideo in illa perficitur completa ratio voti. Alia autem, scilicet pronuntiatio oris, & testimonium aliorum, sunt ad solemnitate voti solemnitas, vt ps. dicit, Reddā tibi vota mea, quę distulerunt labia mea. Et secundum magistrum in. iij. distin. xxxv. Possunt illa referri ad interiorē testificationē. De hac testificationē interiori loquitur Christus, dicens, Nemo mittens manum ad aratrum, & aspiciens retro, aptus est regno Dei, ad quod ponit manum in qualibet istarum emissionum, vel interiori, vel exteriori, ¶ Secūdo, quam vile sit firmare istam portionem liberi arbitrii per votum patet, Primo ratione consilij: nam consilium semper datur de meliori, & ponitur ps. Vouete & reddite domino vota vestra. Ratio, quia ex hoc nō auferitur libertas, nec ex hoc priuat maximo bono dato a deo, scilicet libero arbitrio (vt supra dicebatur). Quoniam necessitas voluntatis firmata in bono nō diminit de libertate, vt pōt exempli ficari in deo & beatis. Nā (vt alio dixim⁹ die) de ratione libertatis est posse facere, vel nō facere, aut vel vel nolle: qđ sic habetur post votū, sicut ante. Verū quod firmatur in voto est, qđ sicut illud qđ vouit nō pōt facere post votū sine merito, sic non pōt dimittere, vel contra illud facere sine peccato: & hoc ratione obligatiōis. Nec ex hoc (vt dicebatur in principio) istā portione exponit periculo: quoniam nō est periculū ex pte voti emissi, sed voluntatis nō seruantis, Et hoc prius debet videri: & ideo diximus, quod erat consensus deliberatus. Quia aliās esset sicut transire per pontem minātem ruinam, dum voluntas non est ex deliberatione in hoc firmata. Secundo est vile & expediens ratione commodi. Quia voluntas quę de se mobilis est, firmatur in re immobili, scilicet deo, & ab illo accipit virtutem in agēdis in ista firmatione. Exemplum est in re appodiata alteri, vt scilicet vitis arbori, quę non solum ascendit, sed accipit virtutem ab arbore. Ratio est, quia quoddammodo per votum deo, nō est ei vile, eo quod bonis nostris non eget, sed potius est vile nobis. Ipse enim non eget certificari, sed ad nostrā vtilitatem cedit, pro quanto vouendo, voluntatem nostram in eo firmamus, ad quod expediat votum emittere. Ideo Augustinus ad paulinam scribens, inquit, Nō te vouisse poeniteat, immo gaudeam nō tibi licere, quod cum tuo detri-

mēto licuisset. Tertio est vile ratione meriti, quia laudabilius est aliquid facere cum voto quam sine illo. Tum ratione virtutis mouentis, scilicet latrarię quę mouet ad cultum diuinū. Tum ratione subiectionis ad deū, quę est ratio meriti, sicut auersio ratio demeriti. Sicut enim (vt diximus) omnia peccata circuit contēptus Dei, sic ista subiectione omnia bona in meritum facit. Vt patet in virgine gloriosa, ratione illius voti, Ecce ancilla domini, &c. Est enim dare arborem, scilicet voluntatem cum fructibus, id est, operibus. Tum quarto, ratione maioris continuationis. Sicut namque peccare ex obstinata voluntate plus aggrauat peccatum & est in spiritum sanctum: ita bonum facere voluntate libera (quod dico propter beatos) firmata tamen in bono per votum, auget meritum. Exemplum ponit Augustinus in libro de ecclesiasticis dogmatibus. Sicut ille qui scit aliquid, & scit se illud scire, & se nō posse nescire, perfecte scit: ita qui vult aliquid, & vult se velle, & se nō posse aliud velle facere, perfecte scit velle. Hęc igitur liberi arbitrii dedicatio magnę vtilitatis est. Quis ergo in sanus diceret, religio seu monachus non est pietas, nisi inimicus cultus Dei? Si namque non essent religiones, mundus ruinam pateretur, vt præteritis temporibus conspeximus per illas mundū reformatum, & hæreses destructas? Quot scriptores sacri canonis Biblię, quot prædicatores famosi, & viri literati (dimitte sanctos) ex illis prodierunt? Quot etiam moderni, qui ecclesiam Christi illuminant? Formetur reprehensio contra persequentes religiones. ¶ Secundo, de quibus votum faciendū est, breuiter possumus dicere: quoniam exclusis illis de quibus prius diximus votum nō esse faciendum, scilicet non de necessarijs, nec fortuitis, nec minimis, nec de indifferetis: nec de illicitis: restat qđ faciendū est de tribus generaliter. Primo de bonis temporalibus, vt elemosynę &c. Secundo de corpore, scilicet ieiuniū, vigilia &c. Sed in hoc discretio est adhibenda: quoniam si excedunt vires, vel in honesta videntur, vt ire nudum per orbem &c. Potius autoritate prælati commutanda sunt, quā adimplēda. Tertio, de anima, vt orationes &c. Etiam voluntatem in religione firmare. Vnde Augustinus dicit, quod si- cut meliores difficile sum expertus, quam qui in monasterijs profecerunt: ita nec peiores, quam qui in monasterijs defecerunt. Habetur. xlvij. dist. c. quantumlibet. Defectus autem huiusmodi contingit, per transgressionē votorū. Et qui vouerūt,

De dissipatione liberi arbitrii.

37

non adimplent quod promiserunt: & qui intrant ad istam firmitatem liberi arbitrii per votum, & egrediuntur. Quos videmus male finire, quia reuera istam portionem dissipāt. Et sic patet primum.

¶ Secunda pars.

DE secundo, videlicet de dissipatione huius portionis, ponderandum est pro fundamento, qđ illa non prouenit ex parte voti, sed ex parte dedicantis se: maxime illorum, qui sub colore religionis & dedicationis ad deum, ingrediuntur religiones, & in ecclesia Dei, vt proficiant in meliori statu. Dissipāt autē istam portione & spiritualem naturalem substantiam, quę eis contingit, signanter ecclesiastici, quę dissipatio cōsistit in tribus. ¶ Primo in ingressu. Tum intrātes per fauoris portam: & sic attendere deberēt, quomodo intratur: quia si fauore dominorum temporalium, nemo audeat resistere &c. Tum per portam auream simonię, scilicet a lingua rogando. Tum a manu, scilicet exhibendo. Tum ab obsequio, scilicet seruando. Totum est simonia, & dissipatio. Dicatur vt expedit, dicatur gestum Petri cum Simone mago. ¶ Secundo est dissipatio in progressu, non faciēdo illud quod ex officio vel dignitate tenetur. Tum nō celebrando officiū, eō, vel quia negligunt, vel quia inhabiles sunt. Et cum debita officij non faciunt, dissipatio est. ¶ Tertio in fine est dissipatio in perceptione fructuum & illorum distributione. Reuera recte distributiones vocantur fructus ecclesiasticorum. Tum, quia distribuuntur his, qui diuino interfunt officio. Tum, quia distribui debent pro se & familia cōpetenter. Tum, quia quę superflua sunt, distribuēda sunt pauperibus. ¶ Ex quo libeat ponderare, qđ & si magna sit dissipatio quę fit in progressu & in fine (vt diximus) tamē maxime ponderandum est, ne ingressus sit simoniacus, quia ex illo procedunt alia. Et est multum execrandum malum, & multum hodiernis temporibus vilitatum. Quod beatus Petrus circa Simonem magum multum execratus est, dicens, Pecunia tua tecum sit in perditionem: quoniam existimasti donum Dei pecunia possideri. Donū Dei, spiritus sanctus est. Quia per modū doni procedit a patre & filio (vt Augustinus dicit, non quomodo natus sed quomodo datus) Vel donum est gratia sua, sacramēta, & omnia spiritualia, & eis annexa, quę nō dantur ex meritis nostris, sed gratis a Deo: quanto magis pro pecunia. Ideo ponderandum est verbum (sit pecunia tua in perditione te-

cum.) Cuius ratio est, quia magnam irrogat iniuriam ipsi Deo datori. Tum primo, quia ista gratuita in hoc minori præcio dantur. Tum secundo, ratione videntis: quia nō est dominus eorū, eo quia Dei sunt, ideo fur est, & latro. Tum tertio ex parte venditionis, quia prohibita sunt illa, ne vendantur, sed gratis dare. Iuxta illud, Quod gratis accepistis, gratis date. Verū tamen nota etiam dissipationem, quia dicit (tecum sit in perditione.) Tum primo, in perditionem diuinę gratię: per quā perditionē venitur ad gehennam, peiores Iuda: quia ille vendidit Christum, quantum ad humanitatem: illi autem videntur spiritum sanctum, & quo ad diuinam. Tum secundo, ex parte substantię temporalis habitę per simoniam (quam perdere & relinquere oportet) quia restituere oportet, & nō dare danti (eo qđ turpiter dedit) sed pauperibus, vel ecclesię offensę. Item perdit fructus: quia non potest illos recipere, nec receptos tenere: demptis expensis in vtilitatem ecclesię, vel pro collectione fructuum. Tum tertio, in perditionem sanitatis corporalis, vt est exemplum. iij. Regum in giezi, qui recepta pecunia a Naamā syro, leprosus factus est. Poteris formare reprehensionem pro monasterijs recipientibus pecuniam pro recipiēdis personis ad illa, saltem pro receptione: secus pro alimēto, vt in monasterijs monialium. Hęc omnia dissipantur ex non conuenienti dedicatione istius portionis liberi arbitrii: maxime ex parte dedicatium se quo ad prædictos tres gradus. ¶ Verū tamē dices. Immo hoc prouenit ex mala gubernatione illorum quibus iste (sic dedicās se Deo) subijcit. Sunt enim in exemplo contrarij, in dandis præceptis onerosi, in opere tardi, in honoribus primi. Et ita licet quo ad hoc, quod est se dicare Deo & firmari per subiectionem & votum sit tam vile quantum declaratum est: tamē respectu illorū, quib⁹ debet subijci, videtur difficile. Sed in præsentī Euangelio datur modus se habendi respectu prælatorū quibus debet subijci. Matthæi. xxiiij. cap. dicens, Super cathedram Moysi &c. In quo Euangelio tria Christus facit. Primo commendat circa illos debitā subiectionē. Secūdo, reprobatur eorū importunitatem & grauamē. Tertio informat prælatos bonos.

DE primo dicitur, qđ loquutus est Iesus ad discipulos suos, scilicet illos, qui in Christo firmatur, dicēs, Super cathedrā Moysi &c. Pro quo est notandum, qđ licet Moyses sederet in illa cathedra materiali, scilicet docēdo populum, & non in-

Secūda clausula. Sermo. xv. Feria. iij. post secūdam.

telligitur de illa, sed de doctrina magisterij quam ipse habuit. Sessio ergo Moyſi super cathedram, significat auctoritatem docēdi alios. Ideo diuersus est modus sedēdi circa istam cathedram. ¶ Quidam sedent in cathedra, dum faciūt ea quæ ad cathedram pertinent. ¶ Quidam autem sedent sub cathedra, scilicet quoniam habēt in opere, quæ alios ore docent: & addunt aliena à cathedra, vt fabulas, & huiusmodi impertinentia. Et potest esse reprehensio ad prædicatores hæc faciētes, qui omisso Euangelio, & sanctorum doctorum doctrinis, intermiscunt inuentiones extra scripturæ historias. ¶ Alij autem sedent super cathedram, qui de cathedra extolluntur. Super istam cathedram dicit, quod sederunt isti pharisæi, diuisi in operibus à doctrina, quam alios docebant. Sanctus Bonauentura super lucam ponit quatuor sibi inuicē contraria. Primum doctores, qui magna docent alios, & ipsi faciunt communia & parua. Secundum iudices, qui habent in se, quod in alijs condēnant. Tertium confessores, imponētes super alios graues poenitentias, & ipsi nec paruam faciūt. Quartum prælati, qui onus religionis alijs vrgēt, & ipsi abhorrent. Et isti significātur in pharisæis diuisis.

S. Bonauē.

F ¶ Secundo ponit cathedræ auctoritatem & efficaciam dicēs, Quæcunq; dixerint vobis, facite: opera autem eorū nolite facere, scilicet ad cathedram pertinentia facite quæ dixerint vobis. Ad cathedram autem pertinet illa tria, quæ figuratim ponuntur in Apocalypsi, vbi dicitur, quod de throno sedentis exibant, fulgura, voces, & tonitrua. De ista cathedra exeunt fulgura credibilium: item voces operabilium: & tandem tonitrua cōminationum. Hæc autem timete & facite, quia ad cathedrā pertinent. Ratio horū est, quia hæc continētur principaliter in sacra scriptura & lege diuina. Tum primo, fulgura operū diuinorū. Christus enim comparat se fulguri, dicens, Sicut fulgur exit ab oriēte & paret vsq; in occidentem: ita erit aduentus filij hominis. Opera namq; quæ fecit in carne, videlicet, quod natus est, quod mortuos suscitauit, quod sanauit ægros, leproſos mūdauit, quod eiecit demones, quod mortuus est, quod resurrexit, quod celos ascendit: hæc omnia fulgura sunt, ex nube humanitatis resplendentia. Tum etiam ex ista nube & throno procedunt voces admonitionum, & præceptorū, ac cōsiliiorum. Tandem procedunt tonitrua cōminationum, vt illud, ligatis pedibus & manibus mittite in tenebras exteriores. Et illud, Ite male-

Mat. xxiiij.

Matt. xxij.

Matt. xxij.

diēti &c. Quæcunq; ergo dixerint sacerdotes & prælati vestri ad thronum pertinentia, & cathedram, facite: qui in his vestri liberi arbitrij firmitas esse debet: nec in hoc erit ex parte vestra dissipatio. ¶ De secundo principali ponitur graua mē dicēs, opera autem illorum nolite facere: assignat triplicem causam. ¶ Prima est, quia dicūt & non faciunt, eo quod sunt pharisæi, id est diuisi in operibus & doctrina. Hæc est vna de duodecim abusionibus, quas beatus Augustinus ponit in libello suo de duodecim abusionibus, videlicet prædicator siue bonis operibus. Et forte hæc est causa tantorum peccatorū, videlicet, mala vita ecclesiasticorum, prædicatorum, & docētium: quia condemnata vita, cōdēpnatur & doctrina, vel ad minus despicitur secūdam Gregorium dicentem, Cuius vita despicitur, quid restat nisi eius prædicatio contemnatur? Similiter si Ethnici & infideles nō conuertuntur, forte est ista causa. Nam abominantur vitam Christianorum præcipue docētium, eo quod magna prædicant, & nec modica faciunt: similes fabricatoribus arcæ Noe, qui eam non ingressi sunt: & aceruis lapidū in via sancti Iacobi, qui alijs viam ostēdunt: tum etiam campanis ecclesiarum, eo quod dicunt, & non faciunt. ¶ Secunda causa est malitia vel crudelitas in imponendo: quia dicit, alligant onera graua & importabilia super humeros aliorum. Formare poterit hic prudens prædicator reprehensionem, si quæ sint ordinationes vel alias insupportabiles, maxime ad extorquēdas pecunias in pœnam, præcipue applicatas sicut prælati: cum hoc iure cautum sit, & quod bona clerici confiscanda (si caret beneficio) applicantur episcopo, beneficiorum autē, ecclesiæ in qua habēt beneficium. Ideo deberent propter honestatem alias poenas inferre: quia istæ vidētur insupportabiles, & onera insupportabilia: maxime si comminatio illarum poenarum ordinatur ad extorquēdas illas: & cum perturbatione ordinis hierarchici in ecclesia, non liberando eos à carceribus, si ad superiorem appellant vt utebatur in quodam episcopatu cuiusdam, vbi tempore pronūciandæ sententiæ recludebatur reus in carcere: vt si à poenis pecuniarijs & alijs ad superiorem appellasset, ibi retineretur, quo vsq; in sententiā consentiret. O crudelitas, o onus insupportabile: & tandem verum est. Quorum malitia notatur. Tum, quia dicit, quod alligant, ligando illos allegationibus, rationibus, & auctoritatibus, quod sic debet fieri: & vnum cum alio

G

S. Augusti.

S. Gregori.

De dissipatione substantiæ temporalis. 38

colligant, quasi fascem faciendo, dicentes, quod vnum sine altero nō prodesset, & quod luat in persona & in bursa. Tum magnam fascem, ordinando ordinationes, & forte parant laqueos, & muscipulam pedibus ignorantium & fragilium. Tum, quia dicit, super humeros imponunt. Humerus notat virtutem seu portantis possibilitatem: ideo imponere super humeros, est imponere ea, quæ vix sustinere & obseruare possunt sine facili casu. Tum notatur malitia dicēs, quod digito suo nolunt amouere. Quasi dicat, Adeo in adimplerione sunt remissi, quod nec in minimo obseruare volunt, quasi exempti à legibus, quas pro se & alijs cōdiderunt: cum in rei veritate ipsi deberent esse primi in obseruatione. vt habetur extra. de cōstitutionibus cap. cum omnes. & C. de legibus. l. digna vox. ¶ Tertia causa est dilatio fimbriarum, scilicet in impositione aliorum reddituū excessiuorum, videlicet excessiua solutio campanarum, & magis pro cappa deserico quæ de panno &c. Oportet aliquid soluere pro restaurandis vestibus & alijs, maxime si ecclesiæ sunt pauperes: verum nimium ista dilatare, crudele est, & inuētio alicuius particularis cupiditatis esse censetur. ¶ Quarta causa est ambitio, quia amat primos accubitus in coenis & salutationes primas in foro, & vocari ab hominibus rabbi. Remigius dicit, quod non reprehēdit dominus eos, quibus ista ex dignitate sacerdotij conueniūt, nec eos qui huius-

Extra de consti. C. de legibus.

Remigius.

modi honores exhibēt: dignum enim est vnumquēq; secundum gradum suum honorari, sed reprehendit eos qui ista indebite cupiunt, & eos qui adulatione hoc intēdunt: maxime anhelantes ad maiores præbendas & dignitates, & interueniētes simonia cōtra omnem ecclesiæ prohibitionē. Ideo non intendit Christus amouere illa, quæ sacerdotibus ecclesiasticis cōueniunt, sed quod ambitio ad vltiora modis illicitis nō procuretur. Sanctus Thomas secūda secundæ, dicit, quod ille qui beneficium ecclesiasticum nō curatum appetit, dummodo non habeat sufficiens patrimoniū vnde sustentetur, licite possit procurare: tamen curatū nō potest nisi vocetur. Ratio, quia videtur presumptuose se ingerere. Ideo apostolus dicit, Nemo sibi assumit honore nisi vocatus tanq; Aaron. aliter autē est dilatare fimbrias, & appetere seu amare primos accubitus in coenis, & finaliter totū ad infernū. ¶ De tertio principali dat Christus instructionē suis fidelibus, & ecclesiam suā informat dicens, quod nolint vocari magistri in terra, nec rabbi, sed quod firmētur in sua portione liberi arbitrij ne dissipetur. Quia solus est vnus magister in celo, cui portio ista debemus firmare, vt sit firmata sine dissipatione: manētes cū vero rabbi, & magistro nostro, & patre, si mus hic in gratia, & in futuro in gloria. Ad quam nos pducatur ipse Christus Iesus, qui cū patre & spiritu sancto viuunt & regnant in secula seculorū. Amē.

S. Thomas

Ad Heb. v.

Sermo decimus sextus. Feria quarta post secundam

DAM DOMINICAM. DE DISSIPATIONE TERTIÆ PORTIONIS SUBSTANTIÆ, videlicet substantiæ temporalis. Sub isto themate.

¶ Ibiq; dissipauit omnia bona sua, viuendo luxuriose.

Ex parabola Lucæ. xv. cap.



tam vtili sibi & expedienti, non serua uir seruada,

Eclara sermo ne præcedenti dissipatione substantiæ naturalis spiritualis (que erat secunda quæ sibi contingit,) videlicet, dū in ipsa applicatione ipsius liberi arbitrij ad Deū

tam in ingressu quæ in progressu & fine. In præsentis sermone dicendum est de dissipatione tertie portiois substantiæ quæ ei contingit, scilicet temporalis à Deo sibi concessæ: de qua dicitur, quod ibi dissipauit illam, viuendo luxuriose. Sed prius salutetur virgo Maria.

¶ Argumentum sermonis.

S Vpponendum est pro ista luxuriosa dissipatione huius temporalis substantiæ, quod non loquimur de illa dissipatione illius substantiæ & rerum temporalium quæ fit per peccatum luxuriæ & delectationis carnis, quia hæc dissipatio

H

Secūda clausula. Sermo. xvi. Feria. iiii. post secundā.

fatis nota est (& vnam non essent aliqui, qui in hoc bona vxorum & filiorum dissiparent, nec alique mulieres e contrario bona viri & filiorum, comedendo, luxurando &c.) sed loquimur de peccato luxurie, vt loquitur Scotus in. ij. dist. vj. q. ij. de peccato luciferi & adæ, qui eos dicit hoc peccato peccasse, id est quadam dilectione excessiua sui & sibi cōuenienti. Tum suæ beatitudinis, quia beatitudinem luxuriose, id est excessiue appetiuit, videlicet, quia sine meritis, dicēs, ero similis altissimo, id est sicut altissimus. Sic etiā Adam luxuriose isto modo appetit, scīentiam boni & mali. Luxuriæ ergo peccatum in eis (secūdam istum doctōrē) fuit, dum immoderate vnus suam beatitudinē sibi conueniētem, alter scientiam boni & mali vltra eius eōditio exigebat, appetijt. Ideo dicit iste doctōr, qd peccatum angeli non fuit superbia, saltem primum peccatum, sed magis accessit ad luxuriā, eo qd omne peccatum, in quo appetitur aliquid vltra quod sibi conuenit, & cum delectatione, pertinet ad luxuriā. vt cum herba plus crescens qd opus sit ad fructum, dicitur luxuries, vt Nebrissenis secundum maronem in procemio dicit, Luxuries illa segetum procreauit, quam depascendam maro precipit. ¶ Ideo in proposito dicimus, qd homo luxuriose se habet in vsu & exercitio istorum temporalium: non quidem intelligendo vulganter & cōmuniter propter carnis delectationē: sed propter excessum in his quæ propriam operationem excedunt. Et ita luxuriosa dicitur dissipatio in rebus temporalibus & exercitio illorum, cum in illis vltra propriam & sibi conuenientem operationē se exercet. Idcirco in presenti sermone de isto exercitio in rebus tēporalibus & eius processu, in quo ab habitante in hac regione longinqua huiusmodi substantia dissipatur, dicemus duo. Primum, quod est proprium hominis exercitium circa ista temporalia vt non superflue regantur, sed debite administrantur sine illorum dissipatione. Secundum, quomodo in regione longinqua peccati propter carentiā debiti regiminis ista bona tēporalia dissipantur. Et conformiter ad hæc expositio euangelica. ¶ Prima pars.

I E primo ponitur fundamētum Aristoteis secūdo de anima, qd completa perfectio hominis nō consistit solū in actu primo, scilicet habere animam rationalem & cetera sibi essentialia, & necessaria ad esse eius, sed est & manifestatur in actu secundo. Dicimus actū

primum, illud quod ponit hominem in sua essentiali & intrinseca ratione & propria. Actum vero secūdam intelligimus & appellamus, eius naturalem & sibi conuenientem operationē. Ratio dicti videtur esse, quia non est aliqua creatura, quæ nō habeat aliquā virtutē mediante qua potest exire in operationem sibi propriā, vt comentator dicit, Qui aufert proprietatē à rebus, aufert earum naturas. vt ab igne calefacere, ab aqua frigiditatem, & ab homine intelligere. Et confirmatur ex platoniorum opinione cōtra stoicos decentium, qd felicitas hominis in actu consistit, & nō in habitu, vt potest poni exēplum in citharizante. Et satis conformis est sacre theologiæ de felicitate nostra supernaturali (quæ in visione Dei consistit) immo & felicitas, diuinarum personarū in actu comprehensiuo diuinæ essentia, Vnde Christus dicit, Hæc est vita æterna, vt cognoscam te verū Deum &c. ¶ Hoc fundamēto iacto dicimus, qd de primo homine dicitur in Genesi, qd posuit illum Deus in paradiso voluptatis vt operaretur & custodiret illū. Duplicem autem operationē habuit homo ante lapsum, Vna fuit spiritalis, vt cognitio creatoris, scilicet meditandi, diligendi &c. & vt illum in creaturis cognosceret: de qua operatione inquit saluator, Operamini cibum qui non perit. Altera fuit corporalis, videlicet aliquod exercitium: non ad necessitatem, sed ad delectationem, & ad experiēdum vires naturæ: & exinde ad cognoscēdas res ipsas, & creatorem in eis, & hoc per donū infusum ipsius Dei, secundum quod nomina illis creaturis imposuit: & ita sciret illis vti secūdam earum proprietates ad meritum vitæ æternæ. Quod ex textu elicitur, dū dicitur, qd adduxit Deus omnia coram Adam, vt videret quid vocaret ea, & quod imposuit, hoc est nomen eius, id est cognouit illarum proprietates, & sic nomina ad vsu earum imposuit. Creaturæ igitur homini ante peccatum datæ sunt ad illud duplex exercitium referibile in creatoris laudem: sicque esset meritorius, nec illa portio in illa regione dissiparetur. ¶ Verūtamen creaturæ istæ sensibiles post peccatū datæ sunt ad duo exercitia. Primo in poenitentia ab illo summo poenitentiario Deo, vt habetur in Genesi, In sudore vultus tui velceris pane tuo, donec reuertaris in terrā de qua sumptus es. Quasi dicat, Hoc sit tibi in poenam peccati, vt quia ante sine labore & difficultate (immo cū delectatione) vsu habebas creaturarū, quōd modo vtaris illis cum

De dissipatione substantiæ temporalis. 39

cum labore: & hoc donec reuertaris, id est per illas in terrā de qua sumptus es, scilicet in immortalitatem, quæ per culpam à te sublata est. Secundo datæ sunt ad exercitium meriti, ideo dicit, donec reuertaris, id est per meritum in illam terram viuendum. Quæ expositio duplex ponderanda est, videlicet in sudore, & reuertaris: quia in primo significatur poenitentia, in secūdo meritum. ¶ Ex quo sequitur, qd exercitium & operatio circa istas creaturas sensibiles à domino datum est, primo ad meritum, secundo ad poenitentiam, videlicet, vt ad illa tanq̄ ad medicinalia, id est ad supplēdum defectū nostrum, accedamus. Ideo Augustinus vocat illa medicinalia in libro confessionum dicens, Gratias tibi ago domine, qd cum temperamento ad medicinalia accedo. Secundo sequitur ratio, quare alijs animalibus data sunt arma defensiva, item victus sine ipsorum opere & labore, homini vero nil horum, & cum labore. Eo, qd illi dedit rationem, qua exire possit per discursum & actum considerationis ad opera exteriora diuersorum exercitorum, & sibi ex hoc providere de victu, & velitu, & defensione à nociuis, ad quæ opera exteriora ordinantur. Hæc autem est potissima causa, quare anima libus non est indita cupiditas comedēdi aut bibēdi vltra necessitatem: homini autē sic, quia non est propria sibi, sed supplēdi necessitate, & hoc ex peccato. Ideo in homine oportet habere circa illa tēperamentū, quia excedere potest (secus in animalibus alijs.) Ideo Augustinus dicit, qd sunt medicinalia, ne superfluitas, & luxuria in illis inueniatur. Exēplum, Quia in medicinalibus nil sumitur vltra id qd necessitas salutis exigit. Sic isto modo exteriora temporalia medicinalia sunt, nec plus qd necessitas victus seu velitus exigit, sumenda à nobis essent. Quoniam qui plura temporalia nititur habere, vltra hoc, ostendit maiorem necessitatem habere, vel in re, vel in voluntate: & si est in voluntate, tunc ostendit se dissipare velle substantiam huiusmodi, & luxuriose vltra debitum, & excessiue. vt dicitur, qd dissipauit substantiam suam viuendo luxuriose. ¶ Verūtamen quid requiritur ad istud nō excessiuum seu luxuriosum exercitium, regius propheta t̄git dicēs, Exiuit homo ad opus suū & ad operationē suam vsq; ad vesperā, Dicēs autem (ad opus suum) t̄git necessitatem post peccatum (quasi dicat vulganter a su menester.) Dicēs vero (ad operationē suam) tangit exercitium meritorium:

quod est in propria operatione hominis, secūdam qd homo est. Vterius tangit tria, quæ requiruntur in isto exercitio nobis isto duplici fine dato vt tēporalis substantia non dissipetur viuendo luxuriose. Primo debitam conscientiam, dicens (ad opus suum.) Secundo debitam conuenientiam, dicens (ad operationem suam.) Tertio debitam permanentiam, dicens (vsq; ad vesperam) quæ tria notat florentinus in summa. ¶ Primo requiritur bona conscientia, vt scilicet sit artifex christianus, de quo apostolus inquit, Opus suum probet vnusquisq; id est examinet, quæ examinatio consistit in tribus. Primum si est rectum in intentione. Nam vt dicit beatus Ambrosius, intētio operi tuo nomen imponit. Et topica Aristotelis, Cuius finis bonus est, ipsum quoq; bonū est. Ideo in lege veteri præcipiebatur offēri cauda animalis, & nō sine causa: quia cauda est finis animalis, & intentio finis operis. Et sic per consequēs opus inde sequens. Quod sane intelligēdum est, scilicet in his, quæ de se bona sunt: nam quæ de se sunt mala, nullo fine appposito quātumcūq; bono, bona esse possunt, vt furari propter elargiendam elemosynam, vel luxuriari cum aliena propter prolem &c. R. Ecitudo huius conscientia circa finem seu intētionem in his temporalibus consistit, vt finem principalem in operatione habeat Deum, vel propter Deum, licet minus principalis sit temporalis. Exemplum potest poni in mercatore, qui negociatur propter sustentationem vitæ, & propter Deum, vel succurrendū proximorū necessitatibus, & rem publicam. Tunc licita erit talis negotiatio, si principalis finis sit deus, immo meritoria, seruatis seruandis. Hinc apostolus dicit. Siue comedatis, siue bibatis, siue aliquid aliud faciatis, semper in laudem Dei facite. Glo. scilicet principaliter. Applicare poteris facilius plura opera quæ facimus: quia licet finis propinquus sit aliquod honestum, vt puta dare elemosynam, vel subuentio necessitatis suæ vel proximorū: vltimustamē debet esse ipse Deus. De vltimo fine est autoritas apostoli supra allegata. De p̄p̄nquo autē tē habetur in Luca, Dignus est mercenarius mercede sua. ¶ Secundo bona conscientia est, vt examinet opus, si est licitum in prohibitione. ps. dicit, Odisti omnes qui operantur iniquitatem. Iniquitatem operatur ille, qui facit artē vel operationem illicitā, vel à Deo, vel ab ecclesia prohibitā. vt opus meretricū, vsurariorū, taxillatorū, chartarum, habendo ludum cotidianum, & publicum in suis

Scotus.

Esaie. xliij.

Genes. iij.

Nebrissenis.

Comentator. ij. Metaphysicorum. Platonic.

Ioānis. xvj.

Genes. ij. c.

Ioānis. vj.

Genes. ij.

Genes. iij.

Augustin.

Augustin.

Psalm. ciiij.

L

Ad Gal. vj.

S. Ambrosius. Aristote.

j. Corint. x.

Glo.

Lucæ. x.

Psalm. vj.

Secūda clausula. Sermo. xvi. Feria. iiii. post secundā.

domibus. Et etiam illa, quæ & frad aliquem bonū vsum possunt seruire, tamē vt plurimum vtūtur illis in malum, sunt in statu damnationis æternæ: quia virtualiter fabricant, & vèdunt peccata. Declara bene, & forma reprehensionē. Similiter exercentes artem prohibitā personæ vel statui, vt ne-

Augustin⁹. gociatio clericis, vt Augustinus. lxxxviii. distin. ca. fornicari. inquit, Fornicari nunq̄ licet: negociari aliquando licet, aliquando non licet. Anteq̄ clericus fias, licet: postq̄ clericus factus es, non licet. ¶ Tertio examinare debet consciētiam, si opus suum est cum debita discretionē: quia nullum opus merito erit, nisi debitis circumstantijs perornetur, videlicet, debito tempore, & loco exercentur, & fiat.

Gene. iiii. Vnde in Genesi secūdam translationem. lxx. habetur, q̄ dictum fuit Cain, Si recte perferas, & non recte diuidas, peccasti. Exponit beatus Augustinus, id est, Si facias opus de se bonum seu licitū, & non cum debita circūspēctione, peccatum est. Ex hoc poterit formari reprehensio contra negociantes in ecclesia, & tempore festorum, & huiusmodi in diebus festiuis, quod alias esset licitum. Nec excusantur sub titulo pietatis: quia obedire oportet ecclesiæ prohibenti, alias erit dissipatio in tali exercitio huius portionis. ¶ Secundo requiritur ad bonam & rectam operationē, vt sit debita cōuenientia, quia dicit (ad operationem suam.) Operatio namq; hominis exterior potest dici sua, quia conuenit ei ex inclinatione, quia secūdam Aristotelem delectatio perficit opus. Clarum est & experientia constat, vnum magis inclinari ad vnam operationem q̄ ad aliam. Nam vnus ad pietatem, vt Iob dicit. Ab infantia creuit mecum miseratio: & de vtero egressa est mecum. Ideo Albertus magnus dicit, quod melancholici magis inclinantur ad poesim, phlegmatici ad moralem, cholericus ad metaphysicā, sanguinei ad naturalem. Formetur ex hoc reprehensio, quomodo ex hoc non exeunt recte ad operationem suam: quoniam quilibet vult artem ad suum propositum. Et hæc est causa, quare in mechanicis tot exorbitationes fiunt. Hinc cancellari⁹ Gerson ponit documētum pro pueris educandis, scilicet q̄ attendatur in eis ad quam artem magis inclinantur, vt sic operatio postea sit sua: quia alias præbent eis occasiōem dissipationis substantiæ temporalis, & viuunt postea pauperes &c.

¶ Verūtamen ponderandum est in hoc, q̄ quædam sunt artes. Primo, quas inuenit necessitas, vt agricultura, textoria: & huiusmodi ad victum &

vestitum necessaria, quæ bonæ sunt, vt agricultura, seruatis seruandis, scilicet non furando alterius hereditatē nec in toto, nec in parte: & non damnificando vicinū. Osee dicitur, Araftis impietatē, comedistis frugem mendacij. Et etiam soluēdo de cimas &c. Et erogādo pauperibus. Hęc ars & exercitiū processit ex illa penitentia data homini (quā diximus, scilicet in sudore vultus tui &c.) Sic legimus de Noe post diluuium, q̄ fuit vir agricola: similiter, q̄ induebatur ex artificio de pellibus animalium. Primus pastor Abel etiam continuauit hanc artem. Secundo sunt aliæ artes inuente à cupiditate, vt negociatio propter lucrum: in qua non inuenitur nisi stercus cupiditatis (de qua dicemus in sequētibus) hæc illicita est. Isto modo nec operatio propria hominis. Et hinc sequūtur peritua, mendacia, deceptiones &c. Ideo substantia talium stabili esse non potest, nec diu durare, vt experientia in multis videmus. Tertio sunt aliæ artes, quas inuenit vanitas, vt illæ, quæ deseruiunt vanitati, & ornati iactantia, vt ars ferici in magna parte. Et ars vulgariter dicta de trepar sotularia, & alias vestes. De quibus dicit Chrysostomus super Matthæum, q̄ ab arte textorū multa abscindere oportet, quia ad luxuriam deduxerūt & necessitate in. Ex quo patet, q̄ pro illicita debet haberi ars, quæ non ad bonum vsum prodest, sed ad vanitatem, vt ars fucandi & faciendi veronicas diaboli. Quanto magis ars, quæ obest, vt faciendi venena, taxillos, scissuras vestiū, camisiarū, colletū, in quibus in duplo excedit valor manus, q̄ substantia illorum sit: & ita vbi non est debita cōuenientia in his operationibus, dissipatur hæc temporalis substantia.

¶ Tertio, ad rectam operationem requiritur debita permanentia, in hoc, q̄ dicit (vsq; ad vesperā) quod intelligi potest tripliciter. Primo, nō parum operando, vt sunt illi, qui vacant otio. Quibus potest dici illud Matthæi, quid statis hic tota die ocio siratione cuius ociositatis deueniunt in pauperiē: & sit ex incuria eorum, non cogitantes, quomodo hæc exterior operatio est pœnitētiā & ad meritum est ordinata. Secundo, vt notet continuationem operationis nō solum pro sua necessitate, sed vt habeat vnde tribuat indigenti, vt Apostolus faciebat de die prædicando, & de nocte sportulas faciēdo, vt pauperibus aliquid erogāduum haberet. Tertio, vt notet talem permanentiam securitatis, q̄ in tali officio & dignitate velit viuere, in quo vel let secure mori, & ita non remanere in aliqua arte

De dissipatione substantiæ temporalis. 40

illicita vsq; ad mortem. Super quo magnam poterit prædicator facere reprehensionem de procrastinantibus in aliquo malo, & perseuerantibus: in quo nullo modo vellent mori pro toto mundo. Ecce ergo exercitium hominum in sua operatione circa temporalia, vt huiusmodi substantia non dissipetur. Et sic patet primum principale.

¶ Secunda pars.

M Secundo, videlicet, quomodo huiusmodi substantia in his exercitijs dissipatur, constare potest esse in duobus generaliter consideratis. ¶ Primo, in defectu. Doctores exponentes illud Psalmi. lxxij. Diuinæ si affluant, nolite apponere cor, dicit, quod aliud est diuitias amare, & non habere: aliud habere, & non amare: & aliud nec habere nec amare: & aliud habere & amare. Primum vanū & infructuosum est. Ecclesiastici. v. cap. Qui amat diuitias, scilicet nimis, fructum non capiet ex eis. Secundum autem difficile, vt Ecclesiastici dicitur, Beatus vir qui inuentus est sine macula, qui post aurum non abiit, nec sperauit in pecuniæ thesauris. Quis est hic, & laudabimus eum? Tertium certe est perfectorum, vt Salomon dicit, Duo rogauit te, ne deneges mihi, anteq̄ moriar. Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, sed tribue tantū victui meo necessaria. Nota, quia petit, ne in mendicitatem deueniat, vt ne in impatiētiam deducatur. Diuitias autem ne sibi dentur petit, ne superfluitate vsus deducatur in defectum circa quos tenetur, & ita illas dissipet. Quartū tandem periculosum est, immo impossibile intrare cœlum, vt ipse saluator inquit, Facilius est camellum intrare per foramē acus, q̄ diuitem intrare regnū Dei. Exponit beatus Hieronymus, Nisi deposita gibba, id est amor & crudelitate. Hinc doctores dicunt, q̄ facere elemosynam de necessarijs, perfectionis est, & magni meriti: nō facere de superfluis, & his quæ superant, magnæ est crudelitatis. Ideo negare & deficere dum se offert necessitas in proximo, dissipare est, vt Ioannis dicitur, Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit necessitatem fratrem habere, & clauerit viscera pietatis ab eo, quomodo charitas Dei manet in illo: Substantia huius mundi supponit pro superfluo, non pro necessario sui, & fuorum. Quilibet enim tenetur ad erogationem superflui in casu, & non necessarij. Nam plus tenetur sibi q̄ alijs in casu necessitatis æqualis. Et ita substantia dicitur primo à substantia, quia debet sustentare habentes & alios in suo

casu. Quid enim sustentat aurum in arca? Secundo, quia necessaria sunt, quæ sustentat: superflua autem, magis minuunt substantiam. Similiter dicit (clauerit viscera) quātum ad effectum si potest: vel sibi retinendo, quod alijs in tali casu tenetur: tunc luxuriosa retentio est, & ita dissipat substantiam istam, propter defectum, videlicet, non ordinando illa, ad quod data sunt.

S Secundo, dissipatio consistit in excessu. Sanctus Thomas in. ij. q. cxix. ar. j. dicit, q̄ in moralibus attenduntur virtutes penes excessum vel defectum respectu vitiorum adiuicem, sed diuersimode. Nam quantum ad affectum diuitiarū avarus superabundat, plus debito diligēs eas: prodigus autem deficit, minus debito sollicitudinem earum gerens: & sic opponitur liberalitati per defectū, (quia liberalis diligit eas vt debet) sed quantum ad exteriorem vsum prodigus excedit in dādo, & deficit in retinēdo vel adquirendo, non curando de illis: & ad avaritiam pertinet econuerso deficere in dando, & excedere in retinendo. Et ita prodigalitas opponitur avaritiæ, & quandoq; coincidit: quia est prodigus in vno, & avarus in alio. vt quidā in domo sunt multum auari, & circa vanitates prodigi, circa pauperes auari, & circa mundum prodigi: ista efficiunt peccatū, quia opponuntur virtuti charitatis & proximorum sibi coniunctorum. De quibus ps. In diluuiō aquarum multarum ad eum non approximabunt. Aquæ fluxibiles, sunt diuitiæ, & bona temporalia, quæ de vno in alium fluunt, & currunt de manu in manū. Et sicut diluuium est excessiua inundatiō aquarum, sic significatur excessiua earum dispensatiō vel potius dissipatiō. Isti tales non appropinquāt ad Deū in isto diluuiō, quoniam Deus liberalissimus est, & sua dona temporalia secūdam dispositionem suæ sapientiæ effundit sine aliqua dissipatione: hi vero prodige illa expendunt, inuitantes diuites relictijs pauperibus in fame. Econtrario Christus, qui sub illa parabola iussit inuitare debiles & claudos ad suam coenam, quod beatissima virgo in suo cantico magnificans inquit, Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Habemus figuram, q̄ cū illa vacua vasa essent impleta oleo, non effundebatur: quia a Deo erat procuratum oleum, & ita stetit oleum ne effunderetur. Dicatur quomodo effundunt mundani expendendo in mundanis, & quasi in vase immundo ponendo, scilicet in mundo, non autem in pauperibus. Deberent profectio

N s. Thomas

Psal. xxxj.

Luca. xiiij.

Luca. j. iij. Regū. iij. cap.

D

Osee. x.

Genesis. ix.

s. Chrysost.

Matth. xxv.

Apostolus

Secūda clausula. Sermo. xvi. Feria. iiii. post secundā.

isti miseri computare inter se quid expendunt in vanitatibus, in ludis, in letigijs, in inimicitijs: & inuenirent, quod nec millesima pars expenditur in Dei seruitio, ideo luxuriose viuendo dissipāt huiusmodi substantiam in hac regione longinqua permanendo. Et quia ista portio tam facilis est ad dissipandum, ideo Christus suis dilectis discipulis Ioanni & Iacobo illam petentibus respondit, dicens, Nescitis quid petatis, vt habetur in Euāgelio hodierno

Euāgelij.
Matth. xx.

DE primo literaliter dicatur, quomodo ascendente Christo Hierosolymam, scilicet a Galilæa (quæ in basso erat) assumptis illos duodecim: quia Iudas & si esset malus quo ad latrocinium, non adhuc erat quo ad proditorem: cuius occasionem sumpsit ex effusione illius vnguenti, quod vendi poterat trecentis denarijs, vt habetur in Marco, erat tamen dissipator illarū paucarum pecuniarū, quæ illi sancto collegio pro eius sustentatione largiebatur. Verum dicit, quod assumpsit secreto. Tum primo, quia secundum Chrysolomum incomparabilis thesaurus (vt erat Christi passio) non erat recondendus nisi in vasis electis. Caritas nostra certe est non magnificere huiusmodi reuelationem nobis christianis efficaciter factā, vt saluator patri confitebatur dicens, Confiteor tibi pater, domine cœli & terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Tum secūdo, ne cæteri imperfecti ex huiusmodi reuelatione turbarentur: & maxime mulieres illam etiam tunc sequentes, quæ ad fletum & voces faciles sunt. Tum, vt declinādo parumper a via, occasionem daret isti mulieri & filijs suis ista petendi: vt ex earum errata petitione, dissipationem huiusmodi substantiæ ostenderet. Et sequitur (& filius hominis tradetur &c.) vbi actus sue passionis declarauit. ¶ Verū tamen ad sensum moralem ista reducēdo dicimus, quod ad hoc ordinabatur illa separatio, & passionis eius quo ad illos quinq; actus reuelatio, vt ostendat ad hoc quod ista substantia temporalis non dissipetur, necessariam esse istorū quinq; sensuum (propter quos huiusmodi dissipatio fit) mortificationem: taliter, vt pas-

sio in eis non dominetur: quandoquidem omnes isti excessus & defectus fiunt, quia temporalia nō vt medicamenta suscipiuntur: sed ad luxuriam & superfluitatem, vt experientia in victu & vestitu videmus. Ideo oportet illa crucifigere, vt figuratim habemus in Iosue, de illis quinq; regibus, quos filij Israel concluderunt in spelunca, & postea collarum calcarunt: & tandem quinq; stipitibus affixerunt. Sic motus istorum quinq; sensuum (quibus tota vita tēporalis regitur, & substantiæ istius portio expenditur circa illos) recludendi sunt per custodiam, ne effrenate erumpant ad sua obiecta temporalia. Si erumpunt, sunt calcandi, ne preualeant. Et si calcatione non corriguntur, affigantur quinq; stipitibus, id est quinq; memorijs quinque actuum passionis Christi hic manifestata, vt vetus homo crucifigatur, vt Apostolus inquit, carnē suā crucifixerūt cum vitijs, & concupiscētijs: vt & ipse apostolus in persona sua fecisse testatur, Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. ¶ Vel quinq; stipites sunt. Primus, timor gehennæ. Secundus, dolor culpæ. Tertius, abstinentia corporis ne excedat. Quartus, labor operis in honesto exercitio, vt diuertat sensus. Quintus, largitio temporalium ne deficiat: & istam substantiam temporalium nec penes excessum vel defectum dissipet. ¶ Vel magis ad propositum quinq; stipites sunt. Primus, vt exerceatur in exercitio laborioso & poenitentiā circa artes necessarias. Secundus, non intendere circa artes inuētas a cupiditate. Tertius, nec circa artes, quas vanitas adinuenit. Quartus, ne deficiat in bonorū erogatione circa proximos. Quintus, ne excedat in prodigalitate circa illa, quia alias esset luxuriose substantiam istam dissipare. ¶ Tandem ponitur huius substantiæ incongrua petitio, & ad dissipationem ordinata dicens (dic vt hi duo filij mei sedeāt, vnus ad dexteram, & vnus ad sinistrā tuam in regno tuo) Quæ petitio fuit insufficientis & incongrua quo ad quatuor. Primo, quia peccabat in materia, petēdo quæ nec sunt, nec erunt. Nam in regno cœlorum nō est sinistra, quia omnes electi stabunt a dextris. In illo etiā regno omnia sunt læta, & nil triste vel sinistrum, omnia prospera, nil aduersum. Secūdo ratioe formæ & ordinis, quia postero ordine petitur regnū sine meritis & operatione, terminus sine via, sedes ante laborē. Cuius ratio esse potest, quia secūdo Thomā in. iij. par. q. xix. ar. iij. licet prædestinatio non supponat meritā, illius tamen effectus cōsequitio non est sine

Iosue. x.

Ad gala. v.

Ad gal. vj.

S. Thomas

P

De dissipatione substantiæ tēporalis.

41

Scotus. meritis. Scotus autem dicit, quod etiam merita cadūt in prædestinatione vt media quedā. Quidquid sit, ex vtroque habetur, quod ad effectum prædestinationis cōsequēdum, scilicet sedere in illo regno Christi cœlesti necessaria sunt merita, & præcedere debent in nobis. Tertio ratione causæ, quia hoc petebat intuitu propinquitatis secūdam carnem sibi dari, cū in re veritate nō detur nisi propinquis secūdam fidem & charitatem, vt ipse saluator inquit, Quicumque fecerit voluntatem patris mei, hic frater, mater, & soror est. Quarto intentione. Putabant enim regnū suum esse terrenū, cum oppositum dixit, Regnum meum non est de hoc mūdo, id est de istis, qui mundaliter viuūt. ¶ Ultimo ponitur responsio Christi, per quā ostendit huius substantiæ exercitiū dicētis, Nescitis, quid petatis. Potestis bibere calicem, quē ego bibiturus sum? Ponderandum est, quod cum mulier istam petitionē proposuisset, nō ad illam, sed ad illos responsionem dirigit dicens, Nescitis, quid petatis. Quasi per hoc innuere volens, nō esse contēdendum cū mulieribus, maxime viduis. Formari potest reprehensio, quod litigia sumūt contra mulieres viduas, & desinūt litigare viuētibus maritis: at vero mortuis illis, contra eas earumque bona insurgūt, vidētes quod non possunt defendere: & ita quasi dilatione festæ, dimittāt litigare, & defensionē suam. Aequum certe esset, vt principes cōderēt leges particulares pro illis & pro pupillis studentes breuitati, ac sine strepitu & formalitia humana conuinceretur. Sequitur (potestis bibere calicem, quē ego bibiturus sum?) Per quod assignat eorum exercitiū in isto mundo circa ista medicinalia. Nam calix secūdam magistrū in historia scholastica est vas in quo medicinalia sumuntur amara, & in mēsurā. Sic istud exercitiū cum sit medicinale (vt diximus) debet sumi in mensura, ne defectus vel excessus in illo inueniatur. Vel secūdam Remigium passio Christi est calix, & ita passio suorū quo ad duo, scilicet vt mors & alia illata patiēter tollerentur, etiā subtractio istorum tēporaliū: & vt animus paratus sit ad sustinēdum quæcūque poenalia, etiā mortē. Hinc dicūt sancti, quod sunt duo genera martyrij: alterū in aperta persecutione: alterum in carnismortificatione & maceratione. Dicit ergo, potestis &c. Quasi dicat, Potestis istis tēporalibus carere etiā vsque ad mortis tollerationē, sicut ego, qui nō habeo, vbi caput reclinē, & pro omnibus moriturus sum? Dicunt, Possumus.

Scotus.

Matth. xij.

Ioan. xviij.

Magister hito.

Remigius.

Doctores.

Primo possumus, cū tuo adiutorio. Secūdo possumus, ad tui imitationē, cū noster capitaneus sis. Tertio possumus, cū pro istorū contēptu, & relictione tantū premiū nobis promittitur. Cōcludit, Calicē quidē meū bibetis, sedere autē ad dexterā meam, vel sinistrā, nō est meū dare vobis, sed quibus paratum est a patre meo. Quasi dicat ad propositū nostrū. Licet sit meū dare vt a patre habeo, vt Ioānis dicitur, Dedit omnia pater in manus. Et Matthæi dicitur, Voca operarios & redde illis mercedē. tū nō est meū dare vobis, scilicet petētibus ista ad dissipandū, & in regione longinqua peccati cōstitutis, sed illis, qui per ista tēporalia cupiūt lucrari cœlestia.

DE secūdo principali breuiter dicitur, quod facta est cōtentio inter decē, quiseorū videretur esse maior: & vnusquisque allegabat præfessionē suā particulari ratioe. Vt petrus, quia caput. Andreas, quia primo vocatus. Bartholomæus, quia ex regio sanguine. Iudas Icarotes, quia procurator eorū, & maior in domo &c. Christus autē hoc dānū excludere volēs a suis, inquit, Principes gentiū dominantur eorū, & potestatem exercēt &c. nō erit ita inter vos: sed quicumque voluerit fieri maior, erit vester minister &c. Nota quod secūdu sanctū Thomā præfesse ad bonū subditorum, bonū est: sed præfesse vt seruiliter subijciat aliquē ad bonū propriū, hoc est de generare a vero principatu. ¶ Notate domini, qui habetis subditos: nō enim præestis, vt seruiliter vobis seruiāt (quia tyrāni eritis) sed vt taliter præficiatis eis, vt licite de laboribus illorū sustentari possitis: non quia præestis, sed quia eis vtilis estis. Ideo inquit, Principes gētium dominantur eorum &c. scilicet nō proficiēdo, sed opprimēdo: hoc autē officiū gētiliū principū & dominorū est. Dicatur de quadā lege iniqua in hoc nostro regno, vt domini in suos subditos habeāt a iure facultatē bene & male tractādi eos. Sed vos christiani non sic, sed qui vult maior esse in præfessio, debet esse minor in interesse suo, & cōmodo, & maior in profectu subditorū. Habere autē primatū in Christi ecclesia, nō est habere dominiū, sed seruitutē. Hinc supremus in ecclesia, scilicet Christi vicarius, in bullis suis se seruū seruorū dei appellat. Velle autē habere primatū inter christianos, nō est isto tēpore laudabile: erat autē tēpore apostoli Pauli & primitiæ ecclesiæ, in quo eo ipso quo præficebatur in dignitate, exponebatur martyrio: & ita qui tunc episcopatium desiderabat, opus bonū desiderabat, scilicet martyrium, & persecutiones, ad quas obligabat

Ioānis. xvi.
Matth. xx.

Thomas.

Q

Secūda clausula. Sermo. xvii. Feria. v. post secundā.

status. Modo est tanta abundantia in redditibus, tantus excessus in expensis (quia ad oculum ceruimus ipsam dissipationē) ideo Christus cōtendens super his, nō vobis erit ita, sed dimittatis illud illis, qui sunt in regione lōginqua, qui hęc luxurio-

se dissipāt: vos autē non sic, sed imitami humilitatē magistri vestri, qui nō venit ministrari sed ministrare, & dare animā suā pro multis: vt hic accipiāt gratiā, & in futuro gloriā. Ad quam nos perducatur Christus, qui cū patre & spiritu sancto viuūt. &c.

Sermo decimus septimus. Feria quinta post secū-

dam dominicam. De dissipatione secundæ partis tertiæ portiois substantiæ temporalis, per translationem non mere liberalem in alterum. Sub isto themate.

¶ Ibiq; dissipauit omnia bona sua, viuendo luxuriose. Ex parabola Lucæ. xv. cap.



VISO SER-mone præcedēti quomodo ista portio substantiæ temporalis in se dissipatur viuendo luxuriose i exercitio non sibi cōuenienti, & operatiōe propria hominis, videlicet cum bona consciētia, debita cōuenientia, & debita permanētia, & sic dissipauit substantiam illam penes defectū & excessum.

In præsentī sermone dicendum est de alio modo dissipadi istam tēporalem substantiam, scilicet excedēdo in exercitio cōmputationis illius a se in proximum per actū nō mere liberalem, vt est in emptiōe & vēditōe. De quo dicitur, q; ibi dissipauit substantiam suā, viuēdo luxuriose. Sed prius salutetur virgo Maria. ¶ Argumētum sermonis.

Ria fundamēta præsupponēda sunt secundum sanctū Thomam. ij. q. lxxv. ar. j. & ij. & Scotum in. iij. distin. xiiij. q. ij. Primū, q; res istæ exteriores, si considerētur secundum suā naturam & mutationē Dei sunt, & in cōmuni & in particulari. Ratio, quia nō solum eo q; ab illo acceperunt esse quod habēt, sed quo ad earū mutationē solius Dei potestati subdūtur. Videmus enim q; eas nec in minimo homo mutare potest in natura earū, Deus autē sic, vt patet de aqua in naturā vini conuerfa. Sic Exodi de virga Moyfi in serpētem &c. Ideo solus Deus est illarū possessor, vt Genesis dicitur, Leuomanū meam ad dominū possessorem coeli & terræ. Et ps. Domini est terra & plenitudo eius. Verūtānē si creaturæ istæ cōsiderantur quā

tum ad vsum per respectū ad finē suæ productionis, omniū hominū sine differētia est eorū naturale dominiū. Ratio, quia propter hominē indifferēter illas creauit Deus, vt quilibet illis vteretur ad suā vtilitatē secundum legē à Deo præfixā: & ita sicut ista creauit non magis propter vnū hominē q; aliū, sic non sunt magis vnus hominis q; alterius, sed omnibus communia: nec vnus habet magis de proprietate, q; alius. Hinc beatus Thomas dicit, q; licet ista exteriora possideātur vt propria tanq; ad vsum propriæ necessitatis, tamen vltra illū omnia cōmunia sunt, vt egētib; cōmunicet, & de illis debet fieri trāslatio ad alios. Vnde Basilus exclamat aduersus proprietariū dicēs. Si tu diues agnoscis & fateris ista tēporalia prouenisse à Deo, nūquid iniustus est Deus, qui bona hęc in æqualiter donauit hominibus? Cur tu abūdas, & ille mēdicat, nisi tu bonæ erogationis & piæ cōmunicationis merita & brauia cōsequaris, pauper vero decoretur patiētiae meritorū? Ex quo potest patere, q; ista bona non sunt propria, sed fideli dispēlatione cōmissa. Tum primo, quia de illis exigēda est ratio, qualiter expēdiderim⁹. Tum secūdo, quia fit illorū ablatio, velimus, nolimus. Tū tertio, quia illa relinquimus hic, & nobiscū ferre nō possumus. Ergo cōclusum habemus, q; nō sunt nostra ista tēporalia, nec ius trāsferrēdi in illis secundum earū naturā habemus: sed solū quo ad vsum & fidelē dispēlationem cōformiter ad regulas & voluntatē principalis domini dei, cuius sunt. ¶ Secundum fundamentū, q; appropriatio in istis, vt vnus dicat, hoc est meum, & illud est tuum, legitime facta est, & fuit conueniens fieri. Tum primo, propter sollicitudinē adhibēdam, & negligētiam expellēdam. Nam si agri cōmunes essent, nemo illos coleret, & inculti dimitterentur. Tum secundo, ad excludendam malitiā, quia aut

De dissipatione eiusdem per mercātiā. 42

simul omnes colerent, & colligerent, & hoc videtur in cōueniens: quia cum fructus essent communes, nullus vellet sibi applicare laborē illius rei, de qua alter haberet fructū, cum illū sine labore haberet: aut alter coleret, & alius colligeret, & idem inconueniens esset: immo malus fortior alio, plus fructus haberet. Tū tertio, ad uitandā inimicitia, quia nūquā inter homines esset pax, cū omnes vellent eadē re vti, & fortior furriperet, vt dicitur in Genesis, q; Nerod erat fortis & robustus, & cepit esse venator, id est hominū oppressor. ¶ Hinc dicimus, q; post lapsum rerum appropriatio fuit iusta, & vt credimus lege positua, & cōsensu hominum introducta. Nam legimus in Genesis, q; Noe diuisit filiis suis terram. Sic etiā Abraham dedit fratri suo Lot optionē, ad quam partem vellet ire, ne iurgium esset inter pastores vtriusq;. Immo stricte loquēdo, duo primi fratres. Abel & Cain appropriauerūt sibi officia, vt Abel pastor esset ouiu, & Cain agricola, vt prouideretur duplici necessitati de qua sermone præterito. ¶ Similiter hæc appropriatio postea lege diuina fuit approbata, dū Iosue dicitur, q; terra promissionis fuit diuisa per funicula. ¶ Tandem hæc appropriatio lege Evangelica à Christo fuit ratificata dicēs, Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. Et præcepit Petro ire piscatum, vt censum pro ambobus solueret. Et apostolus dicit, Reddite omnibus debita: cui tributū, tributū, cui vectigal, vectigal. Ex his clare patet, quomodo ista appropriatio facta est (extra casum extremæ necessitatis) & ita sunt aliqui propria, q; non licet ab alio auferre sine hoc, q; illi teneatur. ¶ Tertium fundamentum est, q; ista appropriatio non est cuiuslibet ita propria, quin possit in aliū trāfire. Patet hoc, quia videmus: quæ sunt propria vni, trāfire ad hæredes eius, qui sibi succedūt in persona, vel ad alios propter alias causas: Verum ista trāslatio potest fieri tripliciter. ¶ Primo per actum mere liberalem, qui est donatio: vbi nō expectatur aliqua redditio, sed simpliciter trāferretur sine aliqua conditione. Ad quam (vt fit iusta) requiritur triplex cōditio. Prima, potestas ex parte dantis, Tum vt sit dominus rei, quæ datur. Ideo frater minor nō potest sine licentia prælati. Item filij familias, serui, vxores, &c. Tum ex parte dātis liberalis, vt nō sit nimis persuasione victus, nec deceptus, nec coactus. Nam coactio & deceptio excludunt voluntariū, vt dicit Aristoteles. iij. ethicorum. Secunda cōditio est, ex parte illius cui dona-

tur, scilicet potestas recipiendi. Ideo frater minor ex regula nō potest in se recipere donationē. Et in his quæ eis donātur, Ecclesia romana in se recipit proprietatē donatorum, & syndicus ab eis per priuilegium nominatus (qui syndicus ecclesiæ romanæ dicitur & est) dat & conuertit res ipsas, vel fructus ex eis habitos in vsum fratrum, vt in eis sit vera paupertas. Vt in fratrib; cōuentualibus est videre, qui licet videātur habere possessiones sibi donatas & alia: nihilominus nil proprietatis in illis habent, nec in proprio, nec in cōmuni, nisi solū vsum per syndicū ecclesiæ romanæ ex priuilegio sibi cōcessum ratione studiorū, infirmorum, & aliarum cōmunium fratrum & monasteriorū necessitatū. Ideo satis in cōsiderate & vulgariter loquūtur, qui dicūt fratres minores cōuentuales habere aliquod propriū, nec in proprio, nec in cōmuni. Tertia cōditio est, q; illa donatio nō sit aliqua lege prohibita. Sic ea quæ recipiēs ad vfurā liberaliter donat vfurario, & si ex vtraq; parte sit liberalis, nō tamē est licitū recipere, eo q; prohibitū (de quo mane dicitur.) Sic vitator nō potest recipere aliquid & si liberaliter donetur, vt in capitulo exigit de cēsibus: ¶ Secūda trāslatio est liberalis, sed nō simpliciter, sed expectat redditiōē, scilicet tantū pro tātō, vt est in mutuo (de quo mane dicem⁹.) ¶ Tertia est trāslatio nō simpliciter liberalis, nec expectās redditiōē illius rei, vel tātum pro tanto: sed expectat redditiōem alterius rei. Et si est vnus rei pro alia re, dicitur permutatio. Si pecuniā pro pecunia, dicitur mutuū. Si vero rem aliquā pro pecunia & ecōuerso, dicitur emptio, vel vēditio. Ad quā translationem pertinet, & in illa fundatur ars mercātiæ, quod est vnū exercitium multū vfitatū in nostro tēpore. Vnde quia in isto exercitio & trāslatione rerū potest esse dissipatio huiusmodi substantiæ, & per hoc abire in regionē lōginquam: vt ne ista dissipatio fiat, de illa in præsentī sermone dicem⁹ tria principaliter. Primum legitimabimus ipsius mercātiæ opus, vt sit licitū, immo & meritorium, vt ratione illius hæc substantia nō dissipetur. Secundū assignabimus conditiones huius legitimi exercitij. Tertium ostendemus huius substantiæ dissipationem. Cum expositione Euangelij hodierni.

¶ Prima pars.

DE primo est supponendū, q; ista ars mercātiæ est vnū de illis tribus, quæ Alexander de alesponit dicēs, q; operatio hominis potest esse tripliciter. Primo, vel circa ea, que nullo modo be-

Secūda clausula. Sermo. xvii. FERIA. V. post secundā.

ne fieri possunt ex ipsa inordinatione actus, ut illa que prohibetur, scilicet blasphemare Deum, odire proximum, usurari, & fornicari, quæ secundum Aristotelem mox nominata, etiā pueris mala videntur. **Aristote.** Secūdo, vel circa ea, quæ nullo modo male fieri possunt, ut diligere deū ex toto corde &c. quia ut dicit **Scotus.** Scotus, quæ sunt de lege naturæ, nullo modo sunt dispensabilia. Tertio vel circa aliqua, quæ sunt indifferentia, quæ bene & male fieri possunt, sicut dare eleemosinā, vel ieiunare &c. Inter quæ mercantia ipsa cōputatur: quia non est adeo mala, quin bene fieri possit: nec adeo bona, quin male. Hinc Augustinus in libro quæstionū noui & veteris testamenti dicit, Fornicari, nunquā licet: negotiari aliquādo licet, aliquādo nō. Antequā clericus fias, licet: postquā clericus factus es, nō licet. Oportet ergo videre de licito vsu huius artis. Et pro isto ponuntur duæ propositiones. ¶ Prima, quæ ars mercatiæ & negotiationis est licita. Et probatur ratione multiplicis utilitatis. **Scotus.** Prima utilitas est generalis, quia secundum Scotum in. iiii. dist. xv. q. ij. Qui agros colūt in vna patria, non possunt portare fructus, quos ex illis collegerunt ad aliā patriā carētem illis: quia simul nō potest intendere agriculturæ, & trāsportationi illorū ad aliā patriā. Propterea ad utilitatem totius rei publicæ cōuenit, ut sint personæ sollicitæ, quæ huic exercitio deportandi res ipsas illas & sanas intendāt, quæ ex suo labore talis deportationis aliquod emolumentum, & lucrū habeāt, ut Apostolus inquit, Nemo vnquā militat suis stipendijs. Et Lucæ inquit saluator, Dignus est mercenarius mercede sua. Et apostolus. Quis plātat vineā, & de fructu illius nō māducat? Et in lege dicitur, Non claudes os boui trituranti. Et cæteri in hoc socij possunt ex hoc sustentari, quorū mercedem dominus præcipit nō detineri vsq; mane. Quare ergo mercatores ex hoc nō poterūt reportare salariū vel lucrum pro isto seruitio reipublicæ: maxime cōcurrentibus in illis industria, laboribus, in precijs alibi factis, ut inde minoris vēdantur. Item expēsis periculis, tā in terra quā in mari: maxime quia nō semper lucrātur in illis. Igitur mercatā ex hoc licita redditur. ¶ Secūda ratio est specialis utilitatis, ratione reuēditionis. Nam reuēdere ex se nō est illicitū. Nam si agricultor vult vēdere bladū, & nō inuenit quis emat, vtile erit reipublicæ esse aliquē, qui ab illo emat, & pro blado det pecuniam: & iste qui emit, seruet illud, pro illo tēpore quo erit necessariū indigenti. Et iste de industria, labore, expēsis, & alijs seruādis

vsq; ad illud tēpus, potest reportare modestum lucrum. ¶ Tertia ratio sumitur ex utilitate particulari. Quia ex defectu necessariorū in republica, cōtingit vītualia carius emi: immo & deficere. Vtile ergo erit cuilibet particulari inuenire in domibus illorū, qui illa emunt, ut seruetur, ut suæ necessitati & defectui prouideant. Quare ergo isti ex labore & cōseruatione istorū ad istam necessitatem supplēdam nō poterunt licite lucrū reportare? Ergo mercatā reipublicæ utilis & necessaria est. ¶ Secūda propositio: Mercantia nō solū est licita ex se, sed potest esse meritoria. Ratio, quia pro cōmuni regula habetur in theologia, quæ actus indifferentes, qui de se est bonus, & ex cōcircūstantia potest esse bonus vel malus, ex cōcircūstantia vltimi finis, potest esse meritorius. Cū igitur (ut diximus) mercantia est de actibus qui de se boni sunt ex genere, ergo si fundatur in charitate (remota cupiditate) actus eius meritorius erit. Hinc Chrysostomus super Matthæū inquit, Nemo christianus debet esse mercator, & si fuerit, proiciatur ab ecclesia. Verū secūdum sanctū Bernardinum ad hoc dicendū est primo, quod in hoc loco nō est tenendus Chrysostomus. Secūdo, quod hoc dixit per exaggerationē: quia pauci sunt, qui seruāt debitū moderamen, & sunt expediti à cupiditate. Tertio ratione periculi, quod in ista arte est: propter quod Magister in. iiii. dist. ponit illā inter periculosa officia, & poenitentiam impediētia. Quarto & melius, quia illā mercatiam reprobatur, quæ fit propter cupiditatem & solum lucrū principaliter: maxime in illis, qui nullā diligentiam apponūt, aut excessiuum lucrū reportāt (ut illi qui vulgariter dicuntur recatones.) Ideo saluator, ut dicitur in Euāgelio, eiecit emētes & vēdentes, assignās rationem eiectionis: quia fecerunt domum ecclesie spelū camlatronum. Secus autē mercantia licita est, & meritoria esse potest.

¶ Secūda pars.

DE secundo, videlicet de legitimatione exercitij, ut huiusmodi substantia in illo nō dissipetur, oportet seruare tres cōcircūstantias legitimantes. ¶ Prima est cōcircūstantia personæ, si est in clericatu, aut sperat esse. Quia si est in clericatu, illicita est, ut Apostolus inquit, Nemo militans deo, implicat se secularibus negotijs. ut habetur ex auctoritate Augustini, ut supra. Verum tamen est, quod secundum Alexandrum in tertia parte. q. ij. potest clericus in casibus in hoc exercitio incidere. Primo, dum artificio honesto acquirit vi-

De dissipatione eiusdem per mercantiam. 43

etum, potest opera illa vendere, & instrumenta emere, ut creditur Apostolus fecisse in artificio faciendi sportas &c. Secūdo etiam potest vēdere blada, vinum ex beneficio, & ex proprijs incrementis proueniētia. Tertio pro sua necessitate: & si super sunt, potest illa reuēdere, & lucrum inde suscipere, cum id nō ex officio facit. Quarto illa quæ proueniunt ex decimis potest impinguare, oues, vel boues ex hoc prouenientes, ac illa vendere. Verum quia hoc vltimū aliquā speciem habet mali, oportet ab illo quātum poterit abstinere. Iuxta apostoli Pauli doctrinā, Ab omni specie mala abstinete vos. Similiter ex parte cōcircūstantiæ personæ requiritur, quod istud exercitium non nimis exercitetur: quod erit nimis, quando vltra necessitatem suā & familiaritatem ac reipublicæ nimis implicatur, quia in hoc ostēdit se ex effrenata cupiditate illud facere. Vt est videre in his mercatoribus, qui totū ambiunt, totū arrēdant, tam bona comitum, seculariumque dominorum, quæ ecclesiasticorū, scilicet archiepiscopatus, episcopatus, abbatias, archidiaconatus, etiā beneficia curata. Quod nō est multum securum. Tum, quia illa bona sunt annexa spiritualibus: & eorū priuilegijs gaudent: & ita nō deberet, nec aliud in vsibus prophanis conuerti (ut fit.) Tum, quia occasio est, ut beneficiati nō intendat circa oues suas, nec illas visitēt, & cognoscant: quod fieret, si ad beneficia vidēda (ad minus tēpore collectionis reddituū) irent: quod non fit, cum habeatur in cōtractu arrēdationis illa clausula in portatiles. Tum, quia isti arrendatarij cōmuniter (ut lucrum habeāt) faciunt plures extorsiones in personis & bonis parochianorum, præsertim de fructibus dando ad tēpus, (quod est vsura) quod nō faceret ipse curatus & beneficiatus. Tum, quia alienat fructus ab illa parochia, ut aliās vēdat: quod nō fieret à beneficiato. Tum, quia ipsi arrendatarij ad extorquendum lucrū mouent litigia super officia ecclesiæ sic & seruitio illius, ut experiētia videmus. Tandem ex parte cōcircūstantiæ personæ requiritur, quod negotiationē non vertat in dānum reipublicæ, ut fit aliquādo. Nam mercatores inuicem cōueniūt, ut res venales, quas habent in manus, nō vendant nisi pro tali precio, & sic caritatem illarū in republica introducāt, ex hoc arguitur cupiditas: & sic illicita ex parte cupiditatis personæ redditur, & huiusmodi substantiæ dissipatio. ¶ Secūda cōcircūstantia est legitimitas rei vendibilis, quæ consistit in tribus. Primo, ut ex natura sua sit vēdibilis. Ex

quo dānanda venit venditio rerum spiritualium, ut beneficiorū, & aliorū, (de quibus supra alio die diximus.) Quia cum vendentes nō sint domini illorum, nō possunt in alium transferre proprietatē (quod requiritur ad venditionem.) Item quia minori precio vendunt. Quia nunquā totus thesaurus mūdi æquiualeat etiam minori rei spirituali, ratione gratiæ gratuitæ dantis ibi inclusæ. Secūdo non est vēdibilis res illa, quæ ad nullum bonū vsu de seruire potest, ut chartæ taxilli, & cæteræ curiositatem inducētes, nullā autem utilitatem in republica. Isti tales (ut dicit Angelus in summa in verbo ars.) non debent absolui. Quod crederem limitandum. Quoniā si uendens scit ad malos vsus eminentem rem cōuertere, peccat ipse uendens: cū & gladiū quo animā occidat, præbet ementi. Quod potest perpendere, si chartas & ista vendat illis, quos scit esse lusores ex officio. Item si fucos & ahaven dit meretricibus &c. Si uero indifferenter omnibus, crederem illi: & quod oportet abstinere à tali officio. Tertio in re vēdibili erit legitimitas, si sit immaculata, videlicet non mala in substantia, nec vnū pro alio & sic nō erit huius substantiæ & exercitij dissipatio. ¶ Tertia cōcircūstantia est, legitimitas precij, quod est summe notādam: nā & in hoc maior est difficultas ratione diuersitatis doctorū in hac materia loquentiū. Verum ut resolutam prebeamus materiā, ponendæ sunt primo aliquæ propositiones. ¶ Prima, quæ æqualitas valoris rerū cōmunitarum non attenditur penes naturā ipsarū, quoniam (ut Scotus dicit) magis valet vna colūba, quā totum aurū mundi: quia secundum Augustinū vltimo de ciuitate Dei, melius est viuēs nō viuenti, sed attenditur secundum utilitatē: quia melior est in domo panis, quā musca. ¶ Secūda propositio. Aestimatio rei vēdibilis debet esse secundum taxationem legis, vel alicuius habentis potestatem in politia. Ideo deberēt esse in illa homines deputati ad hoc: propterea oportet stare legi, aut illorū taxationi, aut cōsuetudini approbatæ. ¶ Tertia propositio. Vbi nō est talis taxatio, vel à lege, vel ab homine, vel à cōsuetudine: tūc quilibet potest rem suā taxare secundum rei qualitatem, quātitatem, meliorationē, laborem, industriā &c. Dices, Illud in presenti querimus, quāto debeamus ipsas res æstimare præcipio? Ad hoc ponitur secundum Scotū alia quarta regula, quæ licet precij rei poni possit iuxta valorē ipsius vēditi & iuxta dānū, quod ex tali trāslatione in alterū illi sequitur: nō tamē debet poni secundum valorē

Secūda clausula. Sermo. xvii. Feria. v. post secundā.

ipfi emēt: quia sic pro pugillo aquæ mihi ad euitā dam mortē dato, tenerem dare quantū valet vita mea (quod est absurdū) & sic impietatis effect. Ratio hui⁹ esse potest, quia vtilitas quæ sequitur emēti, non est ex cōditione vendentis, sed emētis. Verum tamen clarius & securius dicamus secundum Scōtum, q̄ ad habēdum rei vēdibilis iustum precium, æstimāda sunt duo precia. Primum rigidū, scilicet quod potest valere res ad plurimum in tali tēpore iuxta exigētiam illius. Secundum precium, quod ad minus potest valere. Tunc si vēdis rem secundum primū precium, nō est illicita venditio, nec gratiā aliquam illi facis. Si vero vendis secundum alterum precium, licite facis, & ei gratiam facis. Si vero in precio inter medio, scilicet inter primū & secundum, est illud intra latitudinem iusti precij. Verbi gratia, Mensura vini secundum æstimationē precij rigidi valet tredecim denarios, secundum precium infimum valet decē. vndecim & duodecim erit precium mediū. Verū tamen in ista assignatione precij iusti debet attendi tēporis varietas, ne ascendat precium rigidū vsq; ad cœlum, sed iuxta expensas & cibidē factas. Similiter attendenda est raritas rei vendibilis, quæ aliquando precium mutat. Tandem cōplacētia de re quam vēdit, quia sibi carā habet, vel nō. ¶ Verum ad ista addam & ego cōsiliū, vt magis in assignatione iusti precij iustificetur. & est, vt ipse vēditor sine passione & incōsciētia assignet seipsum iudicem in illa taxatione, ac si à lege vel re publica esset assignatus, & cum iuramēto, & in re alterius vēdenda: & illud quod in re alterius vt iudex taxaret, hoc idem in re propria faciat, pensatis p̄fandis (quæ supra diximus.) Et iudicio meo hoc est quod cōmuniter dicitur, ad arbitriū boni viri: nō alterius, sed sui ipsius, eo q̄ melius ipse scit causas p̄fandas, & quæ in tali re vendibili acciderūt, q̄ alter. Ex quo sequitur notandū corrolariū, quare ad licitū exercitiū mercātiz (secundū oēs) requiritur, q̄ nō fiat ex cupiditate. Et ratio est, quia non solum ex eo q̄ nō attendit ad precium piū (vt talis mercator possit diuitias cumulare) sed etiā ad proximum, cum quo cōmutat, & vēdit: nec cum ipso habet charitatē, immo illā extinguit in proximo. Quoniam sicut ex largitione bonorū tēporalium gratis vel licito modo accenditur charitas in proximo ratione illius cōmerciij & translationis iuste, sic ex æstimatione maioris precij charitas erradicatur in illo. Et quis secū ferat rem sic illo precio emptam (eo q̄ aliter nō potest) semper fert etiā ran-

corē aduersus vendētem, eo q̄ nō iusto precio sibi vēdidit. Item talis est domesticus latro peior, q̄ qui furatur in nemore: quia de illis attendit cauere, de istis autē non potest: quādo quidem ille latro siluestris, dū aduersus eū clamatur, fugit: isti autem mēdacijs & iuramētis se defendūt. Insuper illi non in omni loco & tēpore furantur, sed obseruatis certis locis & tēporibus: isti sine differētia aliqua, & quod peius est, extingūt charitatē ipsam in se ipsis: quoniam dum non adest lucrū, tractant male pauperes: & si eos viderint indigere, nil curāt, sed circa ipsos lapidibus duriores fiūt. Quod clarū patet in facto Euāgelij hodiernide quodam diuite habente tantas diuitias, vt quotidianē splēdide ipse epularetur, ita crudelis fuit circa quēdam pauperē Lazarum nomine, vt etiā micas cadētes de eius mensa denegaret, vt dicitur Luca. xvj. cap. In quo ponitur huius portionis dissipatio in isto diuite quo ad tria. Primo in eius vita. Secundo in morte. Tertio post mortem. Quod erat tertiu principale huius sermonis. ¶ Tertia pars.

Primo ponitur dissipatio istorū in vita. Dicitur q̄ homo quidā erat diues. Ponderandum est, q̄ tacetur nomē diuitis, & ponitur ille terminus homo quidā (quod est singulare vagum secundū logicos.) Quia isti sic dānosī reipublice propter indignitatē eorum nō merētur nominari, vt etiam cū ipsis & substātia ipsorum nomē dissipetur. A Equum nāq; est, vt sicut benefactores reipublice & qui illam augent nominātur, vt nomina illorum in aliorū memoria semper maneat, & in libris archiuorū recōdita seruentur: sic nomina istorum dissipantium illam pereant, nec in libro vitæ scribantur, vt Psalmus imprecatur dicens, Deleantur de libro viuētium & cum iustis nō scribantur. Et hoc ideo, quia solum voluerūt nominari in mundo, vt Psalmus dicit, vocauerūt nomina sua in terris suis, ideo nomina eorum tam singularia vaga sunt, & pereunt, vt ps. Perijt memoria eorū cum sonitu. ¶ Secundo ultra nomen vagum ponitur ipsius diuitis dissipatio penes excessum in hac portione substantiæ. Tum primo, eo q̄ diues. Dicitur q̄ erat diues, in quo notatur auaritia, eo q̄ non solum diues erat effectu, sed etiam in affectu & cupiditate, quæ mercantiz exercitiū illicitum reddit. Tū eo q̄ induebatur bysso & purpura. Super quo Gregorius. Si bysso & purpura peccatū non esset, non dānaret Euāgelium in isto diuite sic illis indutū. Verū tamen est, q̄ illis indui secundum

De dissipatione eiusdem per mercātiam. 44.

statum, & nō ad ostentationem: non crederem peccatum. Cum hoc tamē credo nō excusatos ab illo illos, qui sic induūt, & ad superfluitatem: maxime illa, quæ hodiernis tēporibus inuenitur in mulieribus, à quarū peccato & vanitate viri earū nō excusantur. Quid enim dicerē de alijs superfluitatibus tēpore partus earū, vbi dissipatur maxima pars huius substantiæ temporalis? Tum tertio, eo q̄ epulabatur quotidie splēdide. Hoc enim etiā facit crescere cupiditatē in istis diuitibus & mercatoribus, quia has vanitates nō possunt sustinere, nec gulositates sine hoc, q̄ accēdatur in eis cupiditas lucrādi in his mercationibus. Et finaliter dissipatur totum, & deueniunt vt perdāt creditum (vt vidimus in hac nostra ciuitate in pluribus his duobus aut tribus annis.) Quorum diuitū cupidorū dānata ista huius mendici Lazari, sicut in hoc diuite fecit, ideo notate singula verba. Primo, quia dicit (quidam) quia nō erāt multi, vt excusaretur, qualiter essent pauperes, vt omnibus subuenire nō posset. Secundo ne diceret, q̄ non indigebat, dicit, q̄ erat medicus. Tertio ne dissimularet, eo q̄ nō agnoscebat illū, sequitur Lazarus. Quarto nō dicat ipsum potentē ex labore viuere, dicit, q̄ iacebat. Quinto motiuū, quia vlcibus plenus. Sexto, quia nō longe, nec oportebat illum querere, quia dicit, q̄ ad ianuam eius. Septimo quia nō multum petebat, sed parū, quia dicit, q̄ cupiebat fatiari de micis, quæ cadebāt de mēsa. Octauo quia nemo illi dabat, ne diceret, q̄ forte serui & ancille illi dabāt: nā crudelis dominus, crudeles nititur habere famulos. O prelati ecclesiæ, o diuites, qui quotidie epulamini splēdide de patrimonio crucifixi: qui Deo dicati estis, quorū redditus & distributiones (habita sufficenti domus & familiarū prouisione) pauperū sunt, inceditis p̄opose cū magnis gualdrapis, & frenis deauratis. Quod Hieronymus exclamat. Quid facit aurum in frānis, & pauperes egentes? Ecce pauperes ad ianuam: ne mittatis ad eos seruum vestrū vocatum nemo, vel Deus vos adiuet. O milites, nō habeatis nemo in domo vestra, quia hoc facit cupiditas. O diuites mercatores, ecce vnus finis mercantiz vestre, scilicet pauperū substētatio. ¶ Moraliter diues iste significat peccatōrē impoenitentem, qui praua liuit in iniquitate sua, volēs permanere in regione peccati: qui nō ponit deum adiutōrē suum, sed sperat in substantia sua, quam à Deo accepit, ideo poenitere nō curat. Tum, quia diues quo ad concupiscētiam oculorū. Tum induitur bysso &

purpura, quo ad superbiam vitæ. Tum epulatur quotidie, quo ad delectationē gustus & cōcupiscētiam carnis, qui est funiculus triplex, qui difficile rūpitur, immo tenet ipsum in illa regione. Alter homo, videlicet Lazarus, significat peccatōrē poenitentem ad Deum volentem reuerti. Tum primo, quia cōsiderat se pauperem ex peccato. Tum medicus gratiæ Dei, exclamās cum ps. Ego autē mendicus & pauper sum, & in laborib⁹ iuuetute mea. Tum, quia iacet ad portam diuinæ misericordiæ. Tum vlcibus plenus, ex quo proponit confiteri, & medico spiritali ostēdere multitudinem vultuum suorū. Tum, quia cupit bonū operari, quod in principio est quasi mica, vt Psalmus dicit, Cōcupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas. Et Matthæus. v. Beati qui esuriūt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Ista autem initia bonæ operationis, quæ sunt micæ, nō sunt ex nobis, sed cadūt de mensa, id est de largitate ipsius Dei. Ideo nemo illi dabat, quia solus Deus illam gratiā & misericordiam dare potest. ps. Gratiam & gloriā dabit dominus. Tandē canēs lingūt vlcera eius. Nam prædicatores, qui cōtra hæreticos latrāt, peccatores mordēt lingua corū medicinali, vt canis leniūt vulnere peccatorū suorū, vt sanus Lazarus, id est sic adiutus euadat. ¶ Secūdo ponitur ipsius dissipatio in morte, quia sequitur, q̄ mortuus est Lazarus, & portatus ab angelis in sinū Abrahæ: & etiā mortuus est diues, & sepultus est in inferno. Ponderanda est differentia, quia moritur pauper, & cū eo moritur eius paupertas: & moritur diues, & moritur eius diuitia: verū Lazarus magna fuit diuitiarum acquisitio. Tum, quia portatur ab angelis: nō vt opus sit beatis animabus ab angelis portari, sicut malorū corpora propter suam grauedinem portabūtur à dæmonibus, vt celerius ad infernum deducātur: sed quia cōgruum videtur, vt sicut hic orationes & bona deferūt vt dixit angelus Tobie, Cum autē orabas cum lachrymis, ego obtuli orationē tuam, sic egrediētibus associant. Tum, quia refrigerium acquisiuit in sinu Abrahæ, qui erat locus quietis, vbi omnem consolationē animæ habebant, citra visionem diuinitatis. Et dicitur sinus. (Sinus enim est locus securus & quietus à vētis & procellis) propter illarū securitatē, licet non essent in portu gloriæ. Sed dicitur Abrahæ, non quia primus ad illū venerit: sed quia primus fuit pater credētium & promissionis, cui terra viuētū promissa est. Sed mortuo diuite nō dicitur, q̄ portat⁹ est: f. iij

scotus.

Euāgelij.

Luca. xvj.

ic

ps. lxvii.

ps. xlvij.

psal. ix.

Gregorius.

Hierony.

Ecclē. iij.

ps. xxxij.

ps. xxviii.

Matthæ. v.

ps. lxxxij.

M

Tobie. xij.

Secūda clausula. Sermo. xviii. Feria. vi. postsecundā.

Quia diuitijs in ipso mortuis, nil habet ratione cuius portetur, sed ponitur in sepultura: & qualis ille, talis sepultura assignatur, quia sepultus est in inferno. Ecce quid dissipatio substantiæ facit, quia omnia sepeliuntur, & diuitiæ, & ipse diues.

Tertio ponitur dissipatio post mortem, quia dicitur, quod diues mendicabat aquæ guttam, & ab illo mendicabat, scilicet Lazaro, à quo non recipere merebatur. Iuxta id, Iudicium sine misericordia fieri illi, qui non fecerit misericordiam cum proximo suo. Ideo non congruebat sibi misericordiam fieri. Tum ex tempore, quia solum hic misericordiam locus est: Tum ex loco, quia in inferno nulla est redemptio. Tum, quia non ex causa: quia non est misericordia de poena, ubi non est misericordia de culpa. Hæc autem omnia dissipauit, ut sibi prodesse non possent. Similiter dissipauit remedij adhibitionem, quia implorat adiutoriū pauperis Lazari, non ad subsidium, sed de illo recordatur ad accumulationem poenæ. Nam recordatio pauperū, quibus hic potuit succurrere de mercatibus suis, & quos in illis defraudauit, cruciat illū. Sicut generaliter recordatio opportunitatis benefaciendi in hac vita cruciat malos, eo quod non fecerunt bona. Rufus ponitur alia dissipatio, scilicet impletionis desiderij, quod de refrigerio habet, in hoc quod petijt guttam aquæ ad refrigerium illi, cui nec micam panis tribuere noluit.

Non intelligitur, quod aquam materialem petijisset, quia tota aqua maris non posset illi refrigerium præstare: sed intelligitur in hoc desiderium excessiuum ipsum cruciari, videlicet, quod sicut poterat illi præstare refrigerium ex gutta aquæ & mica panis, quæ ille pauper desiderabat, & non fecit, venit ex hoc in tantam miseriam, ut desideraret in cruciatu aquæ guttam pro refrigerio, & illam non posset obtinere. Postremo dissipatio consolationis, quæ ex alijs habere poterat: quia dicitur, quod petijt, ut mitteretur Lazarus ad fratres eius, ne in illum tormentorum locum deuenirent. Verum ad quid tanta diligentia, ratione quorum tantum obsuit cupiditas? Quid sibi vult tanta Lazari nominatio? Dicimus quod non solum cruciatur ex recordatione illius, cui succurrere poterat: sed ratione illorum, propter quos fuit crudelis in pauperes, ut fratres, uxorem, filios &c. Totum hoc prouenit ex cupiditate in hoc exercitio, quorum substantia dissipatur: non solum ut non proficit in morte, sed magis crucietur post mortem: ubi veri mercatores bonū reipublicæ sustentationem pauperū, & Dei honorem pro principali fine habentes, multum merentur, à deo quod sicut ubi fuit maior cupiditas in exercitio, & maior poena in cruciatu: sic ubi in illo maior fuit charitas, sit maior gloria. Ad quæ nos pducit ipse Christus, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat in sæcula sæculorum. Amē.

Sermo decimus octauus. Feria sexta post secundam dominicam. DE DISSIPATIONE PORTIONIS SUB-

stantiæ temporalis per translationem mutui in proximum. Sub isto themate.

¶ Ibiq; dissipauit omnia bona sua, uiuendo luxuriose.

Ex parabola Lucae. xv. cap.



Stenfo sermone precedenti de dissipatione substantiæ temporalis, quæ fiebat in translatione illi in proximum per uiam uenditionis & emptionis, quæ diximus esse non solum licitam sed & meritoriam appositis circumstantijs, scilicet personæ, rei vendibilis, & precij, & finis, scilicet prouisio rei publicæ, sustentatio sui,

& pauperum, & alias erat in illo exercitio dissipatio illius penes excessum & defectum, ut exemplariter declarauimus in illo diuite illam dissipante in uita & in morte, & post mortem. In presenti sermone uideendum est de alia dissipatione eiusdem substantiæ, quæ fit in exercitio mutationis in proximo (quæ usura dicitur) de qua dicitur, quod ibi dissipauit &c. Sed prius salutetur uirgo Maria.

¶ Argumentum huius sermonis.

Duo fundamenta præsupponenda sunt. **P**rimū, de significato huius termini seu uocabuli usura. Usura proprie est usus æris, uel usus pecuniæ, quia illa in usu pecuniæ contrahitur. Verū tamen licet proprie ita

De dissipatione eiusdem per mutuum.

45

fit, quod usura est in usu pecuniæ & secundum vim nominis: tamen in rei ueritate in oibus consistit, in quibus translato dominio aliquid recipitur ultra capitale, siue illud sit pecunia (quæ fit inter mercatores) siue quid uis aliud pertinens ad usum humanum. Exemplum potest poni in pecunia, tritico, oleo, &c. ideo in qualibet re commutata potest committi, si plus ultra datum recipitur, & habetur aliqua ex crescentia. Ex quo patet secundum Scotum, quod usura differt a fraude in duobus. Primo, quia usura prouenit ex utriusque partis uoluntate: fraus uero ex parte alterius decipere intendit, licet quandoque uterque intendat alium decipere. Secundo, quia usura connotat tempus expectationis signatum, & aliam quam palliationem habet: fraus uero in simplici rerum permutatione uenditione uel emptione consistit, ut in precio, in substantia, & qualitate, aut quantitate. Ex quo habemus, quod usura dicitur ex crescentiam ultra datum, & hoc ratione temporis, &c.

¶ Secundum, fundamentum, quod licet sit quadam mystica & bona usura, quam deus optat de nobis, in datis ab ipso, ut patet in illa parabola de talentis datis, ex quibus uolebat usuram: tamen in re temporali semper sonat in uitium, & in ea fit dissipatio siue sit mentalis, scilicet in sola spe recipiendi, quæ respectu Dei est (qui cognitor cordium est) siue sit ex pacto claro per contractum, siue sit palliata, ut fit in chartis & scedulis, ubi apponitur ex crescentia ad id quod datur. In his non solum est peccatum, & ponitur in ista regione peccati longinqua, sed dissipatur substantia, iuxta assumpta uerba. De qua in presenti sermone dicemus tria. **P**rimū, unde habetur, quod illud exercitium siue contractus, & mutuatio sit peccatum, & illicita, & obligetur recipiens ad restitutionem. Secundum assignabimus regulas cognoscendi illam. Tertium dicemus aliquid de cambijs modo in usu, in quibus illa committitur. Et tandem euangelicam expositionem.

¶ Prima pars.

C E primo uidetur apud quosdam dubium quare iste modus communicandi cum tali ex crescentia sit illicitus, & in illo committitur peccatum, & restitutioni sit obnoxius: Ratio dubitandi, Primo ratione contractus uoluntarij. Nam illud tenetur quis restituere, quod ex furto uel inuito domino acquirit, sed hic traditio illius ex crescentiæ & contractus est uoluntarius, tam ex parte recipientis quam ex parte dantis. Secundo ratione gratiæ. Nam receptio benefi-

cij non adimit aliquid de gratia & libertate dandi in uno, & recipiendi in alio, sed ante iste poterat dare, & iste recipere ex gratia & donatio: quæ post istud beneficium receptum non poterit sine peccato, & alter tenetur restitutioni? Tertio ex parte iuris naturalis. Quia principium iuris naturalis est, quod mihi uolo fieri, alteri faciam: ego uellem dum sum in necessitate, quod alius daret mihi tantum, & ego pro illa datione liberaliter donarem aliquam ex crescentiam, maxime dum sum obligatus alicui pagamento & solutioni debiti certo die præfixo: & non habeo unde soluam sine magno detrimento bonorum meorum. Unde ergo fundatur, quod pro illo bono opere, recipiendo aliquid sit peccatum &c. ¶ Ad solutionem huius dubitationis possent assignari rationes naturales. Tum, quia extrahitur res a sua a natura (maxime in mutuo pecuniarum) eo quod minus ualeat res sterilis quam prægnans: & uendere illam tanto præcio sicut aliam, esset illicitum: pecunia autem sterilis est, quia decem ex natura sua non ualent nisi decem, & si plus ualent, non est ex natura sua sed aliunde: ergo non erit iustum recipere illam ex crescentiam. Tum, quia decem danti non habent ualorem maiorem ex se, quam decem recepti: unde erit ergo illa ex crescentia? Si dicas, quod hoc est ratione temporis, tunc sequitur, quod illud tempus non est illius qui dat, sed Dei, ut dicitur. Non est uestrum nosse tempora uel momenta, quæ pater posuit in sua potestate. Ideo illius, quod Dei est, quomodo potest quis reportare lucrum & precium? ¶ Verum tamen his & alijs rationibus dimissis, non potest alia peremptoria ratio assignari nec soluens omnes dictas rationes, & quæ in hac materia fieri possunt: nisi quod hoc exigit lex prohibitiua à uero omnium datore Christo assignata, ubi apponitur lex affirmatiua de mutuo dando, & de tali ex crescentia non recipienda: quoniam supradiximus dominum proprietarium omnium rerum esse deum, & quod ut ista sint in meritum & ut charitas inter proximos augeatur & pax, dantur, ut sit eorum exercitium secundum legem ab ipso dante positam, quæ lex habetur Lucae. vi. c. dicens, Mutuum dantes, nihil inde sperantes. Sed vim istius legis attendere oportet, quoniam in illa tria Christus suis fidelibus in christianis commutationibus tangit. Primo documentum, dicens (mutuum). Secundo præceptum, dicens (date) Tertio gratiam, dicens (nihil inde sperantes). ¶ Primo, dat documentum rectæ mutationis dicens,

f v

Secūda clausula. Sermo. xviii. Feria. 6. post secūdā.

(mutuum). Nam mutuum dicitur, quasi de meo facio tuum. Vnde aliud est accommodare seu locare, & aliud mutuare. Nam accommodata seu locata dicuntur illa res quæ in tali datione non trāseunt in possessionem recipientis, sed eadem reddi debent, vt sit in locatione equi, tunicæ, vel alterius rei. Sed de ratione mutui est, q̄ illa res trāseat in dominiū possidentis vel recipientis. Sic igitur dicit Saluator, mutuum date, id est, trāseat pecunia, vel res mutuanda in dominium recipientis, vt de illa faciat quicquid voluerit. Ex quo patet, quomodo iuste ex commodato & locato potest accipi aliqua ex crescentia: quia illius quod locatur vel commodatur, semper remanet dominium penes locantem vel commodantem, & deterioratio rei est in damnum illius, vt si equus comodatus vel locatus moritur &c. & ita de re sua deteriorata vel laborante potest accipi lucrum. Verum in mutuo ideo non potest recipere aliquid mutuanus, quia transijt dominium in alterum: & de re iam alterius facta nō potest lucrum habere: nam recipiens, integram tenetur reddere mutuanti, & in hoc consistit vis huius translationis. ¶ Secundo ponitur Christi præceptum: dicens (date) In quo ponitur huius translationis obligatio. Ratio obligationis est charitatis præceptum. Nam lex naturalis & diuina obligat, vt proximos diligamus sicut nos metipfos: non tantum affectu & voluntate, sed effectu & opere, Ioannis. iij. Filioli, non diligamus verbo neq; lingua, sed opere & veritate, id est, veraci operatione. Sed Christus dicit (date) videtur præceptū affirmatiuum: cuius obligatio (vt sæpe diximus) est pro loco & tempore, ideo in casu necessitatis non solum obligatur quis commodare proximo, sed etiā gratis dare: ergo huius præcepti obligatio erit præcepti affirmatiui, scilicet obligantis in casu, videlicet, dum ipse habet facultatem, & alter necessitatē. ¶ Pro quo diligenter est notandū, quod ista facultas ex parte dantis potest esse tripliciter. Primo, q̄a habet facultatē cū penuria rerū sufficiētē, sed nō extremā. Secūdo, vel habet facultatem, sed non superflue. Tertio, vel facultatem in abundantia, quia illi super sunt res temporales. Similiter ex parte recipientis potest esse triplex necessitas. Primo, vt sit extrema, id est, quod alter viuere non potest. Secūdo, vt sit necessitas arcta, sed non extrema: quia aliter sibi prouidere potest, sed non sine dispendio bonorum suorum. Tertio non arctā habet necessitatem, sed quodammodo mediam.

Primo modo habēs facultatē, nō tenetur re suam sibi necessariam mutuare patienti necessitatē primo modo & alijs, sed mutuatō fit in corde, videlicet compassione, verbo, & consolatione, consilio, & eo modo quo poterit, Et ita adimplet præceptū. Secūdo modo habens facultatem, tenetur patienti necessitatem primo modo, quia est in extrema necessitate, & sub præcepto, Et illis qui Secūdo modo, si commode potest, & erit consilij. Tertio modo, habens facultatem, tenetur sub præcepto illis de primo modo, & de secūdo modo, sed nō illis de tertio modo: nam non habent necessitatem obligantem, sed forte vt possint plura ambire, & in superfluis expēdere, vel grossi mercatores videri. Ratio huius diuersitatis est, ipsa charitatis obligatio, etiam in tali casu ad dandum, quanto magis ad commodandum, secūdu illud Ioannis. Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauerit viscera pietatis ab eo, quomodo charitas Dei manet in illo? ¶ Tertio, tangit gratiā intentionis, dicens (nihil inde sperantes) In quo ponit triplicem intentionem in mutuo. Prima est charitatis, videlicet, q̄ fiat ex mera gratia, & sine intētionē alicuius interesse. Verum dices, Hæc est intentio in dando, verum non poterō postea si dederit aliquid recipere? Dico, quod si postea ex gratitudine aliquid daret, nō esset peccatum. Quis enim nō vult gratitudinem aliquam? verum hoc iam non esset ex parte mutui, sed ex parte gratitudinis illius. Verū nec ex hoc aliquid debet sperare in dando. Secūda intentio est tepiditatis, videlicet, quod mutuatur principaliter propter charitatem, & secundario propter aliquā gratificationem: nihilominus non desineret dare, & si ipse non gratificaret. Hoc autem diminuit de merito, licet ex hoc non peccet: Hæc autem intentio non facit vsuram mētalem, licet tollat de perfectione charitatis. Tertia intētio est cupiditatis, scilicet cum spe lucrum mutuatur: & licet non interueniat pactum, tamen respectu Christi vsurarius est. Ideo saluator, Si mutuum dederitis his à quibus speratis recipere: quæ vobis est gratia? Et hæc periculosior est illa: quæ fit cum expressa pactione. Ratio huius est: quia ista in foro communi non potest repeti. Ecce ergo rationem, qua vsura est peccatum, & tenetur restitutioni: quia quamuis illa translatio sit mere liberalis, respectu illius ex crescentie: tamen est cōtra prohibitionem supremi domini rerum, videlicet Dei, quam voluit nobis indicare, vt

De dissipatione eiusdem per mutuum. 46

charitas foueatur, & inter proximos augeatur, & sit illud exercitium in meritum nostrum, & non fiat dissipatio illorum cum dissipatione charitatis.

¶ Secunda pars.

DE secundo principali ponendæ sunt Regulae dirigentes, ne in huiusmodi translatione ipsa temporalis substantia dissipetur. ¶ Prima regula sumitur ex parte temporis. Quandoque commutans vedit tempus, vel aliquid aliud, quod non est in sua potestate videri: talis commutatio vsura est. Patet hæc regula per doctores. Nam portare lucrum de re non sua, est habere alienum, & sic est in vsura, vt patet in illis contractibus in quibus solū interponitur tempus, vt in commutatione pecuniæ ad tempus. ¶ Secūda Regula. Quandoque est aliqua commutatio ex qua gignitur pecunia de pecunia, non ex industria commutantis, sed tantū ex contractu pecuniario, pecunia genita est vsura. Ratio est, quia facit rem sterilem parere (vt supra diximus) contra naturā eius. ¶ Tertia Regula. Quandoque in aliqua commutatione quis ponit se in tuto de lucrando, & alium cū quo commutat in damno vel periculo, semper, vel vt in pluribus, est vsura. Ratio, quia ea parte qua ipse est in tuto, pecunia vel res cōmutata est alterius, & non sua: & ita reportat lucrum de re alterius, & non de re sua. Exemplum esset, si quis daret pecuniam alicui, & sit in tuto de illa: tamē si perditur, q̄ amittatur, p̄ recipiēte: & si lucretur, quod habeat partem, vsura est. ¶ Quarta regula. Quandoquē quis comodatur merces suas alicui, vt plus lucretur, etiam si non ponat se in tuto, vsura est illud maius lucrum receptum. Exemplum, si quis mutuaret merces, quæ penes se non lucrarentur nisi decem, & apud alium lucrarentur quindecim ratione industriae vel diligentie vel aliās, illud plus acceptum erit vsura. Ratio est, quia tunc reportat lucrum de industria vel diligentia alterius. ¶ Veruntamen dices, Nunquid semper & in omni casu ista prohibitio tenebit, vt non sit casus, in quo non possit quis recipere aliquam ex crescentiam ultra principale? Dico quod sunt aliqui casus, in quibus potest, & ad quos alij reduci possunt. ¶ Primus casus, ratione damni emergentis. Sæctus Thomas. ij. ij. q. lxxviii. ar. ij. ponit triplex damnus. Primum de præterito, quod aliquis recepit ex culpa illius, cui mutuauit. Exemplum, Fideiusor ex eo quia ille debitor non soluit creditori, compulsus est soluere pro illo: ultra illud, quod pro illo soluit, potest recipere, sci-

licet totum illud, in quo dānificatus fuit. Ratio est, quia nemo debet ditari cū Iactura alterius. Secūdu damnus est, emergens de præfenti. Exemplum in dote non soluta, accepta vxore: ultra dotem potest recipere aliquid. Ratio est, quia maritus tenetur alere vxorem, & insurgit damnus ob non solutionem. Tertium damnus est, de futuro, scilicet quod prouenit: potest pactum cum illo facere, & postea recipere si superuenit. ¶ Secūdu casus est, ratione lucri cessantis. Exemplum potest poni. Ego eram mercaturus ex cētum ducatis tot petias panni: videns lucrum ex illis quasi in manu, tu visilla pecunia mea vt: rogas vt tibi illam mutuem, dico, quod reddas quantū cesso lucrari. pactum non erit vsurarium. Verum attendendum est, quod lucrum quod cessat, sit certū, & non dubium, quia aliās vsura esset. ¶ Tertius casus, ratione poenæ appositæ, videlicet, quod si differret soluere in tali tempore, quod soluet tantum de poena, & ponitur in contractu, non erit vsura illam exigere. Verū tamen hic attendenda sunt duo. Vnū secundum Scotum, quod illa poena non apponatur in fraudem. Cuius signum est, si non desiderat recipientem non soluere inter termino, vt poenā cōventionalem exigat, quia vsura esset mentalis, & nō potest sine peccato illam recipere vel ultra fortem. Secundum autem, quod illa poena apponatur ad hoc, quod secure illo tempore rem suam reha-beat, & sit discretæ quantitatis vt non multum apponatur. ¶ Quartus casus secundū aliquos ponitur, scilicet ratione assicurationis. Verum tamen ego non consulerem. Immo talis assicuratio aliena debet esse à christianis, quoniā speciem habet mali (a qua secundum apostolum Christianus abstinerere debet). Similiter quia ponit manum in his quæ Dei sunt, ideo non potest fieri sine periculo conscientie: aliās esset illam substantiam dissipationi exponere, non committendo Dei voluntati, cum determinate illam assicuratur, ac si iam haberet Dei voluntatem notam.

¶ Tertia pars.

DE tertio ponuntur in genere tria genera cambiorum secundum quod de illis in his partibus est vsus. ¶ Primum est adminutum, vt habens ducatum in auro valentem. xxij. solidos, & campfor dat minuta & accipit vnū solidum vel econuerso, istud indifferenter omnibus illicitum est. Secus in illis, quibus ex officio incumbit, & parati sunt omnibus sic cambire, & re-

Ioanis. iij.

Ioanis. iij. c.

Lucæ. iij.

S. Thomas.

j. Thessa. v.

F

portant illud vnum solidum, non ratione cambij, sed ratione expensarum, & quia occupāt se in illo, & seruiūt reipublice. Secus autem vsura est per regulam secundā vbi dicitur, quod pecunia non parit pecuniam. Et si dicas, Ille, cui cambio ducatum ex minutis lucratur plus in alia terra. Dico qd hoc nō est ratione illius cābij, sed ratione asportationis alterius, de qua nō licet ipsi lucrum habere: immo & cum portat, ille est in periculo. ¶ Secundum genus est cambium artificiale, de quo quatuor dicuntur. Primum quod inuentum est a casu, scilicet pecuniam valere magis in vno loco quā in alio Aristoteles. (vt dicit Aristoteles primo politicorum) & ita verum est in consuetudinem, vt pecunia de vna terra mittatur in aliam. Secundo, quod cambium istud necessarium est. Tum propter numismatum diuersitatem, quia numisma vnius terræ non valet in alia. Tum propter periculum, quia peregrinantes periculo se exponunt, si illam portarent. Tum propter commutationes faciendas de rebus asportandis ab vna patria in aliam. Tertio, istud autem cābium & pmutatio licita est. Primo, quia nō habet rationem mutui, sed asportationis, nec de illa speratur lucrum. Secundo, quia campfor non recipit eandem sortem, quia non recipit pecuniam eiusdem generis, quia hic recipit florenos valentes sedecim solidos, illic recipit valentes. xvij. & sic ratione patriæ est talis excrecentia. Quarto, istud potest esse illicitum, si ex hoc induceret caritatem in patria propter huiusmodi asportationem (vt cōtingit de duplis ducatis asportatis in Franciā) quia tunc talis asportatio cupiditatem arguit, quæ dissipatiua est cuiuscunque commertij. Et in hoc attendendum esset moderamen in lucro, vel quod dat ipsa patria, vel quod cōueniunt inter se, & non excedat valorē patriæ. ¶ Tertium genus cambij est reale, scilicet per literas: quod pro licito habetur, dum modo non excedatur in lucro, sed sumatur secundum laborem asportationis, & illi seruiat fideliter: quia tunc non recipit illud plus ratione mutui, sed ratione laboris & expensarum inter mercatores sibi inuicem respondentem factarum. Item ratione monetæ etiam lucratur, quia hic recipit ducatos grossos, illic autem dat de camera. &c. Ista autem cābia realia licita sunt, seruatim seruantis, vt illa & necessaria. ¶ Quartum, genus cambij est fictum, quod dupliciter celebratur. Primo, quia dat hic decē pro vno mēse, & recipit vndecim vel plus. Hoc est diabolicū, & quod modo est in vsu, & est

formaliter vsura: licet baptizetur ab illis, & imponatur in suo diabolico baptismo nomen interesse. Et dicitur sic, tum quia exsiccat homines a gratia Dei. Tum exsiccat charitatē inter christianos: quia iam non inuenitur, qui gratis indigenti mutuet sine interesse. Secundo istud cābium celebratur per literas tempore pagamēti & solutionis. Vt Petrus dat literas Ioanni cæsaraugustæ per quas recepturus est hinc ad mēsem certam sumam Valentia, & pro isto mēse recipit pro excrecentia vnum aut duo, secundum quod conueniunt inter se, vel secundum quod currit apud mercatores in platea eorum moneta, hoc enim illicitum est. Tū primo, quia est contra primam regulam, quia ibi habetur respectus ad tempus. Nam pro quolibet mēse, quo habet pecuniam, soluit certum quid. Tum secundo, quia est contra secundam regulam, quia ibi sola pecunia parit illam excrecentiam, cū non concurrat labor, expensa, periculum, vel alius casus de superius positus. Tum tertio, quia mutans ponit se in tuto, quod est contra tertiam regulam. Quia vel habet scedulam firmi creditoris (ad minus illius quē credit firmum) vel recipit pignora, vel bonos fideiullos: quod totum est, vt ponat se in tuto. Tandem quarto, quia hic nullus casus de expressis vbi potest haberi aliqua excrecentia concurrat. Non damnum emergens, quia nullum est. Secundo non lucrum cessans, quia pecunia erat in arca, & expectabat tempus maioris valoris pecuniæ in eorum platea. Et si dicas, Lucrarer, si non illi mutuassem. Dico quod etiā poterat perdere illos. Tertio, non ratione periculi, quia ibi ponitur in tuto. Dices, Periculum est, quia recipiens poterit venire in pauperiem (vulgariter algar se, o quebrar el credito) Dico, quod tu ad minus tantū in te est committis mercatoris firmo. Quarto non ratione pœnæ conuentionalis vel appositæ, quia nulla est. Quinto non ratione dilata solutionis, quia suo tempore soluit. Quomodo ergo ex hoc interesse reportare potest? Ideo ps. dicit. Vidi contradictionem, & iniquitatem in ciuitate, & in plateis eius vsura & dolus. In plateis quidem vbi istæ translationes rerum temporalium fiunt, hoc genus dissipationis inuenitur, scilicet doli, quo ad genus translationis, emptionis, & venditionis: & vsuræ, quo ad mutuationem: cum in re veritate ad hoc mutui datio à Christo præcepta est, & modus datus, vt p illā charitas inter fratres augeatur, & crescat. Quod fit, cum speculamur proximorū

Psal. liii.

necessitates, per communicationem mutuationis ex charitate illis prouidemus. Hæc via eminentior merendi, de qua apostolus dicit, Eminētiorē viā vobis ostēdo, scilicet charitatis. Hæc speculatio necessitatum proximi, est velut turris in vinea ecclesiæ ædificata. Hanc operarijs christianis locauit, vt reddant fructum in tempore suo, scilicet fratrum extreme necessitatis & facultatis suæ: adeo, vt si circa hæc recte se habent, commodum reportent suæ commutationis, & de ista portione substantiæ temporalis. Aliās autem continget eis, sicut agricolis contingit: quibus pater familias vineā suam locauit. De quibus in præsennti euangelio Matthæi. xxj. c. In quo tria ponuntur. Primo, ipse, charitatis amplum exercitium à Christo institutum circa proximū in vineæ concessione & aliorum in ea contentorū. Secūdo ingratitudo christianorum male mutuantium in feruorum mala tractatione. Tertio, dissipatio illius portionis ex ablatione vineæ. ¶ De primo dicatur litera euangelij vsque ad illud, quod locauit eam agricolis, vt dent fructū in tempore suo. ¶ Allegorice & mystice. Primo hæc vinea statum ecclesiæ christianæ designat, cuius vitis christus est, Ioannis, dicit. Ego sum vitis vera, vos palmites. Vnus palmes ipse vitis æternæ, scilicet essentia diuinæ (in qua tres palmites sunt, videlicet tres diuinæ personæ) scilicet filius fuit plantatus in terra virginea, vt duplici vino nosebriaret, scilicet deitatis fruitione, & humanitatis visione & dulcedine: vt in vtraque dulcissimum redēptionis fructum afferret. Palmites huius vitis christi, sunt omnes fideles, ei per fidem adherentes, vt Augustinus super Ioannem dicit, Cū esset deus cuius naturæ non sumus, factus est homo, vt in illo esset vitis humana natura, cuius & nos palmites esse possemus. Operarij autē huius vineæ sunt oēs fideles. Cū quibus facta est cōuētio (vt dicitur Mathæi. xx.) ex denario diurno, id est, ex promissione gloriæ (quæ obseruationi decem præceptorum respondet). Nam vita æterna dicitur denarius, quia propter impletionem decem præceptorum datur. Et dicitur diurnus, quia ista adimpletio cōtinuari debet vsque ad sero mortis inclusionem. ¶ Secundo seps circumdans hanc vineam, est lex euangelica, continens præcepta diuina, & prælatorum ecclesiæ, & etiam consilia: intra quorum ambitum tota fidelium vita versari & manere debet inclusa. Quia extra ecclesiam non est salus. Forma reprehensionem contra diuertentes se ad alias

disciplinas non ordinando ad istam. ¶ Tertio, fōdit in ea torcular: Torcular à torquendo dicitur. Sic status legis christianæ est laboris, tribulationis, & persecutionis (vt diximus alio die) Nam Christus Ioānis. xvj. stus dicit. Præssuram habebitis in terris. Hic enim exprimitur vinum a vinaceis, id est, meritoria opera ab alijs. Hæc quidem præssura facit cognoscere malos inter bonos, quod cognoscitur per patientiam vel impatiētiam. Sicut enim vita christi eiusq; passio fuit quoddam torcular quo expressit ostensionem charitatis ipsius ad nos, scilicet clauis, flagella, crux &c. De quibus Esaiæ. Torcular calcavi solus: Esaiæ. lxiij. sic tota christiani vita torcular debet esse, exprimens effectum charitatis in proximos, & patientiam in his quæ superueniunt patiēda. ¶ Quarto ædificauit in ea turrim. Turris alta, qua speculamur omnes in vinea existentes, & quæ ibi sunt, & fiunt, altitudo & eminentia charitatis est circa proximis faciēda specularē eorum necessitates, vt videantur ex charitate, & sic illis succurratur. Hæc locat Christus vobis diuitibus, qui temporalia habetis: vt tempore suo, scilicet dum in vobis est facultas, & in proximis necessitas (modo præexposito) mutuo ex charitate detis, vt meritū vite æternæ acquiratis. ¶ De secundo ponitur ingratitudo vititorum & agriculturalum, eo quod dicit textus, quod cum venit tempus collectionis fructuum, misit seruos suos: & alios lapidauerunt, alios occiderunt: & tandem hæredem extra vineam occiderunt. ¶ Allegorice. Sicut in his vititoribus seu agricolis notatur duo mala, in hoc videlicet, quia & fructus suo tempore non dederunt, & quod seruos male tractauerunt, etiam ipsum hæredem: sic duo sunt mala populū christiani modernis temporibus. Primum, quod sanctæ conuersationis intra ecclesiam fructum non afferunt, & christi seruos etiam corporaliter persequuntur. Non enim oportet exemplum ponere (cum plura in medio sint). Serui autem Dei sunt in triplici differētia & ordine, primus apostolorū, secundus doctorū, tertius prædicatorum huius temporis, quibus obstinata peruersitas huius temporis, septem infert contumelias: prima cū fructum suæ prædicationis non dant. Magna contumelia infertur prædicatori, cum prædicat poenitentiam, & ipsi auditores impoenitentes remanēt. Secunda, quantum in ipsis est illam eiiciunt, cū prædicatio contemnitur, tertia contumelias afficiunt, cū eius vita falso culpatur, quarta verberibus ceditur, cū apertis obiurgationib; cōtradicitur. Quin-

Secūda clausula. Sermo. xviii. Feria. 6. post secūdā.

ta, vulneratur in capite suo (quod est Christus) cū ab hæreticis contradicitur. Sexta lapidatur, cum pro verbo Dei durapatitur. Septima, occiditur, dū ppter auditorū insolentiā & rebellionē à predicatio-
S. Augusti. ne cessat. ¶ Moraliter vero & ad propositū applicando notandum est, quòd secundum Augustinū nec pauperes nec diuites gratis sunt in mūdo: quoniam deus non improvide distribuit bona ista temporalia, & diuitiarum portionem, vt nesciat quibus conuenit dare, & quibus non. Nec etiam ex parte diuitum, quibus concedit huiusmodi portionem est meritum magis quā in paupere. Similiter nec ex parte indigentium est culpa, vt illis deneget, saltem quo ad hoc: sed suo diuino consilio hoc ordinat, vt isti illis carendo, ex patientia mereantur: diuites vero ex illarum largitione charitatiua etiā mereantur: & vnusquisque suæ paupertatis & sustinentiæ, & charitatiuæ largitionis fructum suo tempore dent. Tempus autem collectionis vtrorumque est quod assignauimus, scilicet quo pauper indiget mutuo, & diues habet vnde mutuet facultatem, iuxta doctrinam superius datam. Et sic tunc mittit seruos, scilicet indigentes vt colligant &c. O impietas, quia alios lapidant verbis duris, alios extra vineam eijciunt: dum ratione extorcionis lucri & vsuræ, compelluntur relinquere proprias habitationes: immo inter mercatores frangere bancum, & creditum amittere: & quòd peius est, ipsum Christum in illis charitatis hæredem (qui hoc charitatis præceptū dedit) occidunt. Ecce duo mala vsurarij: vnum, quòd fructum charitatis non dat: alterū, quòd occidit illos, immo vxorem & filios, &c. ¶ Tertio, ponitur poena & dissipatio. Sequitur in textu, quòd interrogauit illos iudæos maiores, quid faceret dominus agricolis il-

lis malis? Qui responderunt, quòd malos male perdet, & vineam suam dabit alijs agricolis. Allegorice & mystice. Cum venerit dominus huius militantis ecclesiæ vineæ suæ ad iudicium discussionis & retributionis, secundum Apostolum reddere vniciuique iuxta opera sua: malos male perdet. Dū **Roma. ij.** plex ponitur perditio. Vna qua boni in hac vita perduntur, quia mundo & carni, & sibi ipsi perduntur. Vtilis profecto perditio, & qua anima saluatur, vt saluator inquit. Qui perdidit animam **Ioānis. xij.** suam in hoc mundo, in vitā æternā custodit eam. Alia est perditio, qua homines perduntur aliquādo bene: dum per poenitentiam pristinam vitam perdunt, & malam conuersationem, & consuetudinem peccandi: perdunt etiam vitam peccati, vt inueniant vitam gratiæ. Mali autem male se perdunt: dum impenitentes remanent in regione longinqua peccati, quorum perditio est damnationis & poenæ æternæ, vt **Psalmus, dicit, Vultus autem domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum.** ¶ Verum ad propositum duplex ista perditio intelligitur, vt prima sit bonorum diuitum. Quia si perdunt lucrum, quod ex mutuo propter charitatem & charitatis hæredem Christum dant fratri: bona perditio est, quia perditur lucrum temporale, & acquiritur æternum. Secunda autem sit malorum, quia perdunt meritum, & dissipant substantiam, dum iusto Dei iudicio male acquisitis tertius hæres non gaudet: perdunt animam, quia eis dicitur, quòd auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum meriti: hic gratiæ, & in futuro gloriæ, Ad quam nos perducatur ipse Christus Iesus: qui cum patre & spiritu sancto viuūt, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Tertia Clausula. De poena consequente statum

AVERSIONIS ET RECESSVS A DEO, AC QUANTITATE SIT CALAMITATIS & MISERIE. Incipit.

Sermo decimus nonus. Sabbato post secundam

DOMINICAM. IN QVO TRACTATUR, QUOMODO AD CULPAM SEQUITUR NECESSARIO POENA. Sub isto themate.

Tertia clausula. De sequella poenæ ad culpam. 48

¶ Et postquam consummasset omnia, orta est fames valida in regione illa, & coepit egere. Ex parabola Lucae. xv. c.



PEDITA per Dei gratiā secunda clausula, videlicet, de recessu istius adlescētis a patre recedentis per culpā, quā sit malitiæ clare perpendim⁹: venit expedien-
 da tertia Clausula & status alius huius adolescentis peccatoris sequens ex illo, scilicet status miserie & poenæ, quā tãgitur in presenti parabola in quinque conditionibus poenalibus. Dicatur textus &c. Primo, in hoc, quòd fuit vita egenus, quia dicit, quòd coepit egere. Secundo fuit cibo famelicus, quia dicit, quòd fuit orta fames valida in regione illa, Tertio fuit vili seruitute subiectus, quia dicit, quòd adhaesit vni cuius regionis illius. Quarto fuit vili officio deditus, quia dicit, quòd misit illum in villam suam, vt pasceret porcos. Quinto affectus desiderio cibationis vilis, quia dicit, quòd cupiebat satiari de filiis, quas porci manducabant. Et tandem vltimo fuit frustratus desiderio suo, quia dicit, quòd nemo illi dabat. In presenti sermone dicemus solum generaliter, quomodo ad statum culpæ & recessus à deo sequitur necessario status miserie & calamitatis. Sed primo salutetur virgo Maria.

¶ Argumentum sermonis.

Quærens apud me istum adolescentem in regione suæ abundantie, qualiter se haberet in tãta sibi optata felicitate, & non iam reperiens in illam, quia transit mūdus & concupiscētia eius, incoepi interrogare sodales eius, videlicet, dæmonem, qui eum ad talem statum deduxit per tentationem: & mūdum, qui eum adulatorie allexit: & carnem, quæ sic delicate illum fouebat. Nunquid vidistis adolescentem, quem sic inter vos sopitum, & extra se tenebatis? At illi se nescire fateantur. Et certe bene verū est, quòd ipse nobiscum in ista regione per manendo, & in delectatione peccati, expendit omnia bona quæ habebat, viuendo luxuriose. Veruntamē cum iste status delectabilis culpæ transit, quia non potest durare, vt dicitur Iob. Transibit vita no-

stra tãquam vestigium nubis, & sicut nebula, quæ dissoluitur: omnibus consumptis, abscessit. O mūdus fallax: non mūdus, sed immundus amicus fallax, amicus mensæ: sed in tēpore necessitatis, quos amasti, relinquis. Socius delectationū, fortunæ comes, tandiu ad hæres, quādiu quod tuū est in homine iuuenis. Sed quærendo hac & illac, veni in mentē status consequentis poenæ. Ideo præteries considerationem status culpæ, veniens ad considerationem status poenæ, vidi illum à longe minantem & pascerem porcos. Et premissa salutatione, coepi illum à planta pedis vsque ad uerticem capitis intueri, dicens, Esne tu illius magni regis filius, qui à patre discedens, tot his diebus delictijs affluabas, substantiam paternam prodige expendens, & omnibus tuis sodalibus tam charus existens? Quo modo igitur ad hanc penuriam venisti? Nam, vt vido, à fame tua pallent ora, & cutis squalida deforme tuum reddit delicatum corpus: tuq; deniq; exuuiæ tibi præstant temperamentum, & qualis femiuus in cedis: solum vita nature in poena viuendo. Dic ergo mihi cuius conditionis est dominus cui seruis? Et quid præmij te expectat? Quis cibus, qui te ita macilentum nutrit? Quæ postremo societas amicabile? Ipse autem respondit. O pater, vnum scio, & alterum ignoro. Scio enim quòd in illa regione in qua manebam, omnia quæ mecum attuli, expendi cum mulieribus, cum mundo, cum vanitatibus. Sed me priuatum bonis abiecerunt: nec est qui meæ fortunæ compatiatur, sed coactus necessitate, huic tyrånico & miserabili statui me subieci: in quo, vt vides, tam vili officio deditus filius regis pasco porcos, & cupio satiari de filiis, nec possum. Causam tamen huius plene ignoro, cū nō scia quātum ista miseria & calamitas sit duratura. Tãdē affligor, nesciēs an i dies augeri debeat. Quātis autem afflicus sim, tu vides, atq; intelligis. Cui ego, O fili prodige, non possum tuis non compatimiserijs. Expecta igitur, quoniam tui charitatē & Dei per motus, in presenti sermone tuum calamitosum statum incipiam cum Dei adiutorio declarare, faciendo tria. Primum, quomodo fuit impossibile quin ad statum culpæ sequeretur status poenæ & miserie, in quam incidisti in ista regione. Secundum, quomodo ista miseria & poena iuste & rationabiliter est æterna. Tertium, inde sequens,

j. Ioan. ij.

Iob. viij.

Secūda clausula. Sermo. xix. Sabbato post secundā.

quod propter inæqualitatem culparum huius regionis erit etiam inæqualitas poenarum in illo, Et si aderit tempus, dicemus aliquid de euangelio: vel dimitemus illud, cum sit de assumpta parabola.

¶ Prima pars.

A **S. Thomas.** **E** primo est notandum secundum fan-
ctum Thomam. j. ij. q. lxxxvij. quod li-
cet peccator cesset ab actu peccati, ta-
men post actum peccati, & cessante illo actu, vt
vere dicatur peccator, dubium videtur, quid rema-
net in illo, a quo formaliter dicatur peccator? quid
oportet nisi cessare à peccato? ¶ Pro responsione
dicit beatus Augustinus libro primo confessionū,
quod remanet in illo quædam essentialis poena cō-
sequens actum peccati, & illius deordinationis, quæ
de potentia Dei ordinata impossibile est nō sequi,
videlicet remorsus conscientie, inquietudo quæ-
dam, tristitia, suspiria incauta, adeo vt nemo ei pla-
cere possit. Item quidam timor: exemplo latro-
nis, qui omnes portantes virgas putat execu-
tores iustitiæ, vt eum velit capere. Sic peccator om-
nia quæ sibi eueniunt, putat esse propter peccatū,
& quendam timorem poenæ habet: & vtinam sic
in omnibus esset, vt sic sentiendo, non ita effrenate
peccarent. Inquit enim Augustinus, Iussisti domi-
ne & ita est, vt omnis in ordinatus amor sibi ipsi sit
poena. Ex quo possumus inferre, quod si per impos-
sibile nō esset deus qui offenderetur, nec infernus
localis, & poenalis in quibus homo puniretur: pro-
pter solam istam poenam essentialiorem interiorem
& peccato annexā, deberet homo abstinere a pec-
cato. Vnde Seneca, Si scirem deos ignoscituros, &
homines nō visuros, adhuc à peccato abstinerem.
¶ Scotus vero in quarto distin. xiiij. q. j. ar. ij. vltra
istam essentiali poenam ponit alia tria quæ con-
sequuntur peccatum. ¶ Primum dicitur macula.
Exemplum, Sicut post tactum pulchri coloris re-
manet quædam pulchritudo: & post tactū immū-
di manet deformatitas: ita ex actu inordinato pec-
cati a voluntate sequitur in anima ex illa deordina-
tione macula. Verum quæ sit illa macula animæ,
audiamus. Quod clarum erit, si attendatur quid sit
pulchritudo anime, quam ex pulchritudine corpo-
ris cognoscemus. Quidigitur est corporis pulchri-
tudo? Dico secundum Aristotelem & Tullium in li-
bro tusculanarum quæstionū, quod pulchritudo
est proportio membrorum cū viuacitate coloris.
Duo namq; dicit includere pulchritudinem. Pri-
mum est, proportio membrorum. Licet anima sit

indiuisibilis, suo modo habet membra. Membra
autem sunt illæ potētie interiores, scilicet intelle-
ctus, memoria, voluntas: & exteriores & executi-
uæ. Inter quas est proportio, cū informantur cha-
ritate. Tunc enim est perfecta Dei recognitio quo
ad memoriā, perfecta eius dilectio quo ad volūtātē,
& perfecta intelligētia quo ad intellectum, & obedi-
entia virium sensitiuarum: adeo vt manus non
operetur, nisi quod lingua loquitur: nec lingua lo-
quatur, nisi quod voluntas præcipit: nec voluntas
præcipiat, nisi quod ratio dicit: & ratio non di-
ctet, nisi quæ cognoscit intellectus deum velle. Ex
clama istam animæ pulchritudinem. Quod salua-
tor tangit dicens, Diliges dominum deum tuum **Matth. xxij.**
extoto corde, & ex tota anima tua. &c. Extoto
corde, quo ad rationem seu intellectum informa-
tum lege diuina: ex tota mente, quo ad memo-
riam: ex tota anima, quo ad voluntatem: & ex om-
nibus viribus: quo ad sensitiuas exteriores. Tunc
insurgit admirabilis pulchritudo in anima ex ista
membrorum seu potentiarum proportione. Sec-
undum autem quod dicit, pulchritudo est viuaci-
tatis in colore. Ista viuacitas coloris consistit, cum
charitas est in anima (quæ nescit secundum apo-
stolum esse ociofa) & diligentiam seu conatum ap-
ponit, vt diligatur deus, & proximo subueniatur, **j. Cor. xiiij.**
& in his quæ pertinent ad impletionem diuinæ vo-
luntatis. Quomodo in republica esset bonum, vt
essent aliqui viui in charitate? Certetupiditascha-
ritatis causa est tantorum litigiorum. Nemo enim
vult mittere manum inter partes. Sic per opposi-
tum est macula animæ cum inter istas potentias
est proportio, & cum vna quæque sine ordine
tendit in sua obiecta. Ratio namque dicit deum
super omnia diligendum, proximum sicut seipsum,
restituendum vlturas, & male ablata, a peccato de-
sistere: Voluntas vero anteponit creaturā, proxi-
mum odit, facit quicquid vult, &c. si deresis cla-
mat, voluntas claudit oculos: iste ordo peruersus
in anima facit maculam. Possumus ponere exem-
plum in peccato dæmonis, & quomodo terret eius
visio, cum in rei veritate non habeat nisi peccatum
& naturam angelicā, & spiritualem. Spiritu-
alis natura ex se non terret, nec eius visio: ergo erit ra-
tione peccati. Et forte secundum istam animæ de-
formitatem maiorem vel minorem propter eorū
peccatum assumunt dæmones deforme vel magis
deforme corpus. Macula ergo in anima est illa de-
formatitas volūtatis, a Deo & a lege eius & per con-

De sequella poenæ ad culpam.

49

sequens à potentijs rationalibus. Et istud est, quod
remanet post actum peccati. O fratres, si vnus dæ-
mon & spiritus angelicus propter vnum pecca-
tum adeo deformis videtur, vt sic deterreat cor-
pus cōformiter ad illam deformitatem assumptū:
quid si videretur anima tot peccatis & foetidissi-
mis irretita? Quasi videretur vnus infernus, & vna
ps. cxxxvj. Babylon in confusione. De qua Psalmus. Filia Ba-
bylonis misera. ¶ Secundum quod remanet dicitur
offensa, & hæc in ordine ad Deum. Offende-
re nāque est percutiendo repercuti. Vt potest po-
ni exemplum in offeudente pede lapide. Offendis
enim Deum, quia tangis legem eius: repercuteris,
id est, incitas, & prouocas Deum contra te in vin-
dictam. Et non solum ipsum Deum, sed & omnes
creaturas prouocas ad vindicandum suum crea-
torem. Exemplum in peccato adæ, cui post pecca-
tum creaturæ omnes (quæ fuerunt datæ in obse-
quium) fuerunt contrariæ, vt ignis comburendo,
aqua siccando &c. Angelus etiam ipsum expul-
lit a paradiso, terra genuit spinas & tribulos.
Huius ratio est, quia abusus fuit illis in peccando
contra creatorem, quæ ei datæ fuerant in adiuto-
Sapientie. v. rium seruiendi illi &c. Hinc Sapientia dicitur, quod
pugnabit pro illo orbis terrarum, dum scilicet om-
nia quibus vtitur, aggrauant poenam eius, & sunt
Sapientie. vij. velut offendicula illi. Ideo dicitur Sapientia. Po-
tentes potenter tormenta patientur. Potentes
quidem, scilicet in diuitijs & indignitatibus &c.
Hinc forte beatus Augustinus dixit, quod maius
est iustificare peccatorem, quàm creare cœlum
& terram. Ratio, quia in creatione nil aliud fuit
nisi dicere & facere, nec ex parte Dei, nec ex parte
creaturæ, **ps. cxlvij.** Psalmo dicente. Ipse dixit, & facta sunt:
ipse mandauit, & creata sunt. Sed in iustificatio-
ne oportet reconciliare hominem cum omnibus
creaturis, quibus etiam erat inimicus. Ecce ergo of-
fensam, non solum Deum habere offensum, &
prouocatum: sed etiam ipsas creaturas ad punitionem,
quia suo modo causabunt illi poenā: & quā-
to plumbus & magis illis abusus fuit, tanto maior
erit poena. ¶ Secundum quod remanet post
Doctores. actum peccati est reatus. Vnde dicunt Doctores,
quod licet per poenam reparetur iustitia læsa, &
ex illa oriatur reatus & obligatio ad poenam: ta-
men correspondentia in poena non attenditur
quantum ad durationem culpæ, vt patet in homicidio,
& adulterio, quæ in fieri parum durat, obli-

gatio tamen est æterna, sicut in humanis morte
& carcere perpetuo puniuntur. Similiter nec etiam
attenditur huiusmodi reatus & obligatio ad poe-
nam ratione acerbitatis, vt scilicet, ita solum in-
tense affligatur quis, quantum in actu intense
delectatus fuit, constat enim quod plus affligi-
tur: veruntamen attenditur huiusmodi reatus
secundum grauitatem offeñse illius, in quem com-
mittitur. Exemplum. Offendens quantum in se
est, perturbauit pacem & amicitiam ciuium ad-
inuicem, vel obedientiam ad principem: & ita pro-
pter homicidium meretur extirpari totaliter a ci-
uilitate per mortem, vel exilium, vel carcerem
perpetuum: quæ poena perpetua est, secundum
capacitatem eiusdem offeñdentis, quæ est inten-
tio legis, vt quo ad hoc non reuocetur perpetuo
ad societatem communitatis quam offeñdit. Sic
in ciuilitate & politia qua vniuntur fideles in lege
fidei & charitatis, videlicet, quod ille qui quan-
tum in se fuit subuertit ordinem charitatis ad pro-
ximum, & debita subiectionis & obedientiæ ad
Deum: meretur extirpari totaliter a ciuilitate spi-
rituali per mortem spiritualem, exilium a paradiso,
& intrusionem in carcerem inferni.
¶ Secundo etiam attenditur iste reatus & obli-
gatio ad poenam secundum bonum, quod amit-
tit. Ponitur Analogia de filio Regis & filio agri-
colæ. Non enim est poena filio agricolæ si caret
regno, quia ei non competit: sed filio Regis ca-
renti regno sua culpa, tanta esset poena, quanta
esset culpa, qua caret, & quantum regnum quo
caret. Pueri etiam existentes in limbo perpetuo
carebunt regno cœlesti (vt Doctores extat sen-
tentia) damnati in inferno perpetuo etiam care-
bunt illo: veruntamen pueri illi nil positue ex
hoc habent poenæ, eo quod non sua culpa care-
bunt. Secus de damnatis, qui quanto maior culpa,
tanto maior poena: quanto maius illud cœlum,
tanto maiorem poenam sustinebunt. Sic in pro-
posito dicimus, quia regnum amissum est æter-
num, & illud æternaliter debuissent possidere, si
non sua culpa perdidissent: tantum reatus & obli-
gatio eorum est infinita. Sic etiam quicūque alius
maius ius habuisset vel habere potuisset, tanto ex
carentia illius sua culpa maior reatus insurgit. Re-
ligiosus namque habens statum in quo si operaretur
conformiter ad illum maiorem gloriam & eius
in cœlo acquirere potuisset: sua culpa illud perdēs,
tanto maiorem poenam ex hoc habebit.

D ¶ Ex quo primo sequitur, quod non est possibile, quod in aliquo ponatur culpa sine poena subsequēte & reatu ad illam. Ratio ad hoc est beati Bonaventurę in. ij. distin. xxxvj. q. j. Quia sicut Deus de bono opere non dat illico pręmium quod ex illo meretur, sed differt vsquequo ab ista vita in aliam fit transitus: verū tamen aliquam pręgustationem spiritus, & primitias tribuit, vt fit in conscientia bene operantis tranquillitas, & est quędam iocunditas conscientię sicut fructus spiritus, & inchoatio remunerationis illius, vt Apostolus inquit, Laborantem agricolam oportet de fructibus primum edere. Et. Psalmus, Labores manū tuarum quia manducabis: beatus es, & bene tibi erit. Sic in peccato magnitudo poenę & afflictionis differtur in futurum, tamen interior afflictio & remorsus cōcomitatur & sequitur hic, remanente reatu ad vltiorem. ¶ Sequitur secundo, quod nunquam est poena punitiua sine culpa pręcedēte. Et ita istud est verum, quod si nulla esset culpa, nulla esset poena punitiua. Hoc patet de omni poena inductiue. Tum primo de poena infernali, quia ipsa respicit culpam pręsentem. Quia infernus poenalis non esset, si pręsens non esset culpa: & ideo quia semper est pręsens, semper durat: & ita ponderandum est, quod nō esset infernus, nisi pro illis qui semper culpam habent pręsentem. Tum secūdo patet de poena purgatorij, quę respicit culpam pręteritam in se, sed pręsentem in reatu & obligatione. Et sic est culpa in sequella poenę quousque deletur, & purgetur. Tū tertio patet, de poena iustorum, quę hic respicit culpā vt pręteritam in se vel in alijs. Tum quarto patet de poena Christi, nō sui peccati, nec in se, sed in alijs in reatu & obligatione, scilicet totius generis humani: & omniū nostrū. Sic igitur resolutorie habemus, quomodo status poenalis & miserię respicit & correspondet semper statui culpe: & non est possibile quod ad culpam non sequatur poena & miseriam, ideo dicitur, quod in regione illa cepit egere &c. & sic patet primum.

¶ Secundapars.

F ¶ Ex secundo, videlicet, quomodo ista miseria & poena sit eterna, & q̄ iuste hoc sit, patet, supponēdo q̄ non loquimur de illa, quę respondet morienti in peccato mortali, quia de illa clarum est: sed de ista quę respondet in reatu culpę mortali, & transeunte actu peccati mortalis obligatus remanet. Et hoc

duplici ratione. ¶ Primo, ratione pręferentię, quia quanto minus bonum pręfertur maior bono, scilicet Deo, tanto maior est reatus poenę ad quam obligatur. Exemplum de Esau, qui pręposuit silentium scutelam toti hereditati & primogeniturę. Igitur qui pręfert Deo rem quę esset in duplo minor deo: (si illa esset dabilis) esset aliquale peccatum: & si in quadruplo, in quadruplo: & si in infinitum, in infinitum culpabilis. Cum igitur in infinitum Deus & creatura distent: peccator creaturam Deo pręferens, in infinitum peccat, & ita infinitę poenę reus est: ergo pro quolibet peccato, ratione pręferentię, meretur poenam æternam infinitam. ¶ Secundo ratione transgressionis, quia vbi sunt transgressiones æquales, & poenę debent esse æquales. Vnde æqualiter obligati, transgrediendo, æqualiter obligantur ad poenam: ergo magis obligatus, transgrediendo, magis peccat. Igitur in infinitum obligatus, infinitę poenę erit reus: sed quia quilibet infinite obligatus est Deo (quia si finite, daretur casus in quo esset obligatio spirata, & sic de obligatus Deo, quod est impossibile, cū Christus dicat. Cum feceritis omnia quę pręcepta sunt vobis, dicite, serui inutiles sumus) ergo si non esset culpa, nulla esset poena: & si nulla esset culpa obligans ad poenam in infinitum, nulla esset obligatio ad poenam infinitam: ergo peccator poenam quā sustinet: & miseriam, quas pateris, culpa meretur, & ad statū culpę, cōsequitur status miserię æternę. Hinc Iob. Absit a deo impietas, & ab omnipotenti iniquitas. Opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias singulorum restituet eis. Primo, Iob remouet a deo iniustitiā dicēs, absit a deo impietas. Quia primā iniustitia est punire innocentem, & hæc est impietas. Secūdo nō punire nocentē, & est iniquitas. Quasi dicat. Absit a deo impietas, quasi damnet innocentem: & ab omnipotenti iniquitas, id est, vt dimittat noxium impunitum. Opus enim hominis reddet ei, id est, iuxta transgressionem & obligationem dabitur poena. Habemus etiam figuram in Cain in Genesi. Nonne si bene egeris, recipies: supple, scilicet bene: si autem male, statim in foribus peccatum tuum aderit: id est, poena peccati tui vicem ianitoris habebit, quia sic vel sic ostium claudet. Quia si hic non remittitur obligatio & reatus per poenitentiam, æternaliter claudetur tibi ianua cœli, & non patebit accessus. Rationaliter igitur poena æterna erit. Et tantum de secundo principali.

Lucę. xvij.

Iob. xxxiij.

Genesis. iij.

G ¶ Tertio, videlicet de inæqualitate poenarum, est supponendum vnum fundamentum, videlicet, quod de ratione poenę iunt tria. ¶ Primo, quod fit in voluntaria, & voluntati contraria. Quia sicut culpa consistit agēdo vel omittendo aliquid ex voluntate: sic poena in patiendo quod fit contra voluntatem, ideo culpa est voluntaria: & poena inuoluntaria: & quanto magis inuoluntaria, tanto magis poena. Ideo Augustinus de fide ad Petrum, Geminum est creaturę rationalis malum: vnum, quo voluntarie deficit a bono: alterum, quo inuite punitur igne supplicij. ¶ Secundo requiritur quod sit afflictiua, quia omne quod contrauenit voluntati affligit. Ex duobus inest peccatori afflictio, scilicet ex bono, quod amittit: & ex malo, in quod incurrit. ¶ Tertio, Requiritur quod sit ex culpa. Ideo licet poena quam boni patiuntur, sit afflictiua: tamen quia non infligitur ex culpa, immo est promotiua ad bonum suum, non habet rationem miserię & poenę. ¶ Hoc supposito, sequitur vltimum, videlicet quomodo miserię & poenę sunt inæquales, eo q̄ sequuntur ad culpā inæquales: quarū culpā maioritas & inæqualitas prouenit ex quinque. Primo ratione facilitatis: quoniam vbi est maior resistendi facultas, & non resistitur, ibi magis peccatum & grauius. Exemplum in sene & iuvene circa peccatum carnis. Bene verum est, quod maior poenitentia imponenda esset iuveni quam seni, vt esset in remedium pręteriti, & pręseruationis in futuro: senex vero in inferno grauius puniretur. Secūdo ratione deordinationis, quia vbi magis deordinatur voluntas, ibi grauius peccatum. Plus deordinatur in ablatione bonorum corporis, quam bonorum temporalium: & ita maius peccatum est auferre vitam, quam bona temporalia. Tertio ratione motiui, quia vbi minus est de motiui in peccato, tanto peccatum grauius. vt patet in peccato ex ignorantia vel ex fragilitate, & ex malitia: quorum vltimum, dicitur in spiritu sanctum, Quarto ratione comparationis, Quoniam in eodem genere peccati est grauitas secundum diuersas species, vt patet in luxuria de simplici fornicatione cum soluta, de adulterio cum coniugata, de incestu cum persona coniuncta vel carnaliter vel spiritualiter, de peccato contra naturam, & sic de alijs. Quinto ratione nobilitationis. Quia quanto obiectum contra quod peccatur est nobilius, tanto peccatum est grauius. Exemplum in humanis de percutiēte ser-

uum, militē, aut regē, sic de peccatis commissis in proximū & in Deum. Si ergo vbi culpa inuenitur, correspondet poena: & vbi erit inæqualitas culpe, erit inæqualitas poenę illi correspondētis. Poterit ergo crescere miseria tui statū in quo es, si crescit culpa. ¶ Ex quo resolutorie patet propositū primū, videlicet quomodo ex culpa sequitur miseria: non solum illa essentialis secundum Augustinum & Thomam, sed etiam vltra illam, illa tria quę Scotus dicit, quę poenalia sunt, scilicet macula, offensa, & reatus ad poenam. Etiam quod illa poena correspondens est infinita. Ideo stultum iudicari debet in isto adolescente, illud quod in euangelio dicitur de illo, eo quod instabat patrem petens portionem substantiæ, cum dissipando illam in regione longinqua viuendo luxuriose, nō potest aliter esse, nisi illico in hoc secundo statu ligari ad miseriam & poenam: pręcipue tribus laqueis seu funibus. Primus est culpę, quę ligat ad mortem: æternam, vt non recedat ab illa quando voluerit, vt ps. In via hac qua ambulabam, absconderunt superbi laqueum mihi. Culpa enim abscondit in se laqueū poenę, ideo homines non considerantes hoc incidunt in tot miserias, ps. Ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorū in manicis ferreis. Culpa est velut cippus non sinens ambulare nisi in poenam, nec illam euitare, ideo dicit, ad alligandos in compedibus. Similiter est velut manicę ferreę (id est, sposas vulgariter) ideo sequitur in manicis ferreis. Ecce ergo portio quę ei contingit in ista regione, scilicet illa poena essentialis. ¶ Secundus laqueus est poenę. Nā laqueus qui constringit, vulnecat & lædit, vt patet in diu ligatis. Quę maior vulneratio, quam poenam æternam inuoluntariam & ex culpa propria sine fine incurriere? Ecce ergo portio istius regionis, videlicet quo ad reatum, ¶ Tertius laqueus est creaturę, ratione offensę. Quia offenso Deo, & irritato ad vindicandum, oēs creaturas propter eius malum vsum irritatur. Vis ergo ab his laqueis liberari: declina ab illis vt Psalmus. Cogitavi vias meas, & conuertii pedes meos in testimonium tuum. Vel rumpe hos laqueos, & si nō potes (vt Sālon) viribus proprijs, quę re adiutores, scilicet sacerdotes, & poenitentia, Vel tandē scinde eos in minutissimas partes, scilicet per contritionē, & confessionē, vt liberari possis hic per gratiā, vt sic liber euolare possis ad gloriā. Ad quam nos perducat ipse Christus Iesus, qui cum patre & spiritu sancto viuunt & regnant in sæcula sæculorum. Amen.

Sermo vigesimus. Dominica tertia quadragesimæ

MAE. DE SECUNDA MISERIA HVIVS STATVS. VI. delictet, de seruitute peccati. Sub hoc themate.

¶ Cœpit egere, & adhæsit vni cuius regionis illius. Ex parabola Lucæ. xv. cap.



IN COEPI-
mus in præce-
denti sermone
statum miserie
pētōris a Deo
auerſi, & vidi-
mus generali-
ter quomodo
est impossibile
ad statum cul-
pæ nō sequi sta-
tum poenæ, inter
quas erat ille re-
atus ad obligatio-
nem poenæ æternæ,
& quod potest aug-
mentari illa obli-
gatio ratione in æ-
qualitatis culpæ.
In præfenti ser-
mone declarandum
est de secunda mi-
seria huius status
poenalis in quam
etiam incurrit ex-
istens in illa re-
gione, videlicet,
de miserabili serui-
tute eius, quia de-
seruit vni cuius
regionis illius. Sed
prius salutetur
virgo Maria.

¶ Argumentum huius sermonis.



DVO fundamenta sunt præmittenda su-
per declaratione illius termini seu voca-
buli vnus cuius. Primum est, quod in sa-
cra scriptura tantum valet frequenter
vnus sicut primus, vt patet in Genesi. Factum est
vespere & mane dies vnus, id est, primus. Et Ecce-
listes, Vnus est, & secundum non habet. Et Esaiæ.
Attendite ad Abraham patrem vestrum, quia
vnum vocavi eum, & benedixi, Et Danielis, de
Michaele dicitur, Michael vnus de principibus ve-
nit in adiutorium meum. Sic enim vulgariter dici-
tur de primo in domo regia, quod est vnus in illa.
Dæmon namque in regione peccati dicitur vnus
cuius illius regionis longinquæ, id est, primus in sta-
tu culpæ, & per consequens erit primus (vt dixi-
mus) de illis qui sunt in statu miserie & poenæ. Si-
militer dicitur vnus, respectu aliorum. Primus
namque in ordine ad secundum tertium, &c. dici-

Genesis. i.
Eccle. iiii.
Esaiæ. l.
Danielis. x.

tur. Et ita inter omnes, qui sunt in illa regione pec-
cati, ipse dæmon est primus. ¶ Secundum funda-
mentum est inquirere, in quo dæmon dicitur vnus
illius regionis, & pro hoc oportet notare propo-
sitiones. ¶ Prima, quod nō implicat contradic-
tionem, dæmonis voluntatem posse rectificari. Ratio
huius esse potest, quia est eiusdem naturæ cum
potentia aliorum, & naturalia in eis post peccatum
remanerunt, quæ ex parte potentie Dei absolu-
tæ potest dari eis rectificabilitas: quamuis hoc non
sit possibile ex potentia Dei ordinata, eo quod illa
rectificabilitas deberet esse per gratiam, & illi sunt
iam extra statum & merendi & habendi illam.

¶ Secunda propositio. Voluntas dæmonis ad hoc
quod non rectificetur, habet duplicem defectum.
Vnus est, quia deficit ei poenitentia fructuosa sui
peccati, quæ provenit a voluntate & gratia. A vo-
luntate quidem, habet, quod non potest sibi dispi-
cere peccatū (quod requiritur, vt Christus, Poeni-
tentiā agite, & appropinquabit in vobis regnū celo-
rum. Et Augustinus. Qui fecit te sine te non iusti-
ficabit te sine te) nec habere propositum emendan-
di. Alter defectus est, quia deficit sibi gratia sanans,
excitans, &c. sine qua non potest esse poenitentia,
quæ est displicentia peccatorum propter Deum
(vt videbimus late in sequentibus). ¶ Tertia pro-
positio est. Quod ratio & causa quare illa gratia sa-
nans & excitans non datur illi: sicut datur nobis in
hac ratione existentibus est: quia non se disponit.
Nam secundū sanctū Bonaventurā, ad poeniten-
tiam agendam à peccatore requiritur quædam gra-
tia gratis data excitans liberum arbitrium existēs
in peccato, videlicet, vt consideret peccati foedita-
tem, gloriam amissam, poenam inferni incursum,
ad hoc vt doleat, quæ vocatur gratia præueniens
(licet secundum Scotū sufficiat sola generalis Dei
influentia & faciat quod in se est, scilicet desinēdo pec-
care, & præparet se ad gratiam recipiendā). Et ita
inquit Christus. Nemo potest venire ad me nisi
pater meus traxerit eū. Et Apostolus. An ignoras

Mat. iiii. a.
S. Augusti.
S. Bonav.
Scotus.
Ioan. xij.
Roma. ij.

quod benignitas Dei te ad poenitentiam adducit?
Ergo necessaria est gratia præueniens & incitans li-
berum arbitrium ad rectificationem voluntatis, &
in nobis & in dæmonibus si rectificari deberent.

¶ Quarta propositio est, Quod ratio & causa qua
re illa gratia non datur, qua potest se disponere ad
dolendum de peccatis (quæ requiritur in libero ar-
bitrio) est, quia hoc demeretur per continuationem
peccati, & malorum operum. Hæc clara est,
quia peccanti, vt tali, non datur gratia de lege or-
dinata. ¶ Ex quo possumus ponere corollarium
resolutorium, quod ista irrectificabilitas volunta-
tis angeli non provenit ex parte Dei, quia secun-
dum Apostolum, Omnes homines vult saluos fieri,
voluntate antecedenti, & ad hoc creauit homi-
nes & angelos, & homines voluntate consequenti,
quia omnia remedia instituit, & parata ad hoc
habet. Tum liberum arbitrium omnibus dando,
quo possint peccata detestari & mala. Tum præ-
cepta decalogi apponendo, quæ sunt regulæ ius-
titie diuinæ, per quorum obseruantiam salua-
ri possumus, te he Christo. Si vis ad vitam ingredi,
serua mandata. Tum adiutoria sufficientissima &
efficacissima instituendo, videlicet, sacramenta dis-
positiua & collatiua gratiæ, & prædicatores. Tum
merita, quibus correspondet gloria. Similiter non
provenit ex parte liberi arbitrii angeli, quia eius-
dem naturæ est post peccatum sicut ante, vt dicit

D
j. Timo. ij.
Mat. xix. c.
Augustin.

Augustinus de fide ad Petrum: quod ex parte sui
eandem habet libertatem. Nec etiam provenit
ex parte peccati eius, quia quantumcumque gra-
ue esset, si gratia adueniret, expelleret illud: ideo
morbus qui per aliquam medicinam potest cura-
ri, non dicitur incurabilis. Sequitur quod hoc pro-
uenit ex parte status & regionis, quia est in termi-
no peccati & merendi: & ita non potest se dispo-
nere, & hoc ex diuina dispositione & ordinatio-
ne, vt quia voluntarie se posuit in illa regione, non
possit rectificari. Non quidem ex parte illorum,
quæ diximus, sed ex parte status, in quo clauditur
ianua ab ipso peccatore, vt Psalmus, ne demergat
metempellus maris, ne claudat super me puteus
os suum. Tunc enim clauditur ianua putei pecca-
ti, cum peccator ingreditur illum statum, a quo
iam non est regressus, deficientibus gratia præue-
niente, sanante, & adiuuante ex diuina ordina-
tione. Ex quo deducitur ad propositum, quod dæ-
mon est vnus cuius, id est, primus illius regionis pec-
cati & miserie per firmam adhesionem peccati,

Psal. lxxvij.

¶ ratificationem in malo: cui cui peccator adhæ-
ret, cum illi per voluntatis subiectionem se ratifi-
cat hic in isto peccati statu. Ille enim iam est cuius
vnus illius regionis per firmitatem in peccato: iste
etiam per eandem adhærens ei, quæ adhesio est
miseria conditio huius status, quæ seruitus dicitur,
De qua in præfenti sermone videnda sunt duo.
Primum, vnde ista seruitus maxime peccati ori-
ginem habeat. Secundum, in quam miseriam &
damna inducit, quod est propositum. Cum euang-
elica expositione de illo dæmoniaco.

¶ Prima pars.



E primo, supponendum est secundum
sanctum Bonaventuram in secundo
distinctione vltima, quod potestas do-
minandi in homine, & quod alij sunt do-
mini, alij serui aliorum, nō est secundū institutionē
naturæ: sed secundum punitionem culpæ. Et ponit
triplicem acceptionem huius. Primo modo lar-
gissime, vt dicit potestatem vtendi omnire, quam
habet homo ad libitum & votum suum. Et isto
modo homo dicitur dominus omnium quæ ha-
bet siue mobilium, siue immobilium: & iste est cō-
munis omni statui, siue naturæ institutæ, siue de-
stitutæ, siue reparatæ: quia maiori libertate uteba-
tur homo creaturis, & illi seruiabant, & erant in-
seruitium eius deputate. Secundo modo commu-
niter, vt potestas dominandi seu præfidenti con-
ueniat homini, qui est capax rationis & precepti,
& dicit excellentiam super alia in imperando: hæc
conuenit statui viæ, siue pro statu naturæ institu-
tæ, siue lapsæ, siue reparatæ. Vnde si homo stetit-
set, imperaret vxori, Apostolus. Caput mulieris
vir: Et pater filijs, videlicet, ad ea quæ ad dilectio-
nem Dei conueniebant: quia in hoc dicit virum
caput mulieris, scilicet in doctrina, in qua magis
præditus erat vir, quā mulier. Item super alios ho-
mines ex communicatione iustitie originalis, quā
pro se & pro alijs, vt caput accepit, a quo imperio
liberarentur in libertate patrie (secundum Augu-
stinum) quia ibi nemo alteri dicit dilige: hic vero
in via opus est, vt sint aliqui administratorij spi-
ritus propter eos, qui capiunt hæreditatem salu-
tis. Tertio modo proprie, vt dicit potestatem coer-
ciuiam in subditos, & quandam coarctationem vo-
luntatis & libertatis. Et talis potestas dñandi, pprie
dicitur dñum cui correspondet seruitus, & hæc cōtin-
git homini secundū statū naturæ lapsæ, & secundū

S. Bonav.
i. corin. xj.
S. Augusti.
Hebreo. j.

Tertia clausula. Sermo. ii. Dñica. iii. quadragesimæ.

S. Augusti. quod dicunt sancti, vt **Augustinus**, quod si non esset ebrietas, non esset seruitus, quia prouenit **Gene. ix. c.** ex maledictione Cham, data à Noe, Maledictus Cham, seruus seruorum erit. Est in poenam peccati. ¶ Ex quo patet, quod cum ista seruitus sit quo ad coarctationem voluntatis, solum est, quo ad actus exteriores (non quo ad interiores voluntatis, cum non possit cogi) vt non liceat facere quæ voluerit. Vt ille quem alter vicit, non potest facere nisi quæ ipse mandauerit, quia seruituti illius quo ad hoc subiectus est.



Applicando igitur ad propositum. Cum poena (vt heri diximus) non sit sine culpa præcedente, & ista seruitus est poenalis, vt patet, ideo in hac regione longinqua peccati, sic subijcitur homo illi principi huius regionis cui adhæret, vt licet (simpliciter loquendo) possit resilire à peccato: tamen quasi impossibilitatur ad illud. (vt in sequentibus declarabimus) & sic est maxima poena adhærere huic cui primo & principali huius regionis. Si enim ille apostolus gratia Dei confirmatus & inflammatus cognoscens huius seruitutis Rebellionem dicit, Nō enim quod volo bonū: hoc facio: sed quod odi malū, hoc

Roma. vij. ago. Et iterum, Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in legem peccati. Pondera captiuantem me &c. Et iterū. Infelix ego homo, quis me liberabit, &c. Quid dicit & faciet infelix homo peccator, q̄ nō solū gratia Dei caret: sed in tali statu se posuit, vt quasi impossibilitetur ad resurgēdū? Nō ergo de seruitute, quæ communis est bonis & malis, & quæ respectu culpæ prouenit, dicimus in præfenti: sed de ista mala culpabili & poenali de qua

Roma. vij. Christus. Quia qui facit peccatum, seruus est peccati. Quasi dicat, Qui exponit se voluntarie faciendo peccatum & culpam: incidit in hanc seruitutem, vt quasi peccatum recognoscat dominum.

Roma. vij. Hinc apostolus. Non regnet peccatum in Vestro mortali corpore. Quia quando iam fere impossibilitatur, tunc regnat, quod contingit in sic adhærētibus huic cuius regionis. ¶ Veruntamen vt ex his sensibilibus applicemus hæc ad spiritualia, est notandū, quod secundum leges humanas triplicia sunt genera seruorum. Primo quidam serui sunt originarij, videlicet, qui in seruitute nati sunt: & tales secundum leges multis poenis subijciuntur, vt pote quia sua non possunt vendere, nec alienare, nec ad officium dignitatis assumi. De quibus

variæ leges dicunt distin. liij. cap. generalis. adiuncta. Glo. Secundo, sunt alij serui emptitij, scilicet qui ab hostib⁹ capti seu empti iugo seruitutis sunt astricti. Tertio, sunt alij serui conductitij, videlicet, aliquo præcio & mercede &c. ¶ Ista genera seruorum possunt applicari in bono. Primo quia in prima creatione homo seruus Dei originarius dicitur, eo quod originem suam a deo habuit, & ideo nil iuris habet contra Dei voluntatem, nec quicquam debet facere quod præceptis suis contrariatur. Secundo, seruus Dei etiam emptitius est, quia cum captiuus a dæmone teneretur, suo præcioso sanguine redemit, vt Esaias inquit, **Esaiæ. liij. c.** Gra-

tis venundati estis, & sine argento redimemini, sed non sine præcioso Christi sanguine, vt dicitur, **1. Petri. j.** pti enim estis, non corruptilibus auro & argento, sed præcioso sanguine &c. Et ecclesia, Te ergo quæ sum⁹ tuis famulis subueni, quos præcioso sanguine redemisti. Immo & chirographum a nobis dæmoni elargitū cancellauit, vt inquit **Apostolus, Delēs Colo. ij.** quod aduersum nos erat chirographū decreti, id est, obligationis. Ideo obligati sumus ipsi Christo seruire iuxta illud, Vt sine timore de manu inimicorum nostrorū liberati, seruiamus illi, In sanctitate & iulitia coram ipso omnibus diebus nostris. Tertio, tandem homo seruus Dei conductitius est, quia mercede præmij æterni cōduxit omnes Christianos, conuentione facta ex denario **Matth. xx.** diurno. ¶ Similiter ista genera seruorum & ad propositum possunt applicari in malum, videlicet, quo quis per peccatum efficitur seruus diaboli. Primo seruus originarius est, cum per consensum in peccatum diabolo se subijcit, quia origo omnis peccati ab illo est, vt **Ioānis dicitur, Ille ab initio homi**

Ioan. vij. c. cida fuit: & in veritate non stetit. Vel originarius, quia qui libet in originali peccato conceptus & natus est, a quo prouenit actuale, vt probat **Augusti S. Augusti.** nus de Christo in libro contra Faustum, quod si originale habuisset, grandæuus effectus, actuali non caruisset. Secundo, efficitur seruus emptitius, nam dæmon promittit peccati delectationem pro præcio sui consensus, vt homo det ei ius ad priuandum ipsum vitam æternam **Prouer. vij.** Sicut auis comprehenditur laqueo, & piscis hamo, sic homo captiuatur tentationibus malis in tempore malo. Tertio, efficitur seruus conductitius aliquo præcio, sic dæmon promittit delectationes bona, diuitias, fauores, iuxta id **Genesis. Da mihi animas, cætera tollet tibi. Et teneorū, Dederūt præcio-**

Threno. x

sa quæque ad refocillandum animam suam. His igitur tribus modis efficitur quis in ista regione longinqua peccati, seruus dæmonis, ei adhæredo tanquam vni cuius regionis illius. Ideo **Augustinus** dicit de bonis, quod si bonus seruit Deo, bonus est: & si malus, licet regnet, tot habet dominos, quot peccatis seruit. Et **Petrus** dicit, A quo quis superatus est, eius seruo efficitur. ¶ Verūtamē quia secundum glosam illius termini quā dedimus, scilicet vnus, id est, primus in ordine ad alios, dicens quod adhæsit vni cuius illius regionis, datur intelligi, quod alij sint etiam ciues in illa, quibus etiam subditur peccator, quod etiam certe est miserabilis conditionis. Pro quo aduerte, quod tres sunt tyranii in illa regione, quibus si quis se subiecerit ipsam miserabiliter exactionantur, qui etiam significantur in tribus personis quæ in sacra scriptura dicuntur male expendisse seruitium suum. ¶ **Primus** fuit **Iacob**, qui vt dicitur in **Genesi**, seruiuit **Laban** viginti annis in æstu & frigore, deciesque mutauit mercedem. **Laban** interpretatur candidus, designat primum tyrannum, scilicet mundum, qui exterius candidus apparet, interius vero obscurus est: cui qui seruit, multis angustiat, nil inde reportans nisi mercedem mutatam, promittit enim decem commoda, & viginti incommodis pleatur: promittit decem delectationes, dat autem duplas tristitias, vt **Prouerborum** dicitur, **Dolore ritis miscbitur, promittit amicitiam, dat duplam fallitatem, & dolos. Promittit quietem, & duplas dat sollicitudines: promittit sanitatem, dat grauem infirmitatem: promittit honores, dat decem confusiones: promittit securitatem, decem dat inquietudines & vexationes.** ¶ **Veruntamen** opere præcium erit considerare, quid sit mundus, & huius regionis tyrannus. Videtur profectio mirum scire, quid mundus. Ratio huius est, quia videtur esse res multum a Deo despecta. Tū primo, quia Dominus à patre exiens & in illum veniens, iuxta illud **Ioannis. Exiui à patre, & veni in mundum. Cum illum reliquit, cum eo non loquitur: immo illum maledixit, dicens. Væ mundo &c. 1. um secundo, quia illum à sua oratione excludit, dicens. Ego rogo pro eis, non pro mundo: Tū tertio, quia velut excommunicatum excludit illum a suis donis, dicens, Paraclitum mittam vobis à patre, quem mundus non potest recipere. Tū quia & ipse nil vult de mūdo dicēs, Regnum meum, id est, dominium non est de hoc mundo.**

De poena seruitutis peccati.

Quid ergo est mundus? Dico quod secundum quod ex **Ioanne** primo capitulo habetur, elicitur, **Ioannis. j.** quod triplex est mundus, scilicet super substantialis, & iste est beata Trinitas ratione continentiarum perfectionis omnium eminenter. Et mundus sensibilis, scilicet tota vniuersitas creaturarum. Et mundus, id est, homines mundaliter viuentes. Ideo dicitur ibi de verbo, in mundo erat, scilicet super substantiali: & mundus per ipsum factus est, scilicet sensibilis: & mundus eum non cognouit, id est, homo mundanus mundanam habens conuersationem; non cognoscens deum, omnem spem suam in his mundanis ponēs, & illis se subiiciens. Hinc **Ioānes j. Ioan. ij.** inquit. Omne quod est in mūdo, aut est concupiscentia carnis est, concupiscentia oculorum, & superbia vitæ. Et **Christus** suis discipulis dixit, vos **Ioan. xvij.** non estis de hoc mundo. ¶ Reuertendo igitur ad principale de exemplo **Laban**, & ad figuram de **Iacob**, dicitur in textu, quod cum **Laban** intellexisset **Iacob** recessisse ab eo clam, & abscondite cū vxore & cæteris, de tribus reprehendit illum. Primo, quod clam recessisset ab eius seruitute. Secundo, quod non fuisset osculari illum & filiam. Tertio, quod eius idola furatus esset. Hæc tria sunt quæ vellet iste mundus in sua tyrannide. Primo, quod homines non recessissent ab eo clam, & vt religiosi boni faciunt: non palam, vt quidam cognoscuntur, quando mundus ab eis recedit, per denotantibus bona & officia &c. Secundo, quod homines ab eo recedentes non sinunt osculari ab illo. Osculum enim in recessu imprimit memoriam sui. Oscula mundi, sunt eius delectationes, quas vellet semper in memoria recedentis ab eo esse. Tertio, quod idola furatus est conqueritur. Idola enim sunt auaritia, superbia, & cætera vitia, vt **Apostolus** inquit **Galatas. v.** de auaritia, quod est idolorum seruitus, Hæc tyrannidis huius mundi erga sibi seruietes, & in ista regione peccati permanentes, cum illo foedus habentes, videlicet, mutatio mercedis decies, immo mihi: relinquere illum palam, contra relinquentis voluntatem: oscula sua delectationis adeo infigere, vt obliuiscatur Dei, & de illo semper recordetur: & idola sibi quam plurima eis præbere, vt Deo creatore contempto, illa vt Deum adorent, quod est miserabilis seruitutis. ¶ Secundus Cuius huius regionis est & tyrannus, ipsa caro: quæ significatur in seruitute, qua **Dauid** seruiuit **Sauli**, qui non solum ab ipso **j. Reg. xxvj.** oppressus fuit, sed etiam pluries machinabatur

Sermo.xx. Dominica tertia quadragesimæ.

eius mortem. Saul namque interpretatur abutēs, qui significat carnē, quę cōtinuo abutitur delectationibus. Per David vero intelligitur spiritus, qui carni vult seruire. Tunc enim caro eius mortem

Ad Ro. viij. æternam machinatur, vt Apostolus, Si secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Et sicut David per i. Reg. xvij cussa cithara Saul melius se habebat, sic si spiritus percutit citharam crucis per meditationem & imitationem, melius ipsa caro se habebit.

¶ Tertius cuius & vnus principalis huius regionis est dæmon: cuius seruitus designatur in illa seruitute, qua filij Israel seruebant pharaoni tyranno in operibus luti, & lateris, & paleis colligendis: & quanto magis seruebant, tanto grauius affligebat. Sic dæmon quanto magis seruiunt ei in operibus luti carnis, lateris diuitiarum, & paleis honorum & superbiæ: tanto eorum conscientias onerat, & animum affligit. Habemus figuram de rege i. Re. xij. Ieroboam, cui cum populus conquereretur, quod graue iugum imposuisset super eos, nihilominus quod seruirent ei, respondit, Pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cædam vos scorpionibus. Reuera pater noster deus (qui omnium creatione pater est) imposuit Christianis iugum suae fidei & mandatorum, quæ nobis dura videntur, cū in rei veritate sint læua, vt Christus inquit, Iugum meum suauis est, & onus meum læue: tamen dæmon (cui peccator in hac regione subijcitur) cædit scorpionibus, id est, dira seruitute. Quasi dicat, Pater vester deus, cui seruire tenemini, cum oportet cædit vos flagellis, vt sitis boni serui, & hoc in corpore immitēdo infirmitatē &c. Ego autē quo ad animā cædā vos scorpionibus, id est, tētationib⁹ malis, vt à mea seruitute nō possitis exire: quæ est magna miseria huius status, quam incurrit per adhæsiōnem huius cuius, & sic patet primum.

i. Re. xij.

Matth. xj.

I

¶ Secunda pars.
Esecundo quam miserabilis & damno-
 sa sit ista seruitus: facilius nobis erit cō-
 pertū. Nam sicut seruus non mouetur
 proprio arbitrio, sed dñi cui seruit: ita
 cum peccator detentus est in seruitute peccati, nō
 mouetur quasi arbitrio proprio, sed dæmonis. Ana-
 logia est in lapide, qui cum mouetur secun-
 dum naturam suam, proprio motu mouetur, cum
 autem ab extrinseco mouetur, secundum impul-
 sum mouentis & alterius. Homo enim secundum

naturā suā rationalis est, & ita cum operatur secū-
 dum suam naturam, operatur secundum eius liber-
 tatem, quando vero peccat, secundum illam etiam
 mouetur, sed cum iam subditus est peccato, non se-
 cundum se, sed secundum impulsū peccati & dæ-
 monis mouetur, ideo seruus eius esse dicitur: im-
 mo miserabilior seruituti subiaceret. Quia seruus fa-
 tigatus molestijs sui domini, aliquando fugit, & fu-
 giendo quiescit, sed peccator dum seruus est pecca-
 ti, quocūq; fugerit, secum trahit dominū. Magna
 denique seruitus & dura, vt dæmon sit dominus
 eius, & ex hoc fiat impotens ad resiliendum, & ex
 hoc sequantur illi tot damna & miseria, maxime
 quæ ponuntur in præfenti euangelio Luca. De il-
 lo dæmoniaco cæco, & muto. In quo ponuntur
 quatuor quæ totalem possessionem dæmonis su-
 per peccatorem significant atque eius dominium.

Primum est, ipsius dæmonis super pec-
 catorem possessio. Pro quo aduerte, quod
 dæmon circa hominem tripliciter se ha-
 bet. Primo tentando & nō vincendo, cum ei non
 præbetur consensus. Secundo tentando & vincen-
 do vel superando, videlicet cum ei cōsentitur. Ter-
 tio quos vicerit possidendo vt dominus. Sic mater
 ecclesia in his tribus dñicis facit mētiōē de dæmo-
 ne. In prima de tētatiōe Christi, vbi fuit solū pura
 tētatio, ideo ibi dicitur (vt tētaretur a diabolo) nō
 a carne: nō à mūdo, quia illæ nō possunt esse sine cul-
 pa ad minus veniali, tentatio vero à diabolo sic. In
 secunda in chanaanæa, vt male à dæmonio filia eius
 vexaretur. In tertia in isto homine quem possedit,
 ideo dicitur (dæmonium) quia sic possidetur qua-
 si non velit, nisi quæ dæmon: nec loquitur, nisi ea
 quæ à dæmone, &c. Exemplum habemus in Iu-
 da, de quo dicitur, quod intrauit diabolus in Iudā.
 Non quidem in animam per illapsum (quia solus
 Deus illabitur animæ). Non per consensum, quia
 iam per hunc intrauerat: sed per plenā possessionē
 eius, vt ex illa benignitatis buccella indigne sum-
 pta, firmaretur in sua proditione & peccato. Quod
 magnum damnum etiam sequitur in indigne su-
 mentibus sanctum Eucliaristia sacramētum. Gla-
 dius enim politus periculosus ferit male vtentem
 illo. Sic illa indigna sumptio tantum damnificat su-
 mentem, quantū si digne sumeretur proficeret. Et
 principale damnum est, vt quasi fit quoddam indu-
 ratiū in peccato vt iam plene dæmon ipsum possi-
 deat. ¶ Secundū notatur ipsius possessionis causa.
 Vltērius aduerte, quare dæmon nititur possidere:

Euāgelij.
 Luca. xj.

L

Matth. iij.

Ioānis. xvj.

L

De poena seruitutis peccati.

53

fic animam hominis, videlicet vt cōtinuetur illud,
 quod primo ipse intentauerat. Nota quod à quatuor
 locis fuit eiectus. Primo à cælo empyreo in quo
 dominari voluit, adeo vt vellet esse similis altissi-
 mo. O superbia? quia si potuisset, etiam super do-
 minum voluisset præsidere: verū quia hoc esse im-
 possibile cognouit, saltem voluit esse æqualis. Sed
 ab illo eiectus est, vt in Ezechiele dicitur. Eieci te
 de medio lapidum ignitorū. Secundo voluit domi-
 nari, & dominatus est super homines merito ido-
 latriæ in mundo, à quo eiectus est merito doctri-
 næ Christi & apostolorum &c. De quo Ioannis.
 Nunc iudicium est mundi, & princeps huius mun-
 di eijcietur foras. Tertio voluit ad minus domina-
 ri super hominum corpora, à quibus merito fidei
 & credulitatis eiectus fuit, vt patet in Euangelijs &
 in legendis sanctorum. Sed continuādo possessio-
 nem suam & antiquā superbiam, non valens do-
 minari in cælo nec in terra, nec in corporibus ho-
 minum, nititur obtinere cælum creatum & spiri-
 tuale, scilicet animam (quam alio die diximus cœ-
 lum & Dei sedem) & ipsam mētem conatur possi-
 dere per consensum & subiectionē. Contra hunc
 superbium dominum Christus filius Dei in mun-
 dum nō vus est ostensione virtutis diuinitatis suę,
 sed infirmitate carnis, quam iniuste crucifigendo
 passus est: & ita magis prudentia & arte, quā fortitu-
 dine dicitur percussus, vt Iob dicitur, An poteris
 Leuiathā capere hamo? Diabolus in corpore hu-
 mano habitās Leuiatham dicitur, & hamo captus
 est: cuius hami linea vel filum est ipsa Christi ge-
 neratio secundum carnem (quam Matheus descri-
 bit) in cuius lineæ extremo hamus, id est diuinitas
 cum esca humanitatis spiritus sancti virtute ex vir-
 gine gloriosa ligata est: cuius virtute diabolus ex-
 trahitur à profundo cordis humani, & sic eijcitur
 à sua possessione & dominio. ¶ Tertium notatur
 damnorum procuratio in illo cui dominatur. Ne
 igitur desinat cōtinuare suam possessionem, & ne
 expellatur ab illo, cui per peccatum dominatur, &
 ibi in corde quod habitat se defendat, & ne reme-
 dia sibi homo procuret, procurat quatuor damna
 & miseria, quæ in Euangelio in isto homine euā-
 gelicæ dicuntur. Primum damnum est mutitas.
 Tum, ne proficua loquatur. ps. Os habent & non
 loquentur. Tum à laude diuina meritorie, quia.
 Non est speciosa laus in ore peccatoris. Tum quo
 ad se, ne cōfiteatur peccata sua, diabolo hoc impe-
 diēte. Facit enim sicut lupus qui ouē non capit per

Eze. xxvij.

Ioānis. xij.

Iob. xl.

Matthæi. j.

Psal. cxlij.

Eccle. xv.

pedes, nec per corpus, sed stringit guttur ne cla-
 met. Sic representādo peccati verecūdiam, claudit
 os, vt interim moriatur, & ducat in infernum. Se-
 cundum malum est cæcitas. Coruus enim cadaue-
 ris oculos primo eruit. Sic dæmon à peccatore dex-
 trum oculum eruit, ne gloriam, quam ex peccato
 amittit videat, & in ignorātiā culpabilē mittit: si
 nistrum vero ne poenā quam incurrit consideret.
 Habemus figuram de Naas, qui cum viris iabes &
 galaad spōte se subijciētes ei, fecit pactum, vt om-
 niū oculos dextros erueret. Per oculum dextrū,
 significatur cōsideratio gloriæ: & per sinistrū poe-
 nę. Pactum facit dæmon, vt eruat à sibi seruiēti-
 bus cōsiderationem gloriæ & misericordiæ, & re-
 manēte solum cōsideratione poenæ æternę, in de-
 sperationem inducat. Exēplum de sedechia. Vel
 per oculum dextrū significatur respectus ad bonā
 partem, sicut per sinistrum ad malam. Tūc igitur
 dæmon eruit oculos dextros, cum omnia quæ vi-
 det, interpretetur & iudicet in malā partē. Quod
 isti pharisæi fecerūt, factū Christi in malam partē
 interpretātes, dicētes. In Beelzebub principe dæ-
 moniorū eijcit dæmonia. Tertium dānum & ma-
 lum est furditas spiritualis, videlicet nolendo audi-
 re diuina, aut negligēdo: & si audiunt, ad oppositū
 vertunt: prædicatoris vitia carpētes, reprehēdunt,
 vt iam non audeat dicere veritatē. O conditio mi-
 serabilis seruitutis, vnā aurem obturāt cauda con-
 fuetudinis male vitæ: aliā figunt in terra, hoc pro-
 curātē dæmonis malitia, ne prædicatoris vocē (ve-
 lut aspis obturās aures suas) audiāt. ¶ Quarto no-
 tatur boni adhibiti cōtra possessionem impugna-
 tio, quę est vna cōditio peccati in spiritū sanctum,
 (vt supra vidimus.) Cum enim Christus contra il-
 lud quod dixerūt, quod in Beelzebub principe dæmo-
 niorū eieisset dæmonium, nō valentes factū im-
 pugnare: calumniantur modum facti. Quasi dicat,
 Hanc potestātē habent dæmoniaci & peccatores
 à Deo auerfi: quia illis dæmones subijciuntur, eo quod
 etiā ipsi dæmoni sunt subiecti: Christus vero defen-
 dit se, ostēdendo se esse liberū ab ista dominatio-
 ne, & illorum mala seruitute ex hoc facto, propo-
 nendo quatuor fortissimas rationes. ¶ Prima ra-
 tio sumitur ex cōcordia dæmonū in malo. Dæmo-
 nes in malo nō discordant: sed possessio dæmonis
 est mala: ergo vnus dæmonum nō expellit alium.
 Et dat exēplum de regno in seipsum diuiso, quia
 desolabitur. Poterit prudens prædicator formare
 exhortationē, p cōcordia in regimine & alijs &c.

i. Regū. xj.

iiij. Re. xxv

M

Tertia clausula. Sermo. xxi. Feria. ii. post tertiã.

¶ Secunda ratio sumitur ex eorum sententia. Quia exorcistæ, & apostoli, & alij expellebāt dæmones, & fitebantur illos nō in virtute dæmonis expelle re: cum ergo discipulus nō sit supra magistrū, quo modo ille in virtute dæmonis eijcit dæmonia?

¶ Tertia ratio sumitur ex Christi potetia. Nam cum fortis armatus custodit atriu suum &c. expel lens illum, fortior illo erit: cū igitur super dæmoni potestatem non sit alia potestas super terram nisi solius Dei potestas. *Iob. xij.* Non est potestas, quæ cōparetur ei super terrā. ergo si dæmon ab alio expellitur, erit habēdo potestatem & virtutem Dei.

¶ Quarta ratio sumitur ex cōtrarietate voluntatū, dicēs, Qui non est mecum, cōtra me est: & qui nō colligit mecum, dispergit. Voluntas dæmonis est dispergere homines a vero cultu ipsius Dei & seruitute: & volūtas Christi est colligere homines in vnitatē veri cultus Dei & seruitutis, vt dæmoni dixit. *Matth. iij.* Dominum deū tuum adorabis, & illi soli seruias: ergo non possunt concordari in aliquo, ergo non cōcordabit cū dæmone in expulsiōne dæmonis.

N Ex quibus pro conclusiōne colligūtur signa libertatis a peccato in anima, vt nō sit sub ista dira seruitute huius ciuis & tyrāni huius regionis. Primum, si regnum animæ nō est diuisum. Diximus supra pulchritudinē animæ in proportione potentiarum cōsistere: inter illas ipsa volūtas est regina, quæ cæteris potentijis imperat: cōsiliarius, ratio informata lege diuina, quæ semper informat & illuminat contra dānum secūdum. Ideo etiā in infer-

no non potest totaliter obumbrari quæ est synde resis: quæ semper deprecatur ad optima. Regnum igitur animæ diuisum est, cum viciosa voluntatē reprehendit, & remordere non cessat. At vero cū in expulsiōne dæmonis & peccati voluntas & ratio cōsentiant: signum est, qd regnum animæ non est diuisum per peccatum, sed liberum a seruitute eius. Secundo testimoniū puerorū. Pueri sunt isti quinque sensus. Tunc illi testimoniū huius expulsiōnis seruitutis præbent, & sunt iudices, cum oculus non ad illicita tendit, sic lingua &c. De quibus apostolus. Nolite pueri effici sensibus. Si illi subiecti sunt spiritui, & spiritus illis dominatur, signum est libertatis ab ista mala seruitute. Tertio si arma sunt fracta, Arma scilicet peccati. Arma diaboli, sunt vitia. Arma spiritus, sunt virtutes, vt Apostolus. Induite armaturā Dei, vt possitis stare &c. Si ergo non sunt iam inclinati ad vitia, vel si sentit eorū inclinationes imminutas, vel saltem nō prauales in voto nec in proposito: signum est libertatis ab hac seruitute, quia velut inimicus integratur in armis sui cōtrarij. Quartum signum est recollectiō disperforū in nobis. In regione longinqua peccati, dispergimus virtutes, portionem substantiæ spiritualis gratiæ &c. Si colligimus cum Christo omnia illa: est signum libertatis adeptæ, hic gratiæ, & illic adipiscendæ gloriæ. Ad quā nos perducit ipse Christus Iesus, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat in sæcula sæculorū. Amen.

1. Cor. xiiij.

Eph. vi.

Sermo vicesimus primus. Feria secunda post tertiam dominicam. de tertio malo in regione peccati consequente, videlicet de fame & egestate. Sub isto themate.

peccati consequente, videlicet de fame & egestate. Sub isto themate.

¶ Orta est fames valida in regione illa, & cœpit egere. Ex parabola *Luca. xv. cap.*



D Eclarata secunda miseria & conditione huius status, videlicet de seruitute qua homo peccator se subijcit dæmoni, vt omnia q̄ facit, faciat secūdū impulsū eius, & hoc ex hoc qd dominū habet super eū triplici titulo acquisitū, scilicet quia seruus originarius, emptitiuus, & conductitiuus, & sic procu-

rat damna quæ potest, vt illum possideat, ac possessionem continet, scilicet mutitatem, cæcitatē, & furditatē. In præsentī sermone vidēdum est de alia miserabili poena illius status, videlicet, de fame & egestate: quia dicitur, qd orta fames in regione illa, cœpit egere. Sed prius saluetur virgo Maria.

¶ Argumentum huius sermonis.

B eatas I homas prima. ij. q. xxx. ar. ij. & iij. *s. Thomas* ponit differentiam inter appetitum, famē, & desiderium. Quoniam appetitus dicit carētiam

De poena famis & egestatis in peccato. 54

alicuius rei conuenientis, & inclinationē ad illam, & alicuius determinati, quo natura animalis fustē tatur. Ponitur exemplum in appetitu in animali sensitiuo, quia non comedit vltra determinatum. Sic in naturali appetitu, quia lapis nō descendit vltra determinatum locum, scilicet centrum, & vltimus nō procedit. Desiderium vero dicit appetitū conuenientis. Et etiam potest esse disconuenientis, & generaliter se habet ad bonū & malum, quia ad vtrūq; se extendit: maxime in voluntate deordinata. Ad bonum quidem, vt ps. Cōcupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tēpore. Et ps. Desiderium pauperum exaudiuit dominus. Et ps. Desiderium animæ eius tribuisti ei. Ad malum vero ps. Desiderium peccatorum peribit, Fames autem dicit carētiam conuenientis, & desiderium disconuenientis. Et ita in scriptura quasi semper sumitur in malo, vt ps. famem patiētur vt canes. Et ps. vocauit famem super terram. Ex quo resolutorie patet, qd Appetitus est rei conuenientis, Desiderium siue conuenientis, siue disconuenientis. Fames vero dicit conuenientis carētiam, & desiderium disconuenientis. Secundo patet quomodo in ista regione isti adolecētī hæc miseria inest, & contingit, quia caret cibo & bono conuenienti, quia dicitur, qd orta est fames in illa regione, & desiderat disconuenientis, scilicet satiari cibo porcorū (de quo in sequentibus) Ideo in præsentī sermone de ista fame & egestate, (quæ est carere cibo conuenienti) dicemus, quia dicit, qd orta est fames. Et principaliter duo. Primum, quis sit cibus animæ conueniens, & quomodo in illa regione homo caret illo, quia dicit, qd orta est fames in regione illa. Secundum de egestate illam consequente, quia dicit, qd cœpit egere. Cum euangelica expositione.

¶ Prima pars.

B E primo ponitur fundamentum, videlicet qd cibus animæ nō est aliqua res materialis & visibilis, nec anima satiatur itis qui quilibet & rebus temporalibus. Hinc ille angelus Raphael dixit Tobie cum ab illo inuitaretur. Videbar quidem vobiscum manducare & bibere, sed ego cibo inuisibili & potu, qui ab hominibus videri non potest, vt or. Christus in super discipulis dixit, Ego alium cibum habeo manducare, quem vos nescitis. ¶ Secundum fundamentum sit ex doctrina beati Augustini, & Nicolai de Lira, qd nomine panis intelligitur in scriptura omne necessarium ad sustentationem vitæ, vt patet in *Genesis. iij. c.*

In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Et *Genesis. xliij. c.* de Ioseph, qui inuitatis fratribus suis dixit procuratori, Apponite panes, cras mecum comedent panem. Clarū est, qd alia habuissent cibaria pro tam iocundo fratru suoru conuiuio. Sed solum nominatur panis, ratione inclusionis omnium necessariorum. Similiter David dixit pro Miphiboseth filio Ionatæ, Iste semper comedet panem in mēsa mea. Sic etiam vulgariter dicitur, ille comedit panem mecum tot annis &c.



I s suppositis est notandū, qd hac ratione Christus panis noster dicitur, quia in eo cōtinetur omne necessarium ad sustentationem tam animæ q̄ corporis. Quod sub parabola significauit idem saluator de illo amico, qui petebat ab alio tres panes accommodatos. Cuius ratio est, quia idē Christus in sua vnica psona cōtinet tres substantias, quæ sunt tres panes nostræ sustentationis. Prima est diuinitas. Secunda est anima. Tertia est corpus. Ex deitate sustentamur in anima tam hic q̄ in patria. Ex anima cibatur anima nostra cibo gratiæ, & alimentorum spiritualium. Ex corpore cibamur alimentis corporis. Quod ipse Christus subtiliter tetigit dicens, Ego sum panis, scilicet quo ad corpus. viuus, scilicet quo ad animam, qui de caelo descendi, scilicet quo ad deitatem. Hæc autē particulariter declarāda sunt. ¶ Primo ipsa deitas est cibus anime, propter conditiones cibi alicuius conuenientis.

Luca. xxj.

Ioannis. vj.

¶ Prima conditio conuenientis cibi est sustentare calorem vitalem, & humidum radicale. Nam cū fames sit appetitus sicci & calidi, & fitis humidi & frigidi, ex vno sustentatur calor naturalis, & ex alio humidum radicale: in quorum proportione consistit vita hominis. Igitur clarum est, qd cibus calorem naturalem sustentat in animali. Applicando ad propositū, calor naturalis in anima est ipsa charitas & amor Dei & bonitas diuina. Hanc charitatem velut anime calorem sustentat augmentat & nutrit. Deus in homine: ergo Deus eiusque bonitas est anime cibus. Habemus ad hoc exemplum. Si bonitas creaturæ etiā apparens in cognito res sua dilectionem nutrit & auget (vt patet in auro, qui per dies non comedit, allectus bonitate pecuniæ, vt illam acquirat: sic amator alicuius mulieris definit comedere, nec famem sentit ex sola dilectione illius boni apparentis delectabilis) quid faciet bonitas creatoris & diuina in suis dilectoribus? Vnde Moyses quadraginta diebus & quadragin-

Tertia clausula. Sermo. xxi. Feria. ii. post tertiã.

ta noctibus sine corporali cibo stetit, nisi quia præ
Exodi. xix. sentem habuit Deum animæ cibum? Vnde etiam
ij. reg. xix. Elias, nisi ex illo cibo inuisibili, scilicet Deo? Et si di-
 catur quod textus dicit, quod in fortitudine cibi illius am-
 bulauit, verum est. Verum pie credi potest, quod illa
 fortitudo potius venit ex refectione, quam in ipso
 Deo habuit, quàm ex pane illo subcinericio & va-
 se aquæ, quæ naturaliter parum nutrire poterat.
 Cibus ergo animæ est ipse Deus, eiusque diuina bo-
 nitas: qui calorem vitalem animæ excitat, nutrit
 & roborat. ¶ Secundo ratione repletionis stoma-
 chi animæ. Ille enim dicitur cibus proprius stoma-
 chi, qui replet & satiat ipsum stomachum. Cibi namque
 conuenientes satiant: alij autem potius inflant sto-
 machum, vel nauseam faciunt, ideo nil satiat nisi
 panis vel caro, alia autem, (vulgariter enhadan.)
 Hinc igitur habemus, quod de ratione veri cibi est, quod
 satiet, & quod stomachum repleat. Stomachus animæ
 est ipse intellectus & voluntas, quæ eo quod ad imagi-
Augustin. nem Dei creata sunt, (& ut dicit Augustinus eius
 capaces sunt) nil illos replere potest nisi deus, cuius
 sunt capaces. Vt potest poni exemplum in figura
 circulari, quæ repleri non potest nisi ab illo, quod
 habeat figuram circularem. Deus circulari figuræ
 comparatur, quia non habet principium nec finem:
Apoca. j. & principium adiungitur fini, ut Apocalypsis, Ego
 sum alpha & omega, principium & finis. Non ergo ca-
scotus. pacitas intellectus (maxime secundum Scotum po-
 nentem esse infinitam passiuam) & voluntatis repleri po-
 terit, nisi à Deo, & in ipso Deo, & ita satiarum ille sto-
Psal. xvj. machus animæ nullatenus poterit, ut psalmus. Satiabor
 cum apparuerit gloria tua. Et hoc quoque ad cibum.
Psal. xlij. Et quo ad potum idem. Psalmus, Quemadmodum
 desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat
 anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum
 fontem viuum, ergo solus Deus erit animæ cibus.
 ¶ Tertio ratione incorporationis. Nam de ratio-
 ne cibi est, quod incorporetur cum cibato, quia in hoc
 consistit vita & sustentatio hominis. Sic vita spiri-
 tus consistit in incorporatione & in cordatione
 cum Deo in anima nostra, alias non esset vita spi-
 ritualis hominis. Hinc Magister sententiarum in
 tertio ponit gratiam seu charitatem essentialiter
 esse spiritum sanctum. Et licet in hoc non teneatur
 à doctoribus, tamen eius motiuum non erat alie-
 num à ratione. Quia non videbat quomodo gra-
 tia seu charitas poterat dare vitam animæ cum sit
 qualitas, & anima sit substantia, & substantia no-
 bilior sit omni accidentibus, & viuificans debet esse no-

bilis viuificato, Hinc doctores ultra ipsam chari- **Doctores.**
 tatem & gratiam ponunt in anima illapsam Dei
 quo anima viuificatur in esse spirituali modo no-
 bis inexplicabili, qui inducit viuificum calorem in
 anima, & ipsum nutrit, & augmentat. Hinc Chri-
 stus de isto inquit, Ego veni in mundum, ut vitam **Ioannis. x.**
 habeant, & abundantius habeant. Vitam habeant
 quidem, per gratiam: & abundantius habeant, scilicet
 per memetipsum. Patet ergo, quod Christus secun- **F**
 dum deitatem est cibus animæ conueniens. ¶ Secundo
 ratione deitatis etiam est cibus animæ in patria. Pro
 quo aduerte, quod ipse Christus dicitur panis subcine-
 ricus in incarnatione. Item reuerfatus in resurre-
 ctione. Tandem triticeus in ostensione nudæ deita-
 tis. Vnde Bernardus, Quid est Deus, nisi panis: & **S. Bernardus**
 vita? Et quid est homo, nisi puluis & cinis? Quid est
 in vna persona Deus latens, & homo patens, nisi
 panis subcinericius & reuerfatus? Panis namque re-
 uerfatus dicitur duarum facierum. Sic anima Chri-
 sti eiusque humanitas est panis noster (quo satiamur,
 videlicet ut passa & ut glorificata. Verum est
 panis subcinericius beatorum, in quantum reficit
 eos sine humanitatis passibilitate (quia ibi appa-
 rent cicatrices ad eorum gloriam, ut illis gaudeant
 esse redemptos.) Est panis reuerfatus, in quantum
 reficit eos eiusdem humanitatis glorificatæ visio-
 ne, quod est eis gaudium singulare, videntes suam
 naturam tantam gloria eleuatam, & quasi in sinu bea-
 te trinitatis collocatam. Tandem est panis triticeus,
 in quantum reficit eos nudæ diuinitatis ostensione,
 ut siue ingrediamur ad diuinam contemplationis ex-
 cellentiam, siue egrediamur per humanitatis inita-
 tionem, pascua gloriæ inueniamus, ut inquit Ioan-
 nes. x. ¶ Tertio habito quomodo Christus est: pa-
 nis duplex, scilicet quo ad deitatem, & humanita- **G**
 tem siue animam, videndum est, quomodo sit etiam
 panis noster materialis quo ad corpus, & cibus no-
 ster corporalis: & hoc ratione imitationis eorum,
 quæ Christus in corpore in presenti vita gessit.
 Pro quo aduerte, quod tria sunt superflua, quæ indu-
 cunt famem & necessitatem in nobis. Primum su-
 perfluitas in cibis & potibus. Dicatur de tot ban-
 quetis, & quomodo quilibet in suo statu excedit
 vel in qualitate vel in quantitate. Secundum est su-
 perfluitas in vestibus, ornatibus, & pompis, & vani-
 tatibus. Dic ut expedit pro tempore & loco. Ter-
 tium in vindicatione iniuriarum, bandis, & partia-
 litatibus. Si enim illorum quæ Christus in suo cor-
 pore fecit imitemur, profecto non deficeret no-

De poena famis & egestatis in peccato.

55

bis necessaria ad vitam, nunquam enim necessarium su-
 mere, aliquem in necessitate constituit, ut in om-
 nibus exemplificari potest. Ideo psalmus. Non vidi iu-
 stum derelictum, nec semen eius querens panem.
 Patet ergo quomodo Christus est panis noster tri-
 plex. ¶ Ideo dicitur panis noster quotidianus Mat-
 thæi, panem nostrum quotidianum da nobis hodie.
 Primo dicit panis, ubi tangit sufficientiam: quia
 licet sit vnus in persona, est tamen omnis panis in
 sufficientia. Tum quia corporalis ordinatus ad vi-
 tæ sustentationem modo exposito. De quo Mat-
 thæi. Non in solo pane viuunt homo, sed in omni ver-
 bo, quod procedit ab ore Dei (ut dominica prima
 exposuimus.) Tum, quia spiritualis iustitiæ, ordi-
 natus ad operandum & perseverandum in bono: si-
 gnificatus in illo pane Eliæ peregrinanti propinato.
 Tum quia doctrinalis, ut sciatur quid eligendum
 & faciendum sit. De quo Ecclesiastici, Cibauit illum
 panem vitam & intellectum. Tum, quia sacramentalis
 necessarius ad peccatorum deletionem, ut psalmus. Panem
 angelorum manducauit homo. Tum æternalis in
 patria, ad glorificationem. Lucæ. Beatus qui man-
 ducat panem in regno meo. Et quia omnes istos in-
 cludit Christus, ideo nomine panis intelligitur, in
 quo est tanta sufficientia nostre alimonie. ¶ Secun-
 do dicit nostrum, tangens communitatem: quia non
 meum magis quam tuum, sed nostrum omnium est refe-
 ctione: quia panis illius proprius est, quem reficit.
 ¶ Tertio dicit quotidianum, tangens exclusionem
 superfluitatis, ut tantum quis illo utatur, quantum
 recta ratio exigit, non quantum lasciuia allicit, &
 exposcit. Si enim in vno conuiuio expendis centum
 ducatos, non quotidianum, sed multorum dierum
 panem expendis. Vel quotidianus, quia quotidie in
 pauperes distribui debet, postquam eorum indigentia
 quotidiana est. Vel quotidianus ratione commu-
 nionis (loquendo de sacramentali) quia vnica sacer-
 dotis refectione omnes reficit. Quoniam sicut cibus
 intransper os alius corporis non tantum reficit
 os sumens, sed alia eius corporis membra: sic cum
 corpus suscipitur ab ore sacerdotis (qui est os, &
 collum huius corporis mystici) propter vnionem
 reficit omnes. Hinc psalmus. Particeps sum omnium ti-
 mentium te. Et sacerdos post sumptionem inquit,
 Quod ore sumpimus domine, pura mente capiamus.
 Exemplum. Quia lingua dicit bonum vel ma-
 lum, quod manus patitur & habet, & hoc propter
 vnionem eiusdem corporis. ¶ Cum igitur Deus
 ipse sit panis & cibus in se in regione gratiæ, & hoc

ratione deitatis, tum ratione vitalis caloris, & ratio-
 ne repletionis stomachi animæ, & ratione incor-
 porationis, similiter Christus tres panes, & per con-
 sequens cibus noster: ex hoc clarum erit, quod existens
 in ipsa regione longinqua peccati, caret calore vi-
 talis animæ, scilicet gratia & amore Dei, & per con-
 sequens illapsu illo viuifico. Similiter quod habet sto-
 machum animæ vacuum, & tandem non incorpo-
 ratum in se habet verum animæ cibum. Et ita pro-
 pter huiusmodi carentiam veri & conuenientis cibi
 dicitur famescere, ideo dicit, quod in illa regione (hoc
 est magnum malum) quod orta est fames valida in il-
 la. Et sic patet primum.

¶ Secunda pars.

DE secundo dicitur, quod coepit egere. Pro quo
 aduerte, quod differentia est inter penuriam seu
 paupertatem, & famem. Paupertas solum dicit ne-
 cessarij carentiam. Egestas vero dicit totalem, & ex-
 tremam miseriam. Ideo transferendo ad huius status
 miseriam, plures habet existens in ista regione ege-
 states. ¶ Prima est, quia (ut dicimus) caret Deo. **I**
 Christo, qui est verus cibus animæ, & ita caret ci-
 bo sibi conuenienti. ¶ Secunda, quia caret pecunia,
 qua cibum sibi poterat comparare. Nam carendo
 Christo, caret meritis eius, quæ sunt thesauri incó-
 parabiles, ut Apostolus. In quo sunt omnes thesau- **Coloss. ij.**
 ri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi. Et quæ diu
 est in peccato, passio Christi in ipso frustratur. Ra-
 tio est, Nam passio Christi duplicem habet effe-
 ctum: vnus est quo ad sufficientiam: & alter quo ad
 efficaciam, & isto se priuat dum est in peccato.
 ¶ Tertio, quia caret vasis, in quibus iste panis re-
 ponatur: quia merita & opera bona vasa sunt, in
 quibus reponitur ipse verus cibus ut primum.
 Cuius ratio est, nam illa opera sine gratia insipida
 sunt. Exemplum. Si quis haberet omnia cibaria mū-
 di, & non haberet ignem ad coquendum, aut opor-
 teret crudum comedere, aut omnino mori fame.
 Secundum Bernardum gratia est velut ignis ciba- **S. Bernardus**
 ria coquens. Carens illa, opera quæ facit, Deo sunt
 insipida & cruda, & Deo abominabilia. psalmus. Virum **psalm. v.**
 sanguinum & dolosum abominabitur dominus.
 Et psalmus. Omnem escam abominata est anima mea. **psalm. cvj.**
 Et prouerbiorum. Victimæ impiorum abomina- **Prou. xv.**
 biles. Non propterea debet cessare ab illis, quia &
 si carent premio æterno, non tamen temporali &c.
 ¶ Quarto, quia caret societate ad comedendum
 & cōuersatione, quod saluator declarat de bonis,
 dicens, Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater **Lucæ. xxij.**

Tertia clausula. Sermo. xxi. Feria. ii. post tertiã.

meus regnum: vt edatis, & bibatis super mensam meã in regno meo. Vnum singulare bonũ, quod habet existẽtes in domo paterna est, scilicet communio sanctorũ. Sic peccator per contrariũ edit solus. ¶ Egestas vltima & miseria est ex parte stomachi, scilicet abominari bonũ cibum vt plerũq; fit, hoc proueniente ex mala complexione, exemplo istorum de Nazaret, & compatriotarum Christi, qui Christum eorum cibum adeo abominabantur, qd ipsum de supercilio motis precipitare voluerunt, vt patet in Euãgelio hodierno Luca. iij. cap. In quo tria ponuntur. Primum, veri cibi ostensio. Secundo, cum patre permanentium vera ipsius cibi receptio. Tertio, ipsorum in regione longinqua existentium istius cibi abominatio, & per consequens egestas & fames.

Euãgelii.
Luca. iij.

DE primo dicitur in Euãgelio, qd Pharisæi de ciuitate Nazaret inuitabãt Christũ ad faciendum miracula: Christus autem accipiens librum prophetiã Esaiã legens illud. Ixj. cap. Spiritus domini misit me euangelizare, & vt mederer contritis corde quasi medicus. Sequitur, qd omnes dabãt testimonium, & mirabãtur in verbis & gratia, quã procedebãt de ore eius. In quo certe habuerunt causam admirandi, quia verba Christi sunt gratia plena. ps. Diffusa est gratia in labijs tuis. Tum primo originaliter, quia erant à gratia, ideo dicit, Spiritus domini super me. Tum secundo materialiter, quia erãt de gratia, ideo dicit, captiuus indulgentiam. Tum tertio formaliter, quia erant gratiosa. Ioannis. Nunq; sic locutus est homo. Tum quarto finaliter, quia erant propter gratiam habendam, Ioannis. Iam vos mundi estis propter sermonem meum. Tum quinto causaliter, quia erãt gratiã collatiua, Ioannis. Verba, quę loquutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Nihilominus altera die despiciẽt eum propter aduentum aliquorum inuidorũ, & abominabãtur dicentes, Nonne hic est filius Fabri? &c. Christus vero interrogat eos dicens, Vtiq; dicetis mihi hanc similitudinẽ, Medice cura teipsum. Vere vtiq; Christus medicus est, virtutem multiplicem habes curãdi. Tum primo verbo, vt centurio inquit, Tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. Tum secũdo vestimentis, vt Matthæi. Si tetigero fimbriam vestimenti eius, salua ero. Erat enim in eius humanitate virtus deriuata à deitate, & in vestib; & verbis, & forte in omnibus mẽbris ad hoc. Tum tertio dolore eius, vt Esaiã. Disciplina pacis super eũ,

Esaiã. Ixj.

psal. xliij.

Ioãnis. vij.

Ioan. xliij.

Ioãnis. vj.

Matth. ix.

Esaiã. xxxij.

cuius liuore sanati sumus. Tum quarto eius carne, vt patet in tactu leprosi qui tetigit, sanatusque est. Tum quinto eius aspectu, quia respexit dominus Petrum, & fleuit amare cõuersus. Verũtãtẽ quãdã istorũ sanabãt effectiue, vt caro & vestis, quãdã meritorie, vt dolor & passio: quãdã vtroq; modo, vt sanguis & cruor passionis. Ideo dicit, vtiq; dicetis mihi, Medice cura teipsum (hoc erat tunc inter eos proverbium.) Modo intrat Euãgelium. Quanta audimus facta in capharnaum, fac & hic in patria tua. Hoc enim est dicere. Medice cura teipsum. Quasi dicat. Si faceres vera miracula, hic facere debuisses magis q̃ in capharnaum. Quia medicus se & suos primo curat, & deinde extraneos. Et sic eius miraculis detrahebãt, & patriã honorari cupiebãt. ¶ Ex quo patet defectus petitionis istorũ, Primo, quia fuit incredula. Nõ enim desijt ibi miracula facere, quia noluit, sed quia incredulitas hoc demerebatur. Dicatur quomodo nulla aut parua miracula fiunt, quia modicę fidei & credulitatis sunt, solo nomine potiuntur, fidem habẽtes mortuã in opere. Quia si crederẽt, Deum timerent, & de peccatis verẽdarent, vt dicit Hieronymus, Ideo dixerunt, Quãta audiimus facta &c. quasi nõ credimus, cum hic in patria tua non facias. Secundo, quia deficiebãt falsẽ æstimãdo dicẽtes, fac & hic in patria tua. Quasi ibi nullum miraculum fecisset, cũ in rei veritate ibi in Nazareth operatus fuerit omnium miraculorum miraculũ, videlicet, ipsius Christi incarnationem, vt dicit Augustinus, qd fuit maximum omnium. Tertio, quia deficiebãt ex parte materiã: nam petebant signa ex curiositate, vt aliquid noui viderẽt. Quarto deficiebãt ex parte peruerse intentionis, videlicet vt reprehenderent, si in petito signo deficeret. Quinto ex parte modipetendi, quia cum imperio & irreuerentia dicentes (fac) cũ ipsum rogare debuissent. Verũtãtẽ saluator ostendit se verũ illorum cibũ dicens, Amen dico vobis, nemo propheta acceptus est in patria sua. Quasi dicat, Quod miraculum accepturi estis, nõ acceptãdo maximum miraculorum, quod operatũ est in patria propria, videlicet, verbi incarnatio, & panis & cibi vestri cõpositio & amassatio? Dum virgo ex tribus farinis, videlicet deitate, anima rationali & corpore mortali in arca vteri viginalis amassauit panem & cibum nostrũ Christum, & tamẽ compatriotã non receperunt illum, vt dicitur Ioannis, In propria venit, & sui eum nõ receperunt. Quis ergo propheta

Matth. viij.

Luca. xxij.

S. Hierony.

S. Augusti.

Ioannis. j.

De poena pastus porcorum in peccato. 56

acceptus erit in patria sua, cũ & me, nec ipsum miraculum credẽdo recepistis? ¶ Secundo ponitur ipsius cibi receptio à bonis sub historia illius mulieris sareptanã, quã cum esset magna fames in illa terra. pauit Eliam &c. Videatur historia in libro iij. Regum. xvij. cap. vbi illa mulier commẽdatur à quatuor. Tum primo à pietate, quia necessaria omisit, scilicet collectionẽ lignorum vt aquã propheta porrigeret. Secundo à parcitate in victu tenui, quia solũ pugillum farinã pro victu habebat. Tum tertio à mansuetudine, quia cum primo propheta aquam petijset, postea rursus petijt panem, nihilominus ipsa mansuete respondit. Tum quarto à fide, quia credens Eliã verbis, non destitit dare illi, quod sibi & filio necessariũ erat. Ex hoc nobis doctrina esse debet, quomodo illa cum his circumstantijs prophetã alienigenã tribuit à patria sua recedẽti illo tempore famis: & sic prophetã dignata fuit recipere, quo recepto, ipse fecit provisionem in domo eius, adeo, vt ne farina nec lechytus olei deficeret per totum illud tẽpus famis illius regionis: Sic existentibus in regione gratiã, nunq; deficit cibus conueniẽs. In patria vero & regione peccati, nec panis subcinericius reperitur,

ij. Re. xvij.

nec lechytus olei diuinã benignitatis, ideo fames valida in illa regione. ¶ De tertio ponitur veri cibi eiectio & abominatio, quia sequitur in textu, qd cum eos velut incredulos, & crudeles ac carẽtes vero ibo ibi amassato exprobrasset, duxerunt illum ad supercilium montis, vt precipitarent eum: ipse vero transiens, per medium illorum ibat. Dicitur à quibusdã, quod rupis illa cessit, & abscondit eũ, vt dicit Beda, & Magister historiẽ scholasticã. Quod pro conclusionẽ hoc malum notare possumus, quod in ista regione contingit & sequitur, videlicet egestas, vt fit non solum carere cibo conuenienti animã, sed & ipsum abijcere, precipitari, & abominari, & cibum esse in medio & non videre. O miseria, cibum verbi & doctrinã abominari, cibum communionis & abominari, cibum penitentiã & abominari, cibum in medio & non videre. Quid facit hoc? Certe regio peccati, cuius fames miseria est: vbi si essent in regione gratiã, in stomacho animã retinerent: sicque retentus, eos cibaret, hic cibo gratiã, & in futuro cibo gloriã. Ad quam nõs perducatur ipse Christus Iesus, qui cum patre & spiritu sancto viuunt & regnant in secula seculorum. Amen.

Beda.

Magister
historiã.

Sermo vicessimus secundus. Feria tertia post tertiam dominicam. de quarto malo et miseria

regionis peccati, videlicet de exercitio pascenti porcos. Sub isto themate.

¶ Misit illum in villam suam, vt pasceret porcos. Ex parabola Luca. xv. cap.



DEclarato sermone preterito de tertia miseria hominis in regione longinqua peccati existẽtis, videlicet fame & egestate, quę erat absentia cibi conuenientis, & de eiectione eius ab animã stomacho. In præfenti sermone declarandum est, de eiusdem status quarta miseria, videlicet de quodã vili exercitio, in quo daemon illum ponit, scilicet pascedi porcos, vt verba assumpta dicunt, qd misit illum in villam suã, vt pasceret porcos. Sed prius salutetur virgo Maria. ¶ Argumẽtum huius sermonis.

¶ Vxta terminos in assumptis verbis positos tria sunt notanda pro eorũ significatis de-

clarandis. Primo, quid intelligatur per villã dæmonis. Secundo, quid per porcos. Tertio, quid sit mittere hominem vt illos pascat. ¶ Primo, villa enim dicitur, vbi homo se exercet (quã vulgariter dicitur grãgeria) & ita villa dæmonis sunt mundi voluptates, quibus se exercet homo dæmoni subiectus. vnde Luca, vnus de vasallis dæmonis inquit, villam emi, & habeo videre illam. Nam exercitiũ quod vult dæmon est, vt homines circa illa effrenate se exerceãt. ¶ Secũdo porci sunt isti quinq; sensus. Quid enim immundius q̃ vnus oculus fordidè prospiciẽs? Sic lingua: sic cætera mẽbra? Ideo Esaiã. Luto vilior est vita illius, atq; factus est vt sus in volutabro luti. Villa ergo est mundi voluptas, porci autem isti quinq; sensus, in quorum exercitio homo exercitatur. ¶ Tertio quid sit ista mis-

A

Luca. xliij.

B

Esaiã. xv.

Tertia clausula. Sermo. xxii. Feria. iiii. post tertiã.

fio in hanc villam. Est singulariter notandum, q̄
S. Bonauē. sanctus Bonauentura querit in. ij. distin. vij. q. iij. videlicet. An dæmones possint esse peiores nunc, q̄ ante fuerūt? Ad hoc fuerunt aliqui modi dicēdi.
C ¶ Primus, q̄ sicut in angelis bonis voluntas bona creuit in prima cōuersione vsq; ad terminū, ita q̄ amplius non potest in se crescere, sed solum in effectibus, quos efficiunt circa homines: sic in angelis malis dicere voluerunt, q̄ non creuit eorum voluntas quo ad intētionem, quia in illo actu primo peccati sui habuerūt actum intēsum malitiæ suæ, & ita eorum voluntas fuit deprauata in illa prima auersione, quod amplius crescere non potest. Veruntamen, quia dictum est supra q̄ actus exteriores addunt aliquid aggrauans ad actum interiorē, licet non sit nisi vnicū peccatum, ideo quo ad hoc peiorem efficiunt hominem ratione radicationis volūtatis in actibus exterioribus: & ideo quia supplicium attenditur non solum secundum intētionem voluntatis, sed ratione actus exterioris, vt patet ratione damnorum & aliorum, quæ supra diximus, ideo grauius postea punitur in inferno, ratione circumstantiæ aggrauantis. Sed irrationabile videtur, q̄ crescat in eo malitia, sicut in viatore, qui non est in termino. ¶ Secundus est modus sancti Bonauenturæ dicentis, q̄ angeli habent duplicem vim, vnam intellectuam, & aliam administratiuā: sicut habent duplicem ordinē, videlicet ad Deum, & ad proximū. Quod sic declaratur, quia vis contemplatiua illorum, quæ est intellectus & volūtas, respicit Deum pro obiecto primo. Vis autem administratiua, quæ est ipsemet intellectus & voluntas, vt respiciunt hominem pro obiecto secundario, ideo quia primæ vis exercitium est principaliter circa Deum, isti correspondet præmium eorū essentialiter, & in illo amplius crescere non possunt. Secundum autem aliam vim administratiuā, quæ est circa homines, quia eo q̄ Deus ordinauit, q̄ minores reducātur ad deum per maiores, habēt vim administratiuam circa nos, ideo ab initio voluit, quod angeli essent ministri hominū. O si consideremus diligentiam & administrationem sancto rum angelorum circa nos, maiore profecto inueniremus, quàm vos ipsi curam habetis de filiis vestris: & dulcius nutriunt nos, quàm mater carnalis filium, ideo vim administratiuam habent, vt Apostolus inquit, Omnes sunt spiritus administratores propter eos, qui capiunt hæreditatem salutis æternæ. Ideo ratione primi sunt in termino, nec

maius præmium illis respondebit essentialiter: sed ratione alterius vis, habebunt accidentale, & ita continue istud præmium merentur. Sic proportionabiliter dæmonis malitia quo ad vim contemplatiuam nō intēditur nec crescit, nec crescere potest, & in hoc cōuenit cum prima opinione. Ratio est, quia dæmones in prima auersione tantum odio habuerunt Deum (modo alias declarato) q̄ iam amplius nō possunt. Ideo illa autoritas. ps. Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit ad te semper, intelligitur extensiuæ, scilicet quo ad secundam vim, non autem quo ad primam & intensiuæ. Tamen quo ad vim administratiuā, quo ad poenam & culpam crescere possunt, licet totum sit accidentale. ¶ Tertius modus est Scoti dicentis, q̄ sunt in termino quo ad hoc quod est mereri vel demereri. Sed ista mala, quæ nobis inferunt, sunt poenæ peccatorum suorum, vt sunt in tali malo exercitio. Et ita licet debeatur eis poena ex his quæ nobis faciūt mala: non tamen recipienda pro nunc, sed pro illo tunc, scilicet in inferno. Et ita malitia dæmonum semper crescit, & eorū mala voluntas: quia nouas & nouas excogitant malitias, & ita continuāt illas in poenam suam, nō tamē de meritorie essentialiter. Nōne videtur intolerabilis poena deduci in statum, vt semper velit nolit voluntas sit in exercitio excogitandi nouas ad inuentiones ad malum, hoc prima culpa demerente, & statu in quo est? maxime quo ad illud quod secūda opinio dicebat in vi administratiua circa homines, vt homo detineatur in ista regione peccati. Et inter has est vna, videlicet, quod intendat in exercitio istorum porcorum quinque sensuum: & intendendo in illorum pastu, dimittat facere poenitentiam, & illam differat vsq; ad vltimum vitæ suæ. Hoc enim est mittere illum in villam suam, videlicet, ducere illum ad hanc miseriam, & periculosum malum, scilicet q̄ propter detentionem in huiusmodi pastu, differat poenitentia agere pro illo fine suæ vitæ: sciens dæmon quia res periculosissima est, & quasi impossibilis, & nititur ponere in crudelissima miseria, videlicet, vt poenitentia prolonget vsq; ad finem vitæ. De qua prolongatione & finali siue serotina poenitentia dicendū est in præsentī sermone, & principaliter duo. Primum, quomodo est miserū peccanti per totum tempus vitæ suæ, & quasi impossibile veram & salutarem poenitentiam agere. Ideo ad hanc suam villam (id est grāgeria) dæmon mittit. Secundum, quomodo deduci ad hoc est con-

De poena pastus porcorum in peccato. 57

ditio miserabilis, & quas miseras incurrit. Et tandem remediū ipsa euāgelica expositio declarabit.

¶ Prima pars.

D E primo ponitur pro fundamento conclusio aduersatiua, videlicet, q̄ poenitentia tempus prefixum est vsq; ad vltimū instans mortis. Ratio, quia licet post hanc vitam sit poenitentia, iuxta illud. Sapientia, Poenitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes: est tamen infructuosa, quia homo desinit esse per primum non esse sui. Quoniā licet mors fiat successiue, videlicet, illa separatio animæ à corpore: terminatur tamen per primū non esse sui, vt probat Aristoteles. vij. philosophorum, & ita tempus poenitentia durat vsq; ad illud instans. Ezechielis. Nolo mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur à via sua, & viuat. Et Ezechielis. Si impius egerit poenitentiam ab omnibus peccatis suis, omnium iniquitatum eius non recordabor. Ratio huius esse potest illa, quam supra assignauimus. Quia cū homo disponitur, Deus dat gratiam: & cum dispositio sit poenitentia, ergo si poenitentia egerit, in quolibet instati Deus gratiam dare potest, in quo erit poenitentia, & per regulā magistralem dabit. Quia facienti quod in se est, Deus non negat suam gratiam. Verū tamen res periculosissima est talis poenitentia, dum differtur vsq; ad illud instans & tempus, ideo dæmon mittit peccatōrē in istam villam suam, id est grāgeria. Ideo beatus Augustinus inquit, q̄ poenitentia in sano est sana, in infirmo est infirma, & in mortuo est mortua (quod certe est pōderabile verbum.) Hæc autem dæmonis missio est multum poenalis. Primum, quia innititur talis remedio inefficaci ad suam salutem. Secundo, quia grauius se exponit periculo. ¶ Primum patet quia illud remedium, quod assumit, scilicet poenitentia serotina vsq; ad finem vitæ dilata, sit inefficax, probatur. Quia non potest illo tunc habere quatuor quæ requiruntur ad veram & salutarem poenitentia, & hoc de lege Dei ordinata: maxime ille, qui consuetudinarie stetit in regione ista longinqua peccati. ¶ Primum requiritū est, integer vsus rationis, scilicet qua possit cognoscere peccatum in ratione vt Dei offensiuū. Ratio huius est, quia actus voluntatis qualis est poenitentia (quæ est detestatio & odium peccati) præsupponit actū intellectus. Et ad hoc est ratio Augustini. x. de trinitate. Quia sicut nil volitum nisi præcognitum, sic nil oditur, nisi præcognoscatur. Sed illo tunc, si

licet mortis articulo, impeditur vsus rationis: nam iudicio medicorū maximus dolor est in parte sensitua, & tristitia in parte intellectuua, & vtraq; passio nata est impedi e vsum rationis, sicut beatus Augustinus dicit libro. lxxxij. quæstionum. q. xxvj. q̄ passiones causatæ à tristantibus plus mouent, quàm causatæ à delectantibus. Modo passio delectans quandoq; aufert vsum rationis, vt experientia compertum est. Exemplum potest poni si filius dilectus infirmaretur, & similiter vicinus nō visus: magis doleret de dilecto filio, q̄ de vicino non viso. Amicus dilectus est carnalis amor, vicinus nō visus est Deus. Magis certe tristatur de amore carnali, quem deficere videt: quàm de amicitia Dei. Secūdo impeditur vsus rationis ex sua inanimaduersione. Nam secūdu Augustinum in sermone innocentiū, hac in animaduersione percutitur peccator: vt quia dū viueret, oblitus est Dei: dum moritur, obliuiscatur sui. Tertio impeditur vsus ex sibi adherentibus, eum quo ad animam relinquentibus. Tum, quia executores testamenti intendūt diuitias & bona sibi commendata. Tum, quia medici medicinas propinādas pro salute corporis. Tū parentes illum consolantur, nec audent loqui de confessione aliquid & alijs, ne ipsum tristetur infirmum. Tum, quia seruientes non audent dicere veritatem. Tum, quia non suauit ingredi presbyteros, & cum eos vocant, dicunt. Iam non est tempus, Linguā habet grossam, Non potest loqui &c. Verum dices, vbi maior dolor & tristitia, q̄ in illo latrone bono Christo confixo, tamen in fine vite saluus euasit: vt Augustinus de poenitentia distin. vij. cap. nullus. Quod licet veniam meruerit, non tamen baptizatis exemplum differendi dedit. Sed attende, quia latro hoc habuit ex priuilegio & significatione. Et vltra hoc, non solum saluus factus est ratione illius poenitentia serotina: sed etiam ratione baptismi flaminis, quem suscepit, dum fide Christum cōfessus est, (vt dicit glosa) ideo eius conuersio non solum attribuenda est poenitentia: sed baptismo, qui omnia crimina diluit. Ideo Psalmus. Non est in morte, qui memor sit tui, videlicet habens vsus rationis liberū. ¶ Secundum requiritum ad verā poenitentiam est circumstantia principij elicitui, scilicet voluntatis libertas. Quia regula magistralis dicit, quod sicut peccatum non potest esse nisi quia voluntarium, sic poenitentia nō potest habere rationem poenitentia fructuosā, nisi sit voluntaria. Ideo Augustinus & Magister, Ar-

S. Augusti
Magister.

bitrij libertatem quaerit Deus, ut deleri possit peccatum, non necessitatem. Hoc autem quasi impossibile est illo tunc habere, qui usque in finem fuit impoenitens: nec extorquere valet nouam peccati displicentiam, nisi timore poenae imminens. Presumitur enim quod si remotus esset a poena si cut prius, quod non extorqueret illam. Immo non videtur simpliciter voluntaria, cum causetur a quodam in voluntario, videlicet morte. Ideo secundum Scotum, quod fit ex aliquo in voluntario, non est simpliciter voluntarium. ut patet in projiciente merces in mari. ¶ Tertium requisitum est circumstantia finis, scilicet Deus amatus & dilectus. Tunc salutaris poenitentia est, cum peccatum detestatur, ut Dei offensum: & sic fit finis illius detestationis ipse deus sic amatus & dilectus super omnia. Hoc non facile presumitur haberi illo tunc. Nam unde illo tunc habet illam dilectionem Dei super omnia, quem per totam vitam contempsit? Immo illo tunc presumitur habere actus & contemptus oppositos, quia illo tunc correctio diuina non instigat: quia magis timorem generat, quam amorem. Exemplum de aliquo diligente inimicum Regis Aragonum per plures annos, qui si captus esset a Rege Franciae inimico eius (si esset) & verberaretur, quomodo est possibile, quod nouam dilectionem Regis Franciae haberet ex verberibus, nisi timore poenae illi illat? ¶ Quarta circumstantia est auersio a bono commutabili, & conuersio ad bonum incommutabile. Esset analogia, si quis aedificasset domum apponendo lapidem ad lapidem, colligando illos calce. Destructio illius aedificij deberet esse a contrario, scilicet remouendo lapidem a lapide cum remotioe etiam calcis. Ita quia peccatum committitur voluntarie se a Deo auertente, & conuertente se ad creaturam, adherendo per amorem & delectationem creaturae tanquam finem suae actionis illam praestituendo, oportet ut auertatur a creatura & ab amore eius & delectatione inordinata, & adhæreat totaliter Deo. Hoc non potest fieri illo tunc sic subito, nisi paulatim hoc fiat, eo quod non erat assuefactus ad hoc, immo in contrarium. Ratio huius ponitur a beato Thomas prima secundae questione quarta. Quod in repentinis casibus, homo operatur secundum finem praestitutum, vel praecipuum. Exemplum de illo qui cadit in fluuium, qui accipit quod primo ad manum occurrit, & cum illo moritur. Ita in illo tunc cum habeat ad manum carnalia, tempora-

Scotus.

G

S. Thomas

lia, blasphemias &c. in quibus totum vitæ suae tempus se exercuit, quid faciet homo in illo casu repentino? Quis ergo poterit tam subito destruere aedificium peccati? Habemus figuram exemplariter in Euangelio de illa muliere curbata, quae per multum tempus non poterat respicere caelum, ideo Psalmus. Quoniam iniquitates meae supergressae sunt caput meum: & sicut onus graue, grauatae sunt super me. ¶ Hac ergo ratione daemon principalis in regione ista longinqua peccati sic inducit istum adolescentem peccatorem ad istam confidentiam & propositum in fine vitae poenitendi, ut detineatur interea in pastu istorum porcorum quinq; sensuum, sciens & quia conspicit, quod illo tunc non poterit plene agere poenitentiam rationibus supra dictis. Ideo pro sano erit optimum consilium, ut sanus poenitentiam agat, cognoscens periculum serotinae poenitentiae. Pro infirmo autem ad hoc periculum deducto consilium sit, ut secundum suam possibilitatem labore extollendo Dei misericordiam, eamque implorando, ut sui misereatur, quia displicet ei ad hanc villam, id est grangeriam daemones se suaeque culpa peruenisse. Et sic patet primum.

¶ Secunda pars.

DE secundo principali, quanto & quam graui periculo se exponit. Notanda est propositio Scoti. Quod quicumque actu elicit se determinat non poenitere nisi in extremis, exponit se periculo amissionis salutis aeternae, & mortaliter peccat. Quia Ecclesiastici, Qui amat periculum, peribit in illo. Et ultra hoc dico istam propositionem, quod omnis procastinans poenitentiam, determinat se non poenitere nisi in extremo vitae. Hoc patet ratione incertitudinis mortis, quia potest hodie & mane, & quacumque hora est tempus moriendi. Certe magna villa, & negociatio est ista daemones, deducere homines ad hanc promissionem, quia est illa, de qua Ecclesiastici. Promissio neque perdidit multos. Tum primo, quia usurpat quod Dei proprium est, videlicet de futuro certitudinaliter disponere, ut Christus inquit Apostolis. Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quae pater posuit in sua potestate. Unde si sanctis deo que dilectis non est concessum: quomodo sibi concedi putat peccator, aut disponit, ac si concessum fuisset illi? Speret sibi euenire, quod illi diuinitus istam dispositionem facienti dictum est, Stulte, hac nocte daemones repitent animam tuam:

Luc. xiiij.

ps. xxxvij.

H

Scotus.

Eccle. iij.

Eccle. xxiij.

Actuum.

l

Luc. xxi.

haec quae congregasti, cuius erunt? Tum secundo, quia deum cooperatorem facit suae iniquitatis quantum in se est, putans ac statuens Deum sibi dare tempus, ut liberius peccet, cum potius (ut alio die diximus) tempus sibi determinatum naturaliter meretur sibi auferri. Tum tertio, quia tempus quod sibi ad poenitentiam concessum est, in contumeliam creatoris proponit expedere, ideo nouum peccatum est. ps. Tempus faciendi domine dissipauerunt legem tuam. Secundo illa promissio non solum est neque rationibus dictis, sed est periculosa ratione impeditiua, & cruciatium illo tunc, & insurgunt plures cogitationes. Tum cogitatio dolorosa, quia illo tunc mens dolore transigitur, modo conquerendo de capite, modo de brachio, & caeteris membris. Tum cogitatio amorosa, scilicet uxoris, quam deserit dilectam: & filiorum, quos orphanos relinquit: & diuitiarum, pro quibus adquirendis tantum laborauit. Tum cogitatio timorosa. Pauet enim de poena inferni, quae impoenitentibus parata est. Etiam mortem timet, quam sibi imminere sentit. Timet si militer horrorem peccatorum, quae demon ad memoriam reducit. Tum cogitatio vana spei uiuendi, quia dum moritur, adhuc arbitrat se euasurum mortem, quam circumstantes volentes, non nunciant illi. O villa daemones, ad quam ciuis huius regionis peccatorem mittit, videlicet in istud exercitium porcorum sensuum, ut pascendo illos detineatur in delectatione illorum, ut more porcorum rostra gramina pascat: & sic detentus, determinet non poenitere, nisi in fine vitae, ubi scit periculosam conuersionem, & difficilem, immo impossibilem. Sed nunquid non erit aliquod remedium pro sic in ista regione existentibus, qui sic consuetudinarie peccant? Immo remedium assignatur a patre nostro Christo Iesu in praesenti Euangelio Matthaei. xvij. cap. In quo tria assignantur remedia. Primum, correctio fraternalis. Secundum, iurisdicção ecclesiastica de solutione & alligatione. Tertium, abundans remissio quotiescunq; peccetur.

ps. cxvij.

Euangelij.
Matt. xvij.

L

DE primo dicitur, quod respiciens in discipulos dixit Simoni Petro. Si peccauerit in te frater tuus &c. Duplicem respectum ponit correctio fraternalis velut ad illos, quos vult remedia adhibere peccantibus, & in regione longinqua existentibus. Primus est, quo omnes discipulos respicit, Secundus, quo Simoni Petro loquitur. Ad denotandum, quod sicut in militia temporali ad hoc ut habeatur victoria, duplicem respectum quilibet debet ha-

bere: unum adducem, qui gubernat, & regit exercitum: & ita cadit obligatio in duce ad bene regendum, & in quolibet ad obediendum duci in his, quae spectant ad bellum. alium ad unumquemque de bello, & singulorum ad unumquemque: ex quo cadit obligatio, ut unus iuuet alterum ad consequendam victoriam. Sic in militia huius ecclesiasticae ordinationis est duplex ordo, scilicet praelatorum ad subditos, & subditorum ad unumquemque. Et ita sicut unus cadit sub praecipio & peccat, si non corrigit delinquentes cum potest, videlicet punitiua correctione, ut per illam procuret proximi sibi subditi salutem: sic & alter si non correctione charitativa corrigit fratrem quem peccare videt. Unde si non haberet aliud peccatum personale ex commissione, ex sola omissione huius damnaretur. Ideo ps. Ab occultis meis munda me domine, & ab alienis parce seruo tuo. Nam si elemosyna corporalis obligat pro loco & tempore, & cadit sub praecipio, adeo, quod ut dicitur Ioannis. Qui viderit fratrem suum necessitatem habere, & clausit viscera pietatis ab eo: quomodo charitas Dei manet in illo? & sic peccat mortaliter: multo magis ista spiritualis elemosyna obligat, ut qui tenetur ad subleuationem eius, si potest: & si non facit, peccat, quia secundum Ecclesiasticum. Vnicuique mandauit dominus de proximo suo. Et iste actus qui ad charitate procedit, obligat omnes, quos charitas obligat, ad habendum charitatis actum, & per consequens ad corrigendum superiores, pares, & inferiores. Licet diuersimode: quia superiores obsecrando, pares arguendo, & inferiores increpando, ut docet Apostolus. Argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. Exemplum Pauli, qui increpauit Petrum, eo quod gentiles cogeat ad iudaismum, scilicet ad circumcisionem. Similiter & Petrus secrete locutus est Christo dicens, propitius esto tibi. Ideo dicit textus, quod respexit Iesus in discipulos, videlicet, quia omnes istud praecipuum tangit. Poterit ex hoc formari reprehensio, quomodo cum omnes tangit, non est qui corrigit etiam filios & familiam. Item non faciunt patres familias ieiunare seruos & ancillas. Dicatur de eorum collationibus in isto sacro ieiuniorum tempore. Hinc Augustinus in libro de verbis domini dicit. Admonet nos dominus inuicem peccata nostra videre: non querendo quid reprehendas, sed videndo quid corrigas. ¶ Secundo tangit respectum specialem dicens (dixit Simoni Petro) quia hoc

M

ps. xvij.

Joanis. iij.

Eccle. xvij.

ij. Tim. iij.

Gala. ij.

Matth. xvi.

S. Augusti.

N ad omnes pertinet, sicut & habere actum charitatis, sed specialiter Petro dirigit sermonem. Tum primo, quia cum duplex sit correctio, videlicet priuata & publica, Publica fit verbis & poenis, quæ solum ad prælatos solos pertinet, qui sunt publicæ personæ. Ne igitur putaret Petrus & quilibet prælatus propter hanc (quæ solum prælatorum est) non teneri ad illam priuatam (quæ secretæ fit) ad Petrum dirigit sermonem. Et hoc est Hieronymi dictum. Tum secundo specialiter dicit Petro, Quia licet ista correctio fraterna omnes comprehendat sub præcepto, principaliter tamē sacerdotes propter excellentiam status. Tum tertio & melius, quia generalia præcepta fidelium à capite, scilicet prælatis ad cetera membra deriuari debent, eo quod sunt præcepta quæ unitatem ecclesiæ respiciunt. Hinc multa sunt tradita in ecclesia, omnes existentes in illa obligata: quæ solum prælatis & apostolis tradita sunt à Christo viuæ vocis oraculo, & instituta, quæ ipsi nobis tradiderunt, licet expresse in euangelij non inueniantur, vt est sacramentum de extrema vnctione. Nam sacramenta nullus potest instituere, nisi ille qui significatum efficaciter potest dare, scilicet gratiam, vt sunt sacramenta nouæ legis, quæ non solum sunt signa gratiæ, sed signa efficaciam. Vnde, ps. Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron, & vsq; ad oram vestimenti eius. Ista linitio misericordiam descendit à Deo in Christum ecclesiæ caput, & in barbam Aaron, id est sacerdotes ecclesiæ, & deinde in oram vestimenti ecclesiæ, id est fideles. Sed dices, quid est correctio fraterna? Ideo talem assigno descriptionem eius. Correctio fraterna est de peccato mortali fratris secreta monitio ordinata ad emendationem eius. Dicitur hic correctio fraterna, quia hic non intenditur de correctione coactionis & punitionis, quæ debet fieri à prælatis (circa quæ certe cauere debent, vt ne dissimulent inuenta, & inquirant inuenienda, & inuenta corrigant) sed loquimur de ista, qua omnes tenentur, & vnus alteri isto modo subuenire. Et hæc debet habere tres conditiones. ¶ Prima, quod in fratre sit peccatum mortale, quia dicit, (Si peccauerit) quoniam de venialibus non est tale præceptum. Nisi venialia essent talia, quod essent dispositio propinqua ad peccatum, vt plerumq; sunt quædam scurrilia, & turpia, Et etiam ratione multitudinis disponent ad mortale, vt mendacia etiam multum scandalizantia, & detractiones, & huiusmodi. Vel ratione connexionis cum mortali, vt colloquia turpia, vi-

S. Hierony.

ps. cxxxij.

fus fixus circa mulierem, in quibus vix euadit peccatum. Tunc cadit in eis correctionis obligatio, etiã si non sit mortale. quia tenetur succurrere antequam cadat, vt videt quod ad interitum tendit. Ideo tenetur & de istis venialibus & de mortalibus, vt ps. Psal. cxl. Corripiet me iustus in misericordia & increpabit meo, ideo dicit, si peccauerit, scilicet mortaliter aut venialiter modo dicto. ¶ Secunda quod sit secreta monitio. Pro quo aduerte, quod saluator tria ponit, videlicet, quod peccatum sit commissum, & quod peccatum sit cognitum, & quod peccatum sit secretum. Primo pro peccato commisso & cognito & secreto dicit (si peccauerit in te.) Secundum Augustinum, id est te scientem non suspicantem: quia forte suspicio esset amouenda, ne occasione talis correctionis suscitetur perturbatio fratris. Verum tamen si non sit in isto casu frater corripendus, esset tamē monendus, vt caueat frater à tali periculo. Secundo pro peccato secreto dicit (in te) id est te solo sciente: quia peccato publico publica debetur correctio, vt Apostolus. Peccantem coram omnibus argue, vt ceteri timorem habeant. Verum in peccatis occultis notandum est, quod quædam sunt quæ vergunt in nocentium corporale vel spirituale proximorum. vt puta, si aliquis occulte tractaret de prodicione ciuitatis aut patriæ, vel si hæreticus priuate homines auerteret à fide: tunc talis non in te solo peccat, sed in alios. oportet statim ad denunciationem procedere. An autem debeat etiã ad declarationem? Sufficeret, vt nocentium impediatur. Nisi firmiter existimaret, quod propter secretam monitionem desisteret omnino & dānum esset refarcitum à iudice maxime in causa fidei. Verum sunt alia peccata occulta, quæ non sic vergunt in malum peccantis, sed eius qui conscius est: aut quia læsus corporaliter: aut quia conscientiam læsam habet. Hæc est materia correctionis. Et ita dicit (in te) id est contra te. ¶ Tertia conditio est vt ordinetur ad emendationem fratris. Tunc enim ordinabitur, cum concurrunt tria. Primum, quod speret emendam. Quod poterit coniectari, si scit illum ex ignorantia peccare, vel ex fragilitate, vel passione aliqua, & non ex malitia, quod agnoscat ex conditione peccatis, vel ex continuatione actus, quia frequenter & sine freno, vel semel & ex verecundia, signum erit, quod faciliter emendabitur. Secundum est, ex parte corrigentis immunitas, ne sit in illo peccato, quod corrigere debet ad minus notus aut publicus, quia charitas à seipso incipere debet. Et tunc correctus posset cogitare, quia correctio non procederet ex charitate, cum à se inci-

Psal. cxl.

S. Augusti.

i. Tim. v.

P

pere debuisset, & sic esset sine fructu, vt patet in illis Phariseis accusantibus adulteram apud Christum, quibus inquit. Quis vestrum sine peccato est, primum lapidem in illam mittat. Super quo Chrysostomus, Ad aliena peccata punienda ibant, & sua relinquebant. Tertium, quod modus procedendi sit charitativus. Tum, laborando quantum potest pro fama peccatis proximi saluanda. Tum, vt vtatur verbis blandis, & dulcibus, & patienter responsiones (si forte erunt amare) supportet: quoniam quidam simplices bono animo & libenter correctiones suscipiunt: alij vero superbi & presumptuosi excusant se, & negant. Patiētia ergo in his opus est. Nihilominus non dimitteda est correctio, & si cognoscat illostrari: quia salus animæ proximi plus diligenda est, quam eius corpus. ¶ Alterum remedium ad hoc apponitur, si istud quod positum est non prodest, videlicet quod sequitur, quod si non audierit, adhibeas vnam aut duos testes &c. Non audire, est negare culpam, aut illum defendere, aut non permittere vt illum corrigat. tunc ad vltiora procedendum est, scilicet vt adhibeat testes. Tum primo, vt in eorum presentia erubescat. Tum secundo, vt conuincatur, si peccatum iteretur. Tum tertio, vt dicit Chrysostomus, vt ostendat se fecisse quod in se est. Vel melius, vt iudex ex hoc cognoscat hunc non processisse ex liuore, aut mala voluntate, sed ex charitate. Verum ponderandum est, quod iste processus seruandus est, quoadiu est spes, quod per istum modum erit emenda. Videtur non esse procedendum ad vltiora, & si prælatus contra hunc ordinem à Christo institutum præcipere (secundum Thomam. ij. q. & Albertum de Padua in expositione huius Euangelij) non esset obediendum. Immo peccaret hoc præcipiens, & ei obediens, vt sunt verba formalia eius. Verum de ista materia longior erit tractatus in secunda parte huius trilogij secundum opinionem communem theologorum. Vltimum remedium assignatur ad hoc, videlicet denunciatio ad ecclesiam prælatum, & tunc si ipsi videbitur, iterum monebit secreta, sin autem publice, vt emendetur & desistat: quæ si non audierit, excommunicabitur, & ab ecclesia separabitur. Quod iuste fiet Christo dicente Lucæ. x. Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit, & tunc erit sicut ethnicus & publicanus. ¶ Secundo principale remedium est autoritas ecclesiæ in absoluendo & ligando, quia dicit (Amen dico vobis, quod quocumque remiseritis &c.) Ne autem ista autoritas facilius data videatur, ponit verbum certitu-

Joan. viij.

S. Chryso.

S. Chryso.

Q

S. Thomas

Albertus.

Lucæ. x.

R

dinis dicens (amen.) Quatuor enim modis ligat ecclesia. Primo ligat, leges instituendo: & soluit, leges humanas vt humanas, quæ saluti repugnant, infringendo. Secundo ligat, officia ecclesiastica vel dignitates præficiendo: & soluit, indignos ab officijs depnendo. Tertio ligat, præcipiendo & iudicando: & soluit, cum dispensat in præceptis & irregularitatibus &c. Quarto ligat, temporalem poenam imponendo: & soluit, poenam æternam remittendo, vel in temporalem in sacramentis suis commutando. Sed de hoc latius in sequentibus dicemus. ¶ Tertio remedium principale est, facilitas remissionis, & eius amplitudo, quod deberet esse inductiuum relinquendi istam regionem peccati longinquam & porcorum partem, quia sequitur quod Petrus petijt à Christo, si peccanti fratri remitteret vsq; septies, saluator respondit, Non dico tibi septies, sed septuagies septies. Sunt ad hoc plures modi declarandi. ¶ Primus est liræ dicentis, quod capitur ibi numerus determinatus pro indeterminato: ac sic diceret, quod toties quoties &c. & omnis peccati fiat remissio. Verum tamē multum generalis est ista indulgentia non conformiter ad illud Euangelij, Qui peccauerit in spiritum sanctum, non remittetur hic, neq; in futuro. ergo non omne peccatum erit remissibile. ¶ Secundus est aliorum dicentium, quod in hoc sit differentia inter peccata maiora & minora, vt per septies intelligantur minora, & per septuagies intelligantur maiora peccata: & quod ista remissio sit tam generalis, quod ad maiora & minora peccata extendatur. Verum tamen ego non video quomodo aliquod peccatum, quo Deus offenditur, in ordine ad ipsum possit dici peccatum paruum, cum & si non tantum: tamen æternaliter pro illo punietur in inferno, sicut pro alio, quod vocas peccatum magnum. Bene verum est, quod dicit Scotus in. iij. distin. quod aliqua sunt peccata, quæ propter paruum radicationem voluntatis in perpetrando illa, cum contritione aliorum sine ista speciali illorum contritione remittuntur, & vocantur parua. Sed quid si Deus in die iudicij non stet in opinione & modo dicendi Scoti? ¶ Tertius Rupertus tuicensis & pro fundamento ponit, quod secundum arithmeticos duplex ponitur numerus. Vnus est rationalis, cuius partes aliquotæ aliquoties sumptæ constituunt ipsum numerum. vt senarius, cuius partes sunt ter duo, seu bis ter. Sic octonarius habet bis quatuor, vel quater duo. Alter est numerus irrationalis, carēs partibus aliquoties, quæ possint reddere ipsam totum numerum, vt quinarium.

Matth. xij.
Marci. ij.
Lucæ. xij.

Scotus.

Tertia clausula. Sermo. xxiii. Feria. iiii. post tertiā.

Sic enim se habent isti duo numeri, videlicet. septies, & septuagies septies. Quia septies est numerus irrationalis, cuius partes aliquotæ nō patiūtur aliquam diuisionem, vt totum numerum faciant. Nam si sumātur bister, non attingūt ad septenarium, nec ter bis: si autem bis quatuor, excedūt: si tres ter, excedūt: si quatuor bis, similiter. Est igitur numerus non patiēs inter partes diuisionē. Septuagies autem septies, est numerus rationalis: quia septies vnde decem, sunt septuaginta septē: & vnde decies septem faciūt totidem. Dicit enim q̄ non remittat peccatū, dum peccator fuerit vt septies, scilicet in voluntate non faciēs diuisionem & partitionē à peccato. Sed quodcunq; peccatum, quod fuerit velut numerus septuagies septies, à quo voluntas fecerit diuisionem, q̄ illud quodcunq; sit, remittat. Iste mo-

duus exponēdi est ex sacra scriptura, vt habetur in Genesi. Dicit, Cain. Omnis qui inuenit me, occidet me. Cui dominus, Non erit ita: sed qui occiderit Cain, septuplum punietur: & qui occiderit Lamech, septuagies septies. Peccatū occidentis Cain, erit irremissibile: & peccatum occidentis occisorem Cain, videlicet ipsius Lamech, erit remissibile. Difficultas igitur remissibilitatis peccati nō prouenit ex parte Dei, sed ipsius peccatoris non facientis diuisionē à peccato, sed remanere volētis in ista regione longinqua pascēdo porcos, ideo inquit q̄ nō remittat septies. Verū ab illa volenti recedere, vt septuagies septies, dicit q̄ remittat, & cū remissione det hic gratiā, consequuturo in fine gloriā. Ad quā nos perducatur ipse Christus Iesus, qui cū patre & spiritu sancto viuut & regnat in secula seculorū.

Sermo vicesimus tertius. Feria quarta post tertiā

TIAM DOMINICAM. DE QUINTO MALO ET MISERIA, videlicet de appetitu filiquarum & obstinatione. Sub isto themate.

¶ Cupiebat fatiari de filiquis, quas porci manducabant, & nemo illi dabat. Ex parabola Lucae. xv. cap.



Declarata quarta miseria huius miserabilis status, videlicet de finali poenitētia, quæ est villa dæmonis ne peccator à peccato liberetur, quoniam scit illam infructuosam. ratione quatuor quæ ad verā poenitentiam requirūtur, quæ illo tunc haberi nō possunt. In præfenti sermone dicēdum est de alia quinta & vltima miseria, videlicet de negatione filiquarum, quas porci manducabant, vt dicitur in verbis assumptis. q̄ cupiebat fatiari &c. Sed prius salutetur virgo Maria.

¶ Argumētum sermonis.

Apponendū est pro declaratione terminorum, q̄ filiqua secundum Ambrosium significat quatuor. Primo folliculos & purgamenta leguminū. Secūdo quoddam genus leguminū, quo in aphrica porci reficiūtur, intus vana, & foris mollis, quo corpus non reficitur, sed repletur. Tertio quoddam genus fructus, qui est porcorum cibus. Quarto quādam arborē, cuius fructus dicitur filiqua. Verum quidquid sit, satis inutile est totum.

Applicādo igitur diximus cibum porcorū esse ista delectabilia, quibus isti sensus reficiuntur: & dum possidētur sic delectabiliter excessiue, prouenit illud dānum & miseria. scilicet finalis & procrastinata poenitētia, Verū vt dicit glosa, quia dæmon nō dat ista, vt iste in eis delectetur, sed vt circa illa afficietur, vel excessiue afficiatur, & tādē in vltiore miseriā inducat, qui cū peccatorem tenet iam in effrenata illorū delectatione, remanēte desiderio, priuat eum illis, vt in obstinationē inducat. Vnde Ambrosius. Sic enim diabolus fallit hominem, vt amplius affligat, tribuēs cupiditatē, & denegās fatietatem, vt ex inordinata concupiscentia culpa vigeat, & ex negatione rei desideratæ, poena affligat. Sic deludit diabolus eū, qui sibi adheret, multa promittens, nil aut modicum dans. Habemus exēplum in filiis Israel & Pharaone. Quo niam illos posuit in exercitio lutū & lateris, & tamen eis denegabat paleas, vt affligerētur, & in obstinationem & indurationem induceret. Sic diabolus mittit hominem in pastum porcorum, & villam suam, excitando appetitum: & vt augeat culpam denegat illorum facultatem: totum hoc, vt in obstinationem & indurationem inducat. de quo

De poena appetitus filiquarū in peccato. 60

in verbis præsentibus dicitur, q̄ cupiebat fatiari de filiquis, id est sensibilibus, quas porci māducabant, scilicet quibus isti sensus exteriores inordinate cibantur. Ecce appetitū & culpa. Sequitur, q̄ nemo illi dabat. Ecce miseria & poena. Et sic ex appetitu & denegatione venit in obdurationē, quæ est materia sermonis, videlicet, quia existens in regione longinqua peccati, vltimam poenam habet prouenientem ex adhesionē dæmonis: quia misit illū in exercitiū cibandi porcos, videlicet, in ferotinā poenitentia inducendo: & ex denegatione vel subtractione illorum, in obstinationem inducit. De ista ergo obstinatione & induratione dicemus in præfenti tria. Primū si ista obduratio est culpa vel poena. Secundum, quare Deus permittit in illam peccatorem induci. Tertium, de causis & modis particularibus quibus peccator induratur, & de effectibus eius, vt in expositione euangelica.

¶ Prima pars.

S. Bonauē. **E** primo sanctus Bonauentura in j. dist. xlj.

q. j. querit, an induratio voluntatis in peccato sit culpa vel poena? Et videtur q̄ sit culpa secundum Glos. illius Apostoli ad Romanos, secundum

Glo. Ad rom. ij. duritiam tuam & impoenitēs cor thesaurizas tibi iram in die nouissimi: dicit. Induratio est perseueratio mētis in malitia, ergo est culpa vt perseuerat in malitia, & ab illa non desistit. Ex alia parte videtur, q̄ sit poena secundum illud Apostoli ad Romanos. Cuius vult, miseretur: & quem vult, indurat.

Ad rom. ix. Cuius vult, miseretur: & quem vult, indurat. Glo. Augustini. Obduratio est nolle misereri: sed nolle misereri est adeo, & ab ipso non potest esse culpa: ergo est poena. Ratio, quia cū ipse essentialiter sit misericordia, vt ecclesia inquit, Deus, cui primum est semper misereri, & parcere: Quid potest

Glo. Augustini. Obduratio est nolle misereri: sed nolle misereri est adeo, & ab ipso non potest esse culpa: ergo est poena. Ratio, quia cū ipse essentialiter sit misericordia, vt ecclesia inquit, Deus, cui primum est semper misereri, & parcere: Quid potest

Ecclesia. ignis nisi calefacere? Et Augustin⁹, Quia diuinitatis natura clemens est & pia & magis ad misericordiā q̄ ad vindictā prona &c. ergo si desistit misereri, aliqua culpa præcessit, vt sic induret, & vt talis poena detur, ergo est poena. ¶ Pro declaratione huius videlicet, quid sit induratio spiritualis ponitur ethimologia cōformiter ad indurationē materialem.

Augustin⁹. Ad durū enim corporale sequitur triplex proprietates. Prima, q̄ sit inhabile ad suscipiendū humorē. Secūda, q̄ sit stabile ad permanēdum. Tertia, q̄ sit forte ad rebellandū & resistēdum. Exēplum habemus in lapide, quia inhabilis est ad recipiēdum humorē, vt Christus de femine illo super lapide seminato dicit, quod aruit, quia nō habuit humorē. Similiter est fortis ad permanēdum, ideo ædificia de

Lucæ. viij. lapidibus fiūt. Tādē resistit, vt patet in offende te lapidē. Sic ad duritiā spiritualement omnia ista concurrūt. Primū, quia duritia spiritualis est, & durū dicitur illud quod habet inhabilē dispositionē ad recipiēdam gratiā Dei, & charitatē diuinā, ac sanctas eius inspirationes: & hæc poena est naturæ rationalis proprie proueniēs propter culpā primi parentis. Nam natura nostra quādam inhabilitatē habet ad bonū, & pronitatē ad malum, vt Apostolus Roma. vij. inquit, Non quod volo bonū, id facio: sed quod nolo malum, id ago. Hæc autē poena est sequēs illam primā culpam, nam ab illa habetur quædam indispositio ad susceptionē boni. Secūdum, quia spiritualiter dicitur durū, quod firmū est in permanendo: & est quādam firmitas in actu voluntatis in malo, cui perseuerāter & firmiter adheret. Et ita dicitur cor induratū, quod est in peccato multū stabilitū, & cōpactum in amore peccati. Et hoc modo obduratio culpa est cū illa prima dispositione, & est maior culpa alijs. Tertium est obduratio spiritualis rebellionis, & resistētia, & est actus voluntatis humanæ obstinatæ in malo, quæ vltra illā firmitatem in illo, dicit promptitudinem ad rebellādum contra Deum, & eius mādata, & cōtra quæcunq; inspirationē diuinā, vt Actuū. vij. dicebat beatus Stephanus Iudæis, Incircūcisi corde, & dura ceruice, semper spiritui sancto resistitis. Hæc autē est culpa magna cū poena. Et ita resolutorie (secūdum istū doctorem.) Primū est poena, quia prouenit ex peccato originali. Secūdū est culpa, cū illa dispositione ad aliā culpam. Tertium, quia ipse seipsum posuit ex sua culpa in tali statu, q̄ habeat inhabilitatē ad susceptionē gratiæ & resistētia ad quæcunq; bona: dicitur esse poena, & certe maxima poena. ¶ Sanctus Thomas in prima parte summæ dicit, q̄ obduratio duo dicit & importat principaliter. Primum est subtractio gratiæ & diuini humoris, quæ nō est culpa sed poena, & hæc est adeo, quā nō nisi iuste infligit, quia nō aufert gratiam ab aliquo, nisi ipse illud per culpam aliquam meruerit. Et secundum hoc dicitur Deus indurare aliquem, vt supra ex apostolo diximus, quia indurare Deum est nō cōferre gratiam. Sicut ex absentia solis cera induratur, & ex præsentia eius liquefit. Secūdū autē importat actum positiuū, scilicet adhesionē culpæ & firmitatē in peccato, & hæc ab homine est & culpa: quod reuera pessimū est. Tum primo, quia nō recipit humorē gratiæ, & sic nō facit fructū, (vt supra diximus de femine supra Petrā.) Tū secundo,

Tertia clausula. Sermo. xxiii. Feria. iiii. post tertiã.

quia culpã accumulãt, ratione adhesionis rei illicitã, vt Apostolus. Secundum duritiã tuã &c. vt supra. Tum tertio, quia totaliter beatitudine se priuat. Exẽplo filiorũ Israel, qui ob duritiã eorum ex sexaginta cẽtum milibus, non intrauerũt terram promissionis nisi duã personã, videlicet Iosue & Caleph. Ideo ps. Nolite obdurare corda vestra, sicut exacerbauerunt me patres vestri, secundum diem tẽtationis in deserto. ¶ Ex quo patet primo S. Augusti. secundũ Augustinum, q̄ Deus delinquentes deserit, resistẽtes indurat, contemntes condẽnat. Ita enim secũdũ Alexandrum prima parte. q. xxx. ar. ij. titulo de diuina electiõne dicit. Ita enim est progressus in peccato, q̄ homo primo deliquit, & consequenter induratur cõtra bona, & tãdem contẽnit facere ipsã bona. Eodem modo est progressus ex parte Dei: quia ipsos delinquentes primo deserit, non apponendo gratiã: & hoc non ex parte sui (quia paratus est dare) sed ratione impedimenti à peccatore appõiti, scilicet delicti. Et consequenter indurat illos, scilicet per poenã ex hoc consequentem, videlicet per nõ appõitionem gratiã, quẽ est poena culpã & delicti, & tãdem illos sic contẽnentes cõdemnat. Ergo obduratio prouenit ex parte ipsius delinquentis culpabiliter, eo q̄ non emollii vult cor eius ad ea, quẽ dei sunt, & hoc propter adhesionem culpã. Et ex parte Dei poenaliter illam substraõtionis poenã iuste illi infligendo, & ita dicitur indurasse cor Pharaonis. ¶ Secũdo sequitur, q̄ sicut confirmatiõẽ in bono, & in illo perseuerãtiã continuã boni accipiunt in præmiũ suã bonã dispositionis & emollitiõis cordis & facilitatis voluntatis ad res diuinas, vt patet in virgine gloriosa, quã licet ab instãti conceptionis fuerit cõfirmata tali confirmatiõne q̄ peccare non posset: tamen ob perseuerãtiã in bonum in conceptione filij Dei in vtero suo excellentius in bono confirmata fuit per specialem concursum ipsius Dei (vt tenent doctores omnes.) Nam in conceptione sua habuit simul tria. Primum, q̄ anima eius fuit creata à Deo. Secundum, q̄ in illo data fuit illi gratia cum sanctificatione. Tertium, quòd in illo ornata fuit omnibus virtutibus, & vsũ liberi arbitrij habuit (vt dicit Iacobus de Valẽtia super Magnificat.) In conceptione autem Christi superaddita sunt excellentius tria. Primum gratia & charitas sibi possibilis, & cum magna plenitudine: quia secundum Brulifer Deus non venit vacuus ad virginem, sed cum magnis muneribus & donis, vt an-

gelus dixit, Aue gratia plena. Secundum vt aliqui Luca. j. dicũt, habuit excellentem essentia diuinã visio-nũ, vt illi adhereret, vt summo bono, & ad tempus. Ratio illorũ, quia quod concessum fuit Paulo & Moyfi (qui secundum Augustinum in libro S. Augusti. de videndo Deum ad Paulam, Deum viderũt clare) non est dicendũ virgini fuisse denegatum. Tertium est excellẽtem modum assistendi ipsius Dei & specialem concursum, quo excellentissime impossibilitatem haberet peccandi. Sic etiam suo modo dicendum est de apostolis post aduentum spiritus sancti. Quid autem hoc fecerit? Certe facilitas ad res diuinas & firmitas in inceptis operibus, & non resistentia ad ea, quã mandantur secundum diuinã voluntatẽ. Verum tamen per oppositum facit obdurationem, inclinari ad istas res sensibiles effrenate, quã sunt cibus porcorũ, & resistere velut lapides Dei mandatis, quã est causa substraõtiua gratiã & demeritoria, vt quasi sit impossibilitas redeundi, quã est culpabilis poena. Vt patet in illo indurato Iuda, qui in principio sequutus est Christum, & secundum aliquos fuit tunc malus, cum illam sequellam ordinaret ad quãstũ. At vero in progressu fuit peior, quia auaritiã peccato adherẽsit, vt patet in murmuratiõne de vnguento effuso Marci. xiiij. in Christum. Tandem restitit, quãdo illud Dei beneficium, scilicet cõmunicatiõis sui corporis contempsit, & sic induratus velut in sui peccati poenam interiit.

¶ Secunda pars.

DE secundo autem, cur Deus misericors & vniuersis sua uis sic habitatis in ista regione peccati porcos pascentes permittit sic indurari, vt in eternum non resurgant sed pereant? Respon-det Alexander, vbi supra & Thomas, & alij in primo distin. xij. q̄ triplex causa concurrat. ¶ Prima est deficiens, à qua prouenit totum damnũ, scilicet liberum arbitrium hominis: quia vult & eligit malum, & ita impedimentum præstat gratiã. Exemplum ponit Augustinus. xij. de ciuitate Dei de re pulchra visa à duobus, qui vni bene videtur, & recte concupiscit eã vt homines casti respectu mulieris pulchrã, qui delectantur in eius pulchritudine citra inordinatã delectationem: immo laudẽ dāt creatori eius, vt Psalmus. Delectasti me domine in factura tua. Alter autem illicite & carnaliter delectatur, vt Christus inquit, Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam &c. Huius autẽ causa nõ est pulchritudo rei, sed inordinata voluntas

De poena appetitus liquarum in peccato. 61

inordinate concupiscens. Similiter non carnis concupiscencia, quia equalis habetur ab vno sicut & ab alio: cum ita sit vnus de carne, sicut & alter. Sic etiam cõtingit cum peccator induratur: qui ex inordinata adhesionẽ ad res delectabiles, & nimis ad hærens illis, habet resistentiam supradictã, & fixã voluntatẽ in illa, vt ex hoc resistat cuicumq; contrauenienti, & ita impedimentum præstat gratiã Dei, & ita induratur: alter per oppositum habet omnia. ¶ Secũda causa huius indurationis est promerẽs, scilicet peccatũ originale & actuale. Sic infideles promerẽtur indurari per infidelitatem, & fideles per peccata eorum. Esaiã. Iniquitates vestre diuiserunt inter vos & Deum vestrum. Hic potest ponderare quã iuste infideles condẽnantur: Dicatur quomodo illis imputatur, quia non ex actu positiuo, sed ex originali, promeruerunt: & ex actuali continuato, meruerunt, vt cognitio Christi ad illos nõ perueniat. Et sic potest faciliter satisfieri dubitationi, quare infideles, ad quos cognitio Christi non peruenit & prædicatio (quã si peruenisset forte conuerterentur) iuste damnantur? Secus de puero exposito in nemore & ante baptizato, qui teneretur iam grandæuus credere explicite, quòd Deus illi daret sibi viam ne cõdemnaretur. Cuius differentiã ratio est, quia ille non ponit impedimẽtũ, sed priuatiue se habet. At vero oppositum est in infidelibus, qui peccata actualia in continuatiõne habent, quã est causa demerens indurationem huiusmodi. ¶ Tertia causa est permittens, & hæc Deus est, cuius iustitia dicit, vt hominem libere in suo libero arbitrio dimittat, & illum non cogat, nec etiam in minimo (vt supradiximus): verũ quia ipse nõ vult recipere gratiam, & respicere a peccatis, sed sua culpa se ponit in tali statu indurationis: ideo non dat suã gratiam. Exemplum ponit Scotus, quòd statuens legem quòd fur suspẽdatur, quamuis sciat quòd multi incidere debent in poenam legis: non ipse statuens cogit, immo iuste agit. Sic etiam causa deficiens huius indurationis est ipse peccator, eiusque liberum arbitrium: causa autem promerens, est ipsum peccatum, modo exposito: & permittens ipse Deus, & hoc in poenã suã auer-sionis. Ecce ergo quomodo qui pascit porcos, & cupit satiari desiliquis, spreto suo vero cibo Christo (vt diximus) nemo illi dat iusto Dei iudicio, vt diabolus affligat, & in desperationem inducat, & in indurationem, quã est miseria huius status poenalis. ¶ Ex quo primo inferitur, quòd causa istius defe-

ctus gratiã & per consequens indurationis non est absolute & principaliter ex parte Dei, eo q̄ deus paratus est omnibus dare gratiam suã: verum causa est ex parte voluntatis. Exemplum de caco, cui semper lux patẽs est. ¶ Secũdo sequitur, q̄ nõ est eadem causa substraõtionis temporalium & gratiã. Nam Deus aliquando subtrahit temporalia propter indignitatem. Quia peccator (secundum Augustinum) nõ est dignus pane, quo vescitur. Similiter vt humilietur, vt huic filio prodigo contigit. Sed gratiã substraõtio nunquam ista poena infligitur sine culpa præcedente & existente in illo, a quo subtrahitur. ¶ Restat ergo resolutorie, quã causa est a libero arbitrio peccante & ponente impedimẽtum. Item ad punitionem & poenam eius, quia demeretur. Item quia adheret peccato, & firmatur in illo. Item quia resistit inspirationibus ipsius Dei, dum pascit porcos. Item omnibus, quẽ ab illo peccato & statu retrahere possent. Ideo demõsic cupientem satiari de his vanis, tradit in statum indurationis. Et sic patet secundum principale.

¶ Tertia pars.

DE tertio, videlicet de modis & causis quibus peccator in hac regione existens induratur, cõsiderãde sunt illi: quos dominus Antonius florentinus ponit in secunda parte summã. titulo. viij. c. ix. quã sunt quinque. ¶ Prima est sollicitudo nimia re secularis. Sicut enim carnes fiunt durã per extractiõnem humoris, & humor sic eliquatur: sic per nimia sollicitudinem huius seculi humor gratiã & deuotiõis subtrahitur, & quasi insensibilis ad diuina homo redditur. Aliqui nõ que ita elongantur a propria regione, quòd firmantur in aliena propter negociationes ibi occurrentes, quòd ad propriam reuertitur non possunt. vt patet de filiis Israel existentibus, & postea (paucis exceptis) voluerunt in propriam reuertiri, vt habetur Esdrã. Sic homo longe à Deo recedens per negociationes, & occupationes seculares, & adeo in illis radicatur, quòd ad ipsã patriam gratiã redire contemnit. Ideo magister in quarto ponit negociationem esse vnũ impedimẽtum poenitentiã. ¶ Secunda causa est frequens flagellatio sine emendatione. Exemplum in incude ferrea, quã ex fretu malleatione magis induratur, vt Iob. Cor eius indurabitur quasi lapis, & stringetur quasi malleatoris incus. ¶ Tertia causa est migratio de aduersitate in prosperitatem. Metallũ enim per ignẽ liquefactũ postea cõgelatur, & durũ efficitur. Sic dum

Quarta claus. Sermo. xxiiii. Feria. v. postsecundam.

¶ In se autem reuersus dixit. Quanti mercenarij in domo &c.
Ex parabola Lucae. xv. c.



XPEDITA per dei gratiam tertia clausula, huius filij iunioris sic in regione longinqua a Deo elogati, videlicet de miseria conuerti eius culpam, que copraedit illa qui que supra declarauimus. Consequenter conformiter ad assumptam parabolam, declaranda venit quarta alia clausula, in qua ponitur initium suae conuersionis ad patrem & suae iustificationis: videlicet reuertendo in se, quod notatur in verbis assumptis, dum sequitur, in se autem reuersus dixit, Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, Et ego hic fame pereco. Surgam, & ibo ad patrem meum &c. In quibus verbis quinque conditiones huius status comprahenduntur. Prima, reuersionis in se, dicens, In se autem reuersus. Secunda cognitionis abundantiae domus paternae, dicens, Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus. Tertia cognitionis propriae miseriae, dicens, Ego hic fame pereco. Quarta, propositum surgendi a illo statu culpae & miseriae, dicens, Surgam. Quinta, propositum comparandi coram patre dicens, Ibo ad patrem meum. Quae per ordinem declaranda sunt. In praesenti sermone solum primum declarabitur, scilicet de conditione reuersionis in se. Sed prius salutetur virgo Maria.

¶ Argumentum sermonis.

DE reui videre hunc adolescentem sic in tanta miseria constitutum. Nec credendum mihi erat, quod ita illos porcos affectu tam intenso pasceret, quin ab illo tam miserabili statu recedendi aliquantulum esset cordi. Quod si esset, qua charitate possem illi opere praerberem, ideo iter arripui per desiderium suae salutis (vt meo incumbit officio) & vidi ipsum paulisper declinasse porcos. Re vera propria cognitio hoc facit, quoniam dum peccatum consideratur, iam incipit ab illo declinare. Nam principium iustificationis: est cognitio sui. Conspexi etiam eum manu habentem panniculum, quo ab oculis lachrymas

egredientes tergebat: quod est consideratio amantudinis peccati, quae ex illa consideratione prima sequitur, quod certe signum est vitae. Tandem caput palma brachij tenebat: quod est consideratio, quod ex se non valet liberari ab illo statu. Ad quem ego, Cur sedes hic gemens, & flens, & tristis: Surge, & vade ad patrem, vt ab eo consoleris. Desine pasceri illos foetidos porcos, relinque societatem cuius huius regionis, cui adhaesisti: qui sic (vt vides) tam vili officio te subiecit, qui te tam famelicum tenet, vt adhuc cibo porcorum non adfatiatam pascaris, qui tibi sic misere laborem soluit. Ad patrem igitur curre, qui te misericorditer suscipiet. Qui inquit. O pater, iam mihi cordi est: verum timeo offensam patris, modum nescio, quo id peragam: non habeo adiutorem: omnia mihi deficient: quoniam nihil in me habeo de his quae a patre recepi, nisi solum naturam, & hanc vulneratam & debilem. O fili iunior & prodige, ne timeas sequere consilium sapientis Ecclesiastici. xxxij. Praecurre (inquit) in domum tuam prior illic aduocare, illic lude, & age conceptiones tuas non in delicto & verbo supbo. Quasi dicat. Peccator precurre praue-niendo strictum Dei iudicium, scilicet in domum conscientiae tuae ipsam diligentissime discutiendo: praue-ni iudicium eius triplici exemplo sacrae scripturae. Primo exemplo, gabaonitarum, de quibus Iosue dicitur, quod praue-nierunt Iosue antiquis vestibus consutisque pintacijs, in calceamentis & in omnibus alijs praetendebant vetustatem & consumptionem rerum necessariorum, vt obtinerent gratiam Iosue, ne cum alijs perirent. Secundo cum isto filio prodigo, vt dicemus. Tertio praue-ni cum diffamato apud dominum suum villico iniquitatis. O stude vetustate tuae conscientiae & da-na, quae pateris, & in auersione incurris. Primum fit per contritionem. Secundum, aut per confessionem. Tertium vero per satisfactionem. Sed sequitur (& in domo tua) scilicet scientiae age conceptiones, scilicet de quolibet mortali peccato, & defectu, quem in anima habes, & illic lude, id est, delude daemones, ne te amplius illudat, cum psalmista dicit. Ad te leuaui animam meam &c. Sequitur (Neque irideant me inimici mei) Verum hoc fit non in delicto superbo, scilicet dimittendo aliquid ad hoc necessarium, & ad istam reuersionem. Nam delictum a derelinquo dicitur. Et cum

De reuersione in se quo ad originem.

dicis, quia nescis modum: ego (vt potero) cum Dei adiutorio tibi explanabo. Et hodie incipiamus de ista reuersione in te ipsum, quoniam hoc est principium & prima conditio huius status. Ideo in praesenti sermone ad hoc duo faciam, Primum ostendam quam necessaria est poenitentia interior, quae est reuersio peccatoris in se: quia dicit, quod in se reuersus. Secundum de origine ipsius etiam in se ipso, videlicet vnde vel quomodo originari debet. Et tandem ad hoc euangelica expositio.

¶ Prima pars.

AD primo ponitur ista conclusio, quod peccatori in regione peccati exiitenti &posito, non potest esse aliud remedium de lege Dei ordinata, nisi ipsa poenitentia interior, quae est, detestatio peccati. Et quamuis sola autoritas Christi ad hoc sufficere deberet, Lucae. xiiij. Nisi poenitentiam egeritis, omnes simul peribitis: tamen pro consolatione nostra probatur inductiue. Et pro plena probatione est aduertendum, quod quatuor sunt in quibus homo posset confidere, quibus posset homo sine poenitentia a peccato liberari, quorum nullum sine poenitentia sufficit. ¶ Primum est, bona voluntas, vt dicit Glo. super illud. ps. Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent, inquit, Noli esse tristis, si afflit tibi bona voluntas, vnde metitur pax. Ergo sufficit bona voluntas ad habendam pacem cum Deo sine dolore poenitentiae vel actuali consideratione peccatorum. Verum hoc nil est dictum. Tum, quia glosa loquitur de bona voluntate faciendi opera misericordiae, vbi non suppetit facultas. Sed non est sic in opere poenitentiae, quia voluntas non potest esse bona, sine hoc, quod illa inaequalitas peccatorum, qua voluntas Deum offendit exeundo a lege diuina & illius preceptis, qua priuata est gratia: reducat ad aequalitatem per poenitentiam. Ratio huius est, diximus vnum expectato fuisse maculam (quae erat de ordinatio ipsius voluntatis dum recedens a lege diuina per delectationem incurrit illam deformitatem) ideo oportet per detestationem voluntatis haec reparari: & haec est poenitentia interior, scilicet detestari voluntarie: quod ante elegit in contemptum Dei. ¶ Secundum in quo potest confidere est charitas, quae videtur sufficere: quia Glo. super id Lucae. vij. Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum, inquit, Ardor charitatis consumpsit in ea rubiginem iniquitatis, ergo charitate sine poenitentia consumuntur peccata. Sed hoc nil est dictum in pro-

posito, quia illa rubigo fuit quidam defectus contractus ex consuetudine peccati, videlicet ab usio quaedam ex parte intellectus, & libido ex parte affectus, vt prouerbiorum dicitur, Aufer rubiginem de argento. Exemplum. Sicut ferrum consumitur rubigine, ita ex his defectibus virtus in potestatis diminuitur, & isti reparantur charitate maxime intensa, vt fuit in magdalena. Sed ista charitas non sufficit. Quia sicut inter homines non restituitur amicitia, eo quod dicunt nimium diligo vos, sed oportet dolere de offensa: ita hic de offensa in Deum commissa quae est poenitentia interior. ¶ Tertium, in quo potest confidere est conuersio a Deo sine dolore poenitentiae. Ratio est, quia sicut potest esse auersio a Deo sine omni delectatione, vt patet in peccato omissionis, vbi non est delectatio: Ita poterit conuerti sine dolore poenitentiae interioris. Dico duo. Primum, quod ego dubito, quod aliqua ommissio sit sine hoc, quod ratione alicuius delectabilis (quod intendit) omittat, vt patet in illo qui non dat elemosinam dum tenetur, quia illum delectat retinere bona &c. Secundum, quod licet possit auerti per solam inordinationem voluntatis, conuersio autem non potest esse sine detestatione excessiui amoris eius, vt Glo. dicit super illud Psalmus. Iustitia ante eum ambulauit &c. quod prima iustitia hominis est vt puniat se malis. ¶ Quartum quod potest confidere est gratia, quae potest infundi sine dolore poenitentiae. Ratio, quia in ultimo fine vitae illa potest infundi, non tamen haberi vera poenitentia (vt diximus) Nam in instanti non potest esse poenitentia, & in instanti potest gratia infundi. Dico, quod licet gratia possit dari de potentia Dei absoluta in quocumque instanti, de lege tamen eius ordinata in illo qui est peccator non potest dari sine praui detestatione peccati vel formali (vt regulariter fit) vel virtuali, vt in martyrio potest esse. Quia cum non sit ibi illa formalis displicentia de peccato (vt in subito pro fide Christi martyrizatis) virtuale tamen habuerunt detestationem. Quia qui habet maius, virtualiter habet minus. Et ita qui animo deliberato exponitur pro Christo vitam ponere, quod est maius, exponeret se ad dolorem & displicentiam de peccato propter illud, quod est minus, Patet ergo quod poenitentia necessaria est & interior detestatio peccati, & reuersio in se, sine quo non potest esse accessus ad patrem, Ideo inquit, quod in se reuersus. Et ita poenitentia necessaria est ratione sui. ¶ Secundo etiam est necessaria ratione institutionis. Quia magister

Lucae. xiiij.

Glo. ps. cxxy.

Eccl. xxxij.

Iosue. vij.

Lucae. xvi.

ps. xxxij.

Glo. Lucae. vij.

Prou. xxv.

Glo. ps. lxxxiiij.

Magister.

in.iii. distin. xiiij. ponit ipsam esse secundam tabulam post naufragium, quod secundum sanctum Bonaventuram ibidem in litera sic declaratur. Mare est iste mundus, ut ps. Hoc mare magnum & spatiosum, illic reptilia quorum non est numerus &c. Nescit homo quo dirigat vitam suam, & transitum suum, nec ad quem portum peruenturus est certitudinaliter. Nautis est status innocentie, in quo per gratiam facile & secure homo poterat peruenire ad portum salutis. Ideo de illa dicitur, quod facta est quasi nauis infortioris, de longe portus panem suum. Quia in illo statu innocentie non erant illi scopuli adhuc ad naufragium parati. Naufragium vero fuit perditio illius status, in quo integritatis nauis fracta est. Tabule autem sunt remedia, scilicet sacramenta, quibus gratia restituitur. Sed nauis non recuperatur nec reintegratur. Quia & si gratia in baptismo & poenitentia conferatur, non tamen illa integritas. Et quia duo sacramenta instituta sunt ad recuperandam gratiam amissam, & remediandum illud naufragium, videlicet, baptismus post peccatum originale, & poenitentia post actuale commissum: primum non est reiterabile, quia etiam peccatum originale non est reiterabile: secundum, vero sic, scilicet actuale ideo ad remediandum hoc, a Deo patre instituta est poenitentia, ut secunda tabula & remedium actualis peccati, quia prima fuit baptismus. Nec tertia tabula opus est, cum ista sufficiat. Et cum ille qui naufragium pertulit, licet cum illa tabula liberetur, non tamen sine labore sic in poenitentia oportet ut sit labor detestationis, ideo ex ipsa institutione necessarius est dolor & poenitentia interior. ¶ Ex quo patet, quod poenitentia dicitur fundamentum totius poenitentialis edificij, ex duplici proprietate fundamenti. Prima, fundamentum enim est primum in edificio. Secunda, quia totum edificium sustentat. Sicut in edificio spirituali poenitentiali detestatio interior peccati dicitur fundamentum. Tunc quia primum. Quoniam licet quo ad scienda fides sit fundamentum ut Apostolus, Fides est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium &c. Et quantum ad prosecutionem boni sit ipsa charitas, ut Apostolus. In charitate radicati, & fundati, &c. tamen in genere recedendi a malo ipsa poenitentia interior est primum, quia est detestatio mali peccati & malae vite, ut Apostolus. Non rursus iacentes fundamentum poenitentiae ab operibus mortuis & fidei ad Deum baptisatum doctrinae &c. Poenitentia igitur interior ne-

cessaria est triplici necessitate. Tum, quia non est aliud remedium sufficiens. Tum ratione institutonis. Tum ratione fundamenti.

¶ Secunda pars. **D**E secundo principali, videlicet de origine poenitentiae interioris notanda est conclusio Magistri ubi supra, quod poenitentia interior originatur a timore iuxta illud Psal. A timore tuo coepimus spiritum salutis. Et ponitur ratio a seraphico doctore ubi supra. Quia peccator dum est in peccato, non habet amorem Dei sui: & iste amor sui nunquam generat poenitentiam, nisi quia timet: igitur quam diu amat, & cadit, non resurgit: sed quando timet, incipit: ideo concipitur fide, quia timet sibi malum quod credit. Verum quomodo istud fiat, & quo processu est aduertendum, quod cum poenitentia interior sit detestatio peccati, habet suum ordinem via generationis, videlicet procedendo ab imperfecto ad perfectum (ut fit in generatione hominis, in qua requiruntur quidam actus, & praeuia dispositiones) sic in isto ordine requiruntur quidam actus praeuij. ¶ Primus actus est fidei, quo homo considerat Dei bonitatem & iustitiam: bonitatem quidem, cui omne peccatum & omnis inordinatio displicet, & quod talibus ipsa Dei bonitas offenditur: iustitiam vero, quia nullum malum dimittit impunitum. Similiter actus fidei, quo homo cognoscit se aliqua commisisse, quae diuinae displicent bonitati: & per consequens cognoscit se & peccata sua bonitati diuinae displicere, & secundum rigorem diuinae iustitiae ex his se esse obligatum ad poenam inferni aeternam: & ita timet ratione illius poenitentiae merita correspondentique. Et est actus fidei & timoris seruilis, qui procedit ex consideratione poenitentiarum incurfarum ex peccatis. ¶ Secundus actus est spei, quia credit diuinam misericordiam infinitam, qua omnem peccatorem ad se reuertentem recipere paratus est, & ita sperat & confidit. Et sic generat propositum recedendi ab incurfione iustitiae Dei, quae sic se uere punit, & ad eundem ad diuinam misericordiam, quae sic ad se confugientes recipit: & ita proponit a peccatis abstinere, & peccati detestationem assumere. Verum iste actus non est adhuc poenitentia vera, quia semper mouetur a timore seruilis, scilicet euadendi iustitiam Dei & poenam aeternam: & ex hoc habet recursum ad diuinam misericordiam, velut unicum remedium sui damni, Ideo ponitur. ¶ Tertius actus, scilicet interior confi-

deratio bonitatis diuinae, videlicet quod illa receptio misericors (qua paratus est recipere peccatorem ad se confugientem) non est ex merito eius: sed ex mera Dei liberalitate & bonitate sine respectu: & quod nunquam legitur aliquem exprobrasse, nec minus bene tractasse propter praeterita in eum commissa peccata: tunc incipit diligere Deum quasi dicendo, Et si non esset peccatori aliqua respondens peccati poena, solum propter offensam tantae bonitatis deberem detestari in eum commissa. Et tunc concipit amorem actualem ipsius Dei, dum iam vult detestari peccata sua, iam non propter poenam, sed propter offensam commissam in tam bonum & pium patrem. Et hic timor dicitur initialis seu filialis, dum homo propter solam reuerentiam patris offensus proponit detestari peccatum. Haec ergo est reuersione in se, & poenitentiae erigo. ¶ Ex quo ponitur documentum pro illis qui diu acuerunt in peccatis, scilicet hic adolescens noster, quod communiter dicitur poenitentia ex timore seruilis. Dico communiter, quia iusti aliquando ex fragilitate cadentes, non nunquam resurgunt ex amore filiali, eo quod eos poenitet non cauisse, sed ita fragiliter offendisse tantum patrem. Sed hoc paucorum est. ¶ Secundum documentum pro peccatoribus consuetudinariis & in regione longinqua existentibus, quod vtile remedium est, & consilium, ut suam poenitentiam incipiant a timore & hunc ordinem seruent, ne errerent. ¶ Habemus ad hoc figuram Ezechielis. Qui vidit campum plenum ossibus mortuorum. Cui dominus Propheta, Putas ne uiuet ossa haec? Cui propheta, Nescio domine, tu nosti. Et quomodo facta est commotio ossium, & vnum quodque ad iumentum suum &c. Vide historiam in illo capitulo. Campus mundus & regio longinqua peccati est. Ossa corda peccatorum ex defectu gratiae totaliter siccata. Psal. Aruit tanquam testa virtus mea. Item sine molle & medulla charitatis & alicuius deuotionis. Item discooperta, sine verecundia & honestate conuersationis, non timentes Deum, nec homines uerentes. Item disuncta, scilicet inter se, & a praecipis Dei, & a seipsis per discordias letigia, odia &c. Verum mittitur propheta & praedicator, maxime illo tempore quadragesimali, dicens, Ossa arida & siccata audite verbum domini, videlicet comminationis Lucae: Nisi poenitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Tunc fit reuersione adiuncturas, scilicet consideratione diuinae iustitiae, misericordiae, & boni-

tatis, ut saltem timore incipiant detestari peccata, & tandem amore: & praecedente ista cordis commotione, in se reuertatur, quia dicitur, quod in se reuersus &c.

¶ Tertia pars.

Ro complemento istius materiae & expositione ne euangelica ponitur huius originationis multiplex causa. ¶ Prima effectiua Deus. Nisi enim Deus cor peccatoris ad poenitentiam moueret, nullus illam ageret. Ratio huius esse potest, tam mala dispositio in peccatore. ¶ Secunda causa est dispositiua, scilicet homo, quia in nobis debet esse, ut secundum Augustinum sit uerum, quod qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te. ¶ Tercia causa est illuminans ad cognitionem Dei & peccati, & sic concipitur in intellectu per fidem, quae intellectum illuminat, & dicitur Deum esse iustum iudicem peccatorum, nisi se ipsos puniant per poenitentiam, ut Psal. Feci iudicium & iustitiam, non tradas me calumniantibus me. ¶ Quarta causa est inclinans, & haec est spes, qua generatur in homine spes de remissione peccati, & voluntas poenitendi ab illo: & sic incipit facere quod in se est, & disponitur ad iustificationem. ¶ Quinta causa est reuocans, scilicet timor, reuocans & separans hominem ab amore peccati, & ratione poenitentiae ex peccato consequentis, quam timet, & cognoscit se illi esse obligatum ex diuina iustitia: quae nullius potentiam ueretur, nullius sapientia decipitur, nec nullius poenitentia corrumpitur, & nullis precibus fleuitur: & sic generatur timor, quo poenitentia concipitur in mente, & exterius operatur in opere. ¶ Ex quo sequitur primo, quod licet bonitas Dei & gloria paradisi & eorum consideratio, quantum est de se, nata sunt magis retrahere hominem a peccato, quam timor poenitentiae. Non tamen quantum est ex parte eorum qui sunt in peccato, quia nec intellectum clarum habent, nec gustum habent sanum, ut ex tali dulcedine reuocentur: unde oportet quod per poenitentiam (quae suae uoluntati contrariatur) reuocentur. ¶ Secundo sequitur, quod plures reuocantur a peccato timore gehennae quam amore gloriae. Patet, quia animalis homo existens in mortali peccato, uita aeterna dulcedinem non sentit, neque degustat, ut dulcedine eius reuocetur ad poenitentiam: sentit tamen poenitentiae temporales, ex quibus credit & supponit aeternas esse paratas, & ita incipit ab illo timore. ¶ Tercio sequitur, quod licet poenitentia incipiens a timore filiali & amore sit perfectior, & ad hoc deueni-

3. Bonauē.

Psal. ciiij.

Prou. vlti.

C

Hebrae. xj.

Ephē. iij.

Hebrae. vj.

Magist. sen.

Psal. xxvj.

S. Bonauē.

S. Augusti.

Psal. cxvij.

Ezechielis. xxxvij.

Psal. xxj.

Luca. iij.

F

Quarta claus. Sermo. xxiii. Feria quinta post tertiã.

dum sit, vt poenitentia sit perfecta: tamen securius & ordinatius remedium est, hunc discursum seruare. Veruntamen vt non putes (o peccator) hanc dispositionem non esse sufficientem quo ad originem ad accedendum ad patrem, si non assit illa sufficiens, videlicet, quod non solum recipiantur, qui ex amore incipiunt poenitentiam agere, sed etiam illi qui ex timore, habes exemplum, in presenti euãgelio, vbi dicitur, quod non solum Christus curauit focrum Simonis Petri rogantem ex amore, sed & illos, qui post solis occasum veniebant ad ipsum timore pharisæorum. In quo Euangelio tria ponuntur. Primum origo poenitentia ex amore, significata in sanatione focrus Petri. Secundum, origo poenitentia ex timore, significata in illis, qui adducebantur ad Christum post solis occasum. Tertium, testificatio huius poenitentia interioris ex dæmonum clamore.

Euãgeliũ.

H
Matth. viij.

DE primo dicit Euangelista, quod surgens Iesus de synagoga ingressus est domum Simonis Petri. Bonus erat hic gener, qui pro focru sua rogabat. Sic certe deberent facere mariti circa matres vxorum & conuerso, quia sic nutritur pax. Sed hodie oppositum videmus, quod vxores volunt dominari, & ipse pauperes vtulae stant ad nutum earum: & quia sunt viduae, male tractantur, maxime si bona sua in dotem eis dederunt. Non autem sic faciebat Ruth, quae post mortem viri sui nutrebat & seruiebat focru suae, adeo, vt iret post messores in agro booz colligendo spicas, vt habetur Ruth. ij. c. Sequitur in textu, quod imperauit febri, quae subito reliquit illam (quod est miraculum subito facere, quod medici pluribus diebus & pluribus medicamentis faciunt) & sic ministravit Iesu & discipulis. Moraliter Symon interpretatur obediens, & est spiritus rationalis, qui legibus aeternis obedire tenetur, & cupit. Vxor vero est voluntas informata a ratione, quae velut vxor marito obtemperare debet. Socrus spiritus, caro est aduersans, quae est febricitans circa omnem passionem, & circa res detinentes in peccato. Rogat ergo spiritus Christum patrem vt sanet illam focrum, videlicet carnem, vt non amplius in tam longinqua regione illum detineat, & in tali distemperamento virium & potentiarum interiorum, sicut est in illa regione, quae est febris animae. At vero quinque facit, Primo accedit, dando fidem, gratiam gratis datam, qua cognoscat Dei iustitiam, & offensam, ac peccata quae in eum commisit, & quibus infer-

num meretur: & ex hoc concipit timorem. Secundo stat, videlicet, dando spem ex consideratione magnitudinis misericordiae Dei, quia plus potest dimittere quam aliquis peccare, vt Esayas, inquit, Non est abbreviata manus domini, vt nequeat saluare. Tertio tangit, videlicet, ipsum ex consideratione diuinae bonitatis, vt sic dilectionem causet. Vt tangit per compunctionem ex his immixtam, scilicet propositum detestandi peccatum. Quarto manu apprehendit, & imperat febri, videlicet actu imperato faciens peccata deserere, quo ad opus & consuetudinem. Quinto curat & ministrat iam ipsa, quando membra quibus peccato seruiebat, ad dei obsequium applicare proponit, vt inquit Apostolus. Sicut exhibuistis membra vestra seruire iniquitati & immunditiae: ita exhibeatis seruire iustitiae. Ecce ergo effectus & origo poenitentiae interioris ex timore vsque ad amorem procedentis. De secundo ponitur sanatio ad propositum, videlicet quo ad initium ex solo timore. Sequitur in textu, quod cum occidisset sol, qui habebant infirmos ducebant illos ad Iesum, & imponens manus super illos, sanabantur. Ponderandum est, quod in vna parua ciuitate, vt erat capharnaum, essent tot infirmi. Forte cibos ad libitum quisque ibi vendebat. Formetur reprehensio quomodo in domibus venduntur res putride, nec est qui super hoc intendat. Item poterat esse ex multitudine medicorum ad libitum curantium. At vero Christus curauit omnes infirmos. Tum primo vniuersaliter, quia dicit, quod omnes qui habebant infirmos. Tum secundo integraliter, quia dicit, quod varijs languoribus. Tum tertio faciliter, quia dicit, quod singulis manus imponens. Ecce excellentiam huius benedicti medici, quem profecto medici humani imitari deberent: in promptitudine, vt omnes visitent nullum abhorrendo: similiter in liberalitate, quia nil exigebat: & si hoc non possunt, cum ex arte viuere debeant, ad minus in non exigendo immoderatum salarium, vel ad minus liberales, erga pauperes, quibus tenentur libere ex charitate medicari. Moraliter ad propositum occisso sole in peccatoribus, id est, amore, quo a peccato recedere deberent, vt poenitentia esset perfecta quo ad eius initium ad minus sicut adducebantur ad Iesum timore pharisæorum: facti timore perpetuae diuisionis & separationis in gehennam aeternam duci debent ad patrem, & coram illo apponere infirmitates animae: quoniam & si sint variae, per impositionem manus suae misericordiae sa-

Esai. i. c.

Roma. v.

I

De abundantia domus paternae.

65

nabit, vt dicemus mane. De tertio, videlicet de efficacia huius interioris poenitentiae ex demonum testimonio, sequitur in textu, quod exhibat demonia clamantia, quia tu es filius Dei, quos demones increpauit, non sines loqui. Doctores dicunt, quod iste clamor demonum erat putatum quod possent eleuare Christum ad inanem gloriam ex suo dicto ratione illorum miraculorum. Vel alij, quod suspicabatur, quod ipse esset filius Dei: & ita hoc dicebant, si certitudinaliter possent scire, vt de demone tentate dicitur communiter, ideo Christus propterea non sinebat ea loqui. Nos vero (saluo meliori iudicio) possumus dicere, quod clamor eorum erat, quia ex hoc Christus non curabat infirmitates corporales sine curatione spiritualium (vt dicit Augustinus) Dæmon illius regionis cuius primus experies, quod ex fide, quam in ipsum Christum habebat, homines recedebat ab eius potestate, & reuertebatur in se, & ad Christum patrem per interioris poenitentiam: ex potentia Christi velint, nolint, confitebatur efficaciam suae potentiae. Quod est multum ponderandum, quia expresse dixit textus, quod cognouerunt illum esse Christum. Et Luca. viij. Et expresse confitebatur illum filium Dei altissimi. Quod certe non haberet pro inconuenienti dicere, vt coacti sunt confiteri etiam demones efficaciam suae potestatis, quam super

S. Augusti.

Luc. viij.


homines ad se reuertentes habet. Sed quare non sinebat illa demonia haec confitentia loqui? Dico primo, quod Christus non vult a lingua foeda confiteri: ideo oportet peccata dimittere & detestari, quia iuxta prophetam Eccle. Non est speciosa laus in ore peccatoris. Sed haec ratio moralis est. Secundo, ne verbis eorum detur autoritas, etiam si vera dicerent: quia semper intendunt hominem in miseria ponere, & peccato. Tertio, vt a diabolo nemo expectet veritatem: nam semper intendit inducere aliquam falsitatem. Ideo documentum morale fit, vt nunquam diabolus credatur, etiam si vera dicat. Non dico vt non credamus veritatem quam dicit: sed quod non credamus propterea, quia ipse illam dicit, quia semper ad decipiendum loquitur. Sequitur quod rogabant, vt ne ab eis discederet, verum dicit, quia & alij ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei, Quasi dicat. Missus sum curare hos, qui incipiunt a timore, vt etiam eos recipiam, si volunt a regione longinqua peccati discedere. Veruntamen vltiorem progressum habere debent, vt si inciperunt per timorem, finiant in amore: quia ex illo sequitur indulgentia, & patris receptio: hic per gratiam, & in futuro per gloriam. Ad quam nos pducatur ipse Christus Iesus, qui cum patre & spiritu sancto viuunt in saecula saeculorum. Amen.

Eccle. xv.

Sermo. xxv. Feria. vi. post tertiam Dominicam

DE ABUNDANTIA ET SUFFICIENTIA POENITENTIAE INTERIORIS & PECCATORIS REVERSI IN SE & ORIGINEM HABENTIS EX AMORE. Sub isto themate.

Quantum mercenarij in domo patris mei, abundant. Ex parabola Luca. xv. c.



DECLARAVIMVS praecedenti sermone poenitentiam interioris homini ad Deum ex regione peccati volenti accedere esse necessariam, nec sufficere voluntatem bonam, nec charitatem, nec auersionem a creatura, nec infusionem gratiae. Similiter assignauimus originem eius esse regulariter ex timore poenitentiae qui oritur ex consideratione diuinae iustitiae & diuinae misericordiae, & vt poenam euadat, proponit detestari & poenitere, & ita timor est

causa reuocans, & est commune remedium illis maxime qui sunt elongati a Deo. Restat modo dubium, videlicet, quia cum iustitia (ex cuius consideratione oritur timor poenitentiae, & est causa recedendi a peccato, ne ipsam incurrat) sit infinita, & misericordia (ex cuius consideratione oritur confidentia & propositum detestandi peccatum, & recedendi ab illo, & accedendi ad Deum patrem tam misericordem) sit etiam infinita, & sint aequalia lance, & infideli (vt supra sermone feriae secundae post primam declarauimus) quare ergo magis miserebitur, quam punietur, vt talis origo sit certa & remedium sufficiens ad recedendum ab illa regione: Ideo in presenti sermone venit declarare

Quarta clausula. Sermo. xxv. Feria. vi. post tertiã.

randũ de origine sufficiẽti & abundantia huius poenitentie interioris: vt ex hoc procedat solo amore, vt sit poenitentia interior delectiua cuiuscunq; peccati. Quod tãgitur in verbis assumptis dicens, q̄ in se reuerfus dixit, Quanti mercenarij &c. id est, habent isti qui ex timore seruili & velut mercenarij poenitent, & abundantia, scilicet vt ex amore hoc faciant, quia illa abundantia amoris supra timorem necessaria est. Sed prius salutetur virgo Maria.

¶ Argumentum sermonis.

A **D** Vo fundamenta hic supponenda sunt. Primum, q̄ hic non loquimur de poenitentia, vt sacramentum est (vt diximus heri secundã tabulã ex institutione, & de illa dicemus in sequẽtib; sed de poenitentia virtute, quã virtutẽ philosophi nõ cognouerũt, & si de oi virtute tractauerunt: quoniã nõ cognouerũt esse aliquã virtutẽ expiatiuã peccati, tanẽ in rei veritate virtus est, & rationẽ virtutis habet. Quoniam virtus (secũdum Aristotelem secũdo ethicorũ) est habitus electius consistẽs in medio pro vt recta ratio determinabit. Talis est poenitentia. Tum, quia poenitere de peccato commissõ, ex electione & voluntate procedit. Tum, quia cadit super debitã materiã, quia super displicẽtiã mali. Nã sicut bonum placet, sic malum displicet, Et potest informari debitis circumstantijs, scilicet propter finẽ debitum, videlicet reuerentiã Dei. Tandẽ consistit in medio, quia dolet de peccatis: & ratione illorũ non desperat, Sed facit illum stare inter duo extrema, videlicet diffidẽtiam & confidẽtiam: quia ratioe iustitiẽ diffideret, & ratione misericordiẽ presumeret: sed ponit se in medio, quia puniendo se ipsum, sperat in vtraque, & non diffidit: & ideo est virtus pertinens ad ultimitiam, quia reddit & ordinat hominem ad reddendum Deo debitũ honorem substraẽtũ, & ad proximum. Verumtamen sic ista considerata, non est sufficiẽs nec delectiua peccati, eo q̄ stat in medio iustitiã infinitã, & misericordiã etiã infinitã. Ideo oportet scire vnde prouenit tãta abũdantia in isto dolore poenitentiã interiori, vt mĩa tantũ effectũ habeat, vt ex modica poenitentiã sit satisfactum tantã & infinitã Dei iustitiã, vt ex hoc proueniat cõfidentia remissionis, & generet amorem, expulso quocũque timore, vt contritio sit delectiua peccati. ¶ Secundum fundamentum apponitur ad hoc, videlicet, q̄ poenitentiã inuenitur in oĩbus secũdum Petrũ de palude. ¶ Primo in his q̄ nunq̄ peccauerũt, videlicet in innocẽtib; & in virgine (quã nec

Aristoteles.

Petrũ de Palude.

ante filij cõceptionẽ, nec post peccare potuit) etiã in paruulis in gratia mortuis (licet nunquam peccassent) & hoc in habitu, non in actũ, id est quod si per possibile peccassent, possibilitas erat in eis ad agẽdã poenitentiã. ¶ Secundo poenitentiã virtus est in beatis: nõ quidẽ quo ad actũ dolẽdi, sed quo ad effectũ & gaudiũ de dolore preterito, recolendo euassisse periculũ ex Dei gratia. ¶ Tertio poenitentia est in damnatis: non virtus, sed vitiosa: quia dolent de peccato, non in quantum Dei offensiũ est: sed in quantum eis est poenale, de quibus sapientia. Poenitentiam agentes, & prã angustia spiritus gemẽtes &c. ¶ Quarto poenitentia est in viatoribus, videlicet in non conuersis, sed remanentibus in regione longinqua, scilicet ille remorsus, & poena essentialis, certe non sunt sine poenitentia. De quo Aristoteles in libro Ethicorum dicit, quod omnis malus impletur poenitudine. In viatoribus autẽ qui recedere volunt, est poenitentia virtus procedens ex timore, sed nõ sufficiens ratione iustitiẽ infinitã &c. ¶ Quinto est etiam poenitentia in Christo domino nostro: non proprie delectiua (quia peccare non potuit, vt Petrus inquit, Qui peccatũ nõ fecit &c. cum humanitas semper fuerit vnita supposito diuino, & peccare non potuit) sed fuit poenitentia in ipso eĩsecũua. De qua Genesis. Poenitet me fecisse hominem. Glo. id est, poenitentiam agã pro homine. Nunquid homo qui peccauit: nõ tenetur facere poenitentiam? Quid tu õ bone Iesu dicitis, agã poenitentia pro homine? Ille poenitentia faciat, qui honorem diuinum subtraxit, & reddat. Quid tu Christe bone, qui dixisti, Ego semper honorifico patrẽ: poeniteat illũ, qui peccauit. Quid ad te poenitentia agã pro hoĩe. Dico verbũ ponderadũ, & cordi figendũ, q̄ poenitentiã vult facere pro hoĩe timorato, videlicet q̄ incepit a timore (qui est initiũ salutis) ex quo oritur spes de remissione. Tũ, q̄ illa pcedit ex timore poenã, non est sufficiens, nec poenitentia delectiua. Tum, quia nõ habet finem ipsam Dei dilectionem. Tum ratione personẽ, quia adhuc est in culpa: & sic detestatio non placens Deo, licet sit initiũ (vt diximus) tamen ratione spei insufficiens, ratione considerationis iustitiã infinitã. Ideo Christũ poenitet. Sine culpa fatigatõ ex itinere huius presentis peregrinationis, sedet supra fontem, vt veniat mulier samaritana, anima peccatrix, ad fontem ipsum (in quo sedet) ad hauriendã aquam contritionis & detestationis peccati, vt in hydria suã voluntatis accipiat ad satietatem & abũdantiam,

Sapientia. v.

Aristoteles

j. Petri. iij.

Genesis. vi

Glo.

Ioan. viij.

De abundantia domus paternã.

quã faciet fontem in anima aque viue, scilicet contritionis perfectã ex amore, vt salire possit e regione peccati in vitam æternam, vt sit sufficiens detestatio per omnimodã peccatorum deletionem. Hęc materia presentis sermonis videlicet de abundantia in domo patris Christi, vbi est quãdam contritio, & peccatorum detestatio, quã detestationẽ nostrã ex timore procedentẽ, & per consequẽs non sufficientem ad peccati deletionem, facit sufficientem, vt illa possit peccator salire in vitam æternã. De qua duo in presentis sermone dicenda sunt, applicando duas euangelij partes inter dicendum. Primũ, quomodo ista aqua contritionis a Christo datur, ex qua nostra detestatio fit sufficiens ratione amoris, & spei ex hoc generate. Quia dicit, Quãti mercenarij in domo patris abundant, scilicet ex abundantia Christi. Et in Euangelio dicit Samaritanã, Aquam quam ego dabo, fiet in eo fons. Secũdum, quomodo est tã sufficiens, quod qui habuerit, iterum non sitiet: sed extinguet sitim peccati, & de effectu eius singulari.

¶ Prima pars.

Ioannis. xvj. **D** E primo ponderadum est illud gestum Christi post coenã, vt habetur Ioannis xvj. videlicet, quomodo volẽs Christus lauare discipulorum pedes, incipiendo a Petro, & ille stupẽs dixit, Domine, tu mihi lauas pedes? Non lauabis mihi pedes in æternũ. Cui dominus, Si non lauero te, non habebis partem mecum. Quod autem facio, nescis modo: scies autem postea &c. Ponderanda sunt in hoc tria verba. Primum (tu mihi lauas). Cognoscens itaque Petrus Christi maiestatem, peccatorisq; maculati foeditatem dicit, Tu mihi, id est, peccatori foetido lauas? Secundum verbum, scilicet (Si non lauero te, nõ habebis partem mecum). Quasi dicat, Necessaria est ista lauatio vt omnes mecũ partem habeãt, & vt nisi fiat fons in te aquã te lauantis, non erit contritio tua delectiua, & per consequens non habebis partem mecũ. Quia vt contritio sit sufficiens, oportet vt mecum, id est, contritionis meã quis partem habeat, & illi participet. Secũdum verbum, scilicet (Quod facio, nescis modo: scies autem postea) Sed quando? Dico quod illa nocte in orto positus, dicunt euangelistã, quod coepit trẽdere & pauere. ¶ Pro isto notandum est, quod sanctus Thomas dicit in. iij. parte. q. xlvi. ar. vj. quod & si Christus ab instanti conceptionis habuit agnitionem in verbo, vel per notitiam infusã omnium futurã passionũ (quas

S. Thomas.

pro generis humani redẽptione passurus erat) noluit tamen, vt redundarent in sensualitatẽ per sentimentum ad causandum experimentalem dolorem, nisi cum in illa agonia coepit trẽdere & pauere. Quas etiam tunc quo ad hoc voluntarie assumpsit, vt exemplariter videmus, quod & si iudicatus ad mortem dum audit sententiam tristetur: tanẽ multo aliter dum iam patibulum sibi imminere videt, & ita magna fuit ibi tristitia assumpta a Christo, vt dicit, Tristis est anima mea vsque ad mortẽ. Vt dicit Nicolaus de Ira, vsque ad mortem, scilicet extẽsiue, videlicet vsque ad mortem durans: & intensiue, id est sufficiens causare mortem, nisi virtus deitatis ipsã humanitatem sustentaret. ¶ Secundo etiam notandum est dictum Scoti, quod ibi nõ solum reprãsentata sunt peccata omnium hominum prãteritorum, & presentium ac futurorum pro quibus pati debuit quãtum ad sufficiẽtiam, & efficaciam pro quibus etiam satisfacere debuit: sed gradus & quãtitas culparũ vniuscuiusq; vt copia esset redemptio. Ex quo patet quã magnã fuerit illa tristitia assumpta voluntarie, excedẽs contritionem cuiuscunq; contriti: Tum primo, ratione multitudinis peccatorũ, pro quorũ deletionem illam assumpsit, quia pro peccatis totius mundi, quã sibi ascribit dicens, ps. Lõge a salute mea verba delictorum meorum. Quoniã vbi plura sunt peccata, maior arguitur contritio de illis, si assit. Tum secũdo, ratione clarioris cognitionis malitiã peccatorum: quia clarius malitiã peccati agnouit, & in quo gradu vnũquodq; Deũ offendit. Quoniam vbi clarior cognitio de peccato, ibi maior contritio de illo. Tum tertio, ratione maioris dilectionis Dei, quia Deũ plus omnibus diligebat Christus. Quoniam quãto a maiori dilectione procedit contritio, tãto maior est, Nã tãtum tristatur de offensa, quãtum diligit offensum. Ex quib; tribus arguitur magnã trinitia & contritio ipsius Christi de nostris peccatis. ¶ Tertio insup notandũ est secũdũ eundẽ, q̄ sicut cognouit quibus passio sua prodesse debuit quo ad efficaciam: sic applicauit vnũcũque illam, & illam contritionem & dolorem particulariter, sicut prãuidit & cognouit culpas particulariter, & gradus earum in offensione & malitia. Quod fuit denotatum in illa effusione sudoris sanguinei guttatim, de qua Euangelista inquit, quod factus est sudor eius sicut guttã sanguinis decurrentis in terram. Per sudorem sanguinis (qui a sudante exiit, & trãsit) virtutẽ passionis Christi trãsire in prãdestina

D Scotus

E

psal. xxi.

F

Lucã. xxi.

Quarta claus. Sermo. xxv. Feria. vi. post tertiam.

tos intellige. Per guttas vero particulares applicationes illius secundum determinationem diuinæ prædestinationis cognosce, vt in vnoquoque aqua contritionis, quam ipse dabit, fiat fons aquæ contritionis sufficientis salientis in vitam æternam.

G Ex quo primo sequitur, quomodo nostra modica contritio sufficit ad deletionem peccati & culpæ mortalis infinitæ: nõ quod illa ex se sit sufficiens, sed ratione applicationis huius gratiæ. (gratiæ inquam) non solum formalis, vt dicunt Doctores & bene, sed ratione huius gratiæ applicationis vere poenitenti factæ, vt in eo fiat fons &c. Exemplum esset satis ad propositum, quia vna petia auri non emittitur vna cunitas, quia non est sufficiens valor illius: verũ filli ad aptetur lapis præciosus valēs vnã ciuitatem (vt dicitur de carbunculo) erit sufficiens: non ratione sui, sed ratione lapidis apposti. Totum hoc est, vt sit nostra detestatio modica sufficiens.

Hebræos. v. ipse vero pro nobis effudit, vt Apostolus de hoc passu dicit, quod cū clamore valido & lachrymis &c.

H Et sic de alijs, ideo dicit, quod factus est fudor sanguinis, illa, scilicet applicatio dicta. ¶ Secundo sequitur quare dicitur doctores, quod contritio debet esse de peccatis proprijs & non alienis (licet de illis debet esse displicentia) quia illa applicatio fuit particularis, quia dicit (sicut guttæ). ¶ Tertio sequitur quare dicunt, quod contritio debet esse in hac vita: quoniam post mortem non est tempus contritionis deletionis & sufficientis, ideo dicit (decurrentis in terrã) Non in coelum, quantum ad contritionis essentiã (licet vt diximus sit ibi quãtã ad effectũ, scilicet gaudium) Nec infernũ (quia ibi non est contritio gratia formata, sicut est ista de qua in presenti) Non in purgatorium, quia secundum Doctores tanta potest esse contritio, & tã intensa, quod delebit culpam & totam poenã soluet, vt de contritione Magdalenæ dicemus. Modo & in purgatorio, sic hæc in presenti esset, expiarẽtur ratione maximæ detestationis peccati, & quia sunt in gratia (quod a nullo conceditur) quia nõ est status meredi sed soluendi, ideo dicit (decurrentis in terram) Ideo Ieremias dicitur, Deduc quasi torrentem lachrymas tuas per diem & noctem. Nota (quasi torrentem) quia aqua torrentis de sursum venit: sic lachrymæ contritionis in inspiratiõe diuina generãtur, vt fiat fons. Sequitur (per diem & noctem) id est, in vita presenti, vbi est dies & nox: quia in coelo semper est dies, & vna dies sine nocte. Psalmus. Melior est dies vna

Threno. ij. in aeternum. **Psalmus.** Melior est dies vna

in atijs tuis super milia. In inferno semper est nox.

¶ Quarto sequitur, quomodo ex isto fonte fit mundatio a peccatis dum conteritur, a quo efficacia prouenit non iam ex timore poenarum, sed ex amore & spe fundata in abundantia huius contritionis Christi, ex qua fit in eo fons in anima, scilicet spei & amoris: & ita contritio eius sufficiens, si affit propositum confitendi &c. (vt in sequentibus dicemus) Ideo Psalmus. Cor contritũ quo ad primum, & humiliatum quo ad secundum, non despicias, scilicet velut fœdum iam & maculatum.

¶ Quinto, sequitur quomodo cum isto dolore contritionis stat gaudium. Quod certe aliquibus in expertis videtur difficile, sed reuera ita est. Quia licet doleat de offensa, tamen gaudet de spe veniẽtẽ sequuta, procedente ab abundantia domus paternæ & huius fontis christi. Ideo prouerbiorum, dicitur, Cor quod nouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio eius non miscbitur extraneus. Et Psalmus. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde consolationes lætificauerunt animã meã. Et quod hoc sit verum quod de isto fonte procedat huiusmodi spes & confidentia: audi euangelium hodiernum Ioannis. c. iij. quod venit Iesus in ciuitatem Sichar &c.

Ro literaliter sensu dicatur, quomodo reliquit iudeam propter eorum duritiam, quia non proderat. Volebat ire in Galilæam vbi amabatur, præcipue capharnaum, vbi rogabant vt cum eis maneret, vt heri diximus in euãgelij sine. Ideo oportebat transire per mediam samariam, Et fatigatus ex itinere, missis discipulis ad querendum cibos, remansit solus non sine mysterio, & sedet supra fontem. Et dicitur quod erat quasi hora sexta (quam nos duodecimam vocamus) quasi iam ambulasset illo die, a mane vsque ad illã horam sex leucas, quasi vnã leucam pro hora. Pondera hoc & exclama, quomodo pro nostra salutis cursor factus est, vt leucam pro hora ambularet pedester, quod quasi vnus homo non facit. Etiam nota, quod ista ciuitas Sichar erat illa, vbi Simo & leui propter stuprum sororis eorum Dinæ a rege illius ciuitatis, occiderunt homines illius, vt habetur in Genesi. Quibus occisis, coepit eam Iacob ædificare, & dedit eam Ioseph filio suo: & fecit ibi puteum seu fontem, supra quem hic dicitur, quod sedebat Iesus. O bone Iesu, videris iam supra Crucis fontem, a quo scaturit fons & origo nostræ salutis, & abundantia nostræ contritionis.

De abundantia domus paternæ.

Tu primo ratione loci, quia fatigatus es extra portam Sichem. Sic extra portam Hierusalem, vt apostolus inquit, extra portam passus est. Tu secundo ratione tẽporis, quia illic hora sexta, hic hora quasi sexta. Tum tertio ratione modi, qui hic sedes supra fontem, illic supra crucem: quæ fons nostræ redemptionis est, ex qua manat aqua per quinque vulnerum fontanas. Tum quarto quo ad confortium, hic mulier Samaritana, ibi mulieres te sequentes. Tum quinto quo ad colloquium, quia hic Samaritana: illic matrilocutur. Tum sexto quo ad verba, quia hic da mihi bibere, & illic sitio. Tum septimo ratione relictionis discipulorũ, hic manet solus in fonte, illic solus in cruce. Quia euãgelista inquit, quod relicto eo, omnes fugerunt. Et propheta Esaiæ. Torcular calcavi solus, & de gentibus non est vir mecum. ¶ Quo ad sensum mysticum & morale. O fratres, venit filius Dei samariam huius mudi (quæ custodia interpretatur) vbi dæmon fortis armatus hominẽ custodiebat in peccato per possessionem. In quo violatur dina, id est, anima creata ad Dei imaginẽ & redempta suo præcioso sanguine. accipit iter ad iudæam, scilicet patriam coelestis (nã iudæa confessio interpretatur. ps. Facta est iudæa sanctificatio eius) ibi Deo videtur & eius maiestas confitetur, Galilæam versus (Galilæa trãsmi gratio interpretatur) scilicet per carnis assumptionem. ps. Inclinauit coelos, & descendit. Hoc enim itinere fatigatus vigilijs, ieiunijs, & alijs, venit ad puteum plenum nostris culpis, quem Iacob, id est, Iudæator cum vitijs foderat, vt propheta. Foderunt sibi cisternas. Cisternas dissipatas, quæ continere nõ valent aquas: &c. Nõ vt aquam hauriret, nec vt ex ea gustaret, sed vt malitiã aquæ doceret, quia habebat a maritudinẽ doloris. Super hunc cupiditatis & culpæ fontem sedit. Et bene supra: quia non in culpa, in qua nos eramus, sed super culpã fatigatus, id est, propter illam. Et hora sexta, quia in sexta ætate, in quos (secundum Apostolum) fines sæculorum denuerunt. Et loquitur peccatrici animæ (da mihi bibere) quia sitio salutem tuam, & propter illam veni ad sedendum super hunc laboris fontem, ideo da mihi aquam, & dabo tibi aquã pro aqua: quia pro detestatione peccati insufficienti orta ex timore, dabo tibi aquam sufficientem, scilicet contritionem meam, ex qua tua fiet fons in vitam æternam. ¶ Secundo quo ad istam primam partem dicitur in euangelio literaliter, quod inter Christum & mulierem fuit colloquiũ, vt conuenirent in siti & aqua.

Pro quo aduertendũ, quod bis legimus Christum sitiisse & petiisse bibere, & tamen non bibit. Primo in cruce, cū dixit, Sitio, & dicitur, quod obtulerunt ei spongiam aceto plenam: & cum gustasset, noluit bibere. Et certe mirũ videtur, quoniã & si in sumptione ille potus amarus esset: tamẽ acceptus nihilominus refrigerasset ad sitim. Secũdo hic circa istã mulierem cui petijt bibere, & tamẽ non bibit. Ratio huius esse potest, quia nõ dabatur ei potus conformiter ad suam sitim. Sic existente christo supra fontem, venit mulier de samaria sola: nõ veniebat sociata aribaldis, vt hodie fit, quod est dignum reprehensione. Ipsa incipiente haurire aquam, nec aliquod salutationis verbum dicente ad Christum, sed quasi toruo oculo ipsum respiciente, Saluator inquit, Mulier da mihi bibere, Quasi fons petet potum a sitiente. Cui ipsa, Tu iudæus quomodo bibere a me potis, quia sum mulier samaritana? Non conuertuntur iudæi samaritanis, videlicet, velut excommunicatis in cibo & potu. Ad quã Christus, Ista alloquutio & conuersatio bene potest esse. Tum, quia licitum est itinerantes cum excommunicatis communicare, ego viator factus a coelo in terram sicut gigas exultans ad currendã viam pro hominum salute. Tum, cum illa comunicatio est ad salutem excommunicati. Ideo mulier si scires donum Dei, & quis est qui tibi petit bibere, petiisses utiq; ab eo aquam viam. Duo tangit. Primũ spem contritionis, scilicet (si scires donũ Dei) gratiã & amorem necessarium in contritione. Secũdum (quis tibi petit bibere) videlicet ille, a quo omnis sufficientia tuæ contritionis prouenit vt sit deletiua (vtiq; petiisses ab eo, & sperasses ab illo aquã viam) scilicet contritionem sufficientẽ, vt liberareris a morte peccati, & a maculis lauereris. Ecce ergo vnde fit in nobis fons salientis contritionis in vitam æternã. Et sic patet primum, & prima pars euangelij.

Secunda pars.

De secundo dicitur, quod huius contritionis originate a Christo est tanta satietas, quod dicit quod quicquid biberit ex hac aqua, non sitiet iterum. Quod secundum Augustinum libro quinto responsionum, & Alexandrum de alexander. in. iij. parte. q. iij. ar. ij. ad propositũ intelligamus, quia poenitentia dicitur, est res optima & perfecta quæ omnes defectus reuocat ad perfectum. Nota super hoc, quod optimũ dicitur simpliciter, & optimum in suo genere. Deus simpliciter dicitur optimum. Et optimum in genere est illud, quod in illo

genere est primum, vt in genere animalium, optimum animal est homo: in genere calidorum, optimum calidum est ignis, & sic de alijs. Sic in morali bus optimū in genere operabilium, & operationis, est charitas, vt Apostolus, Maior autem horū est charitas. Et idē apostolus, Super omnia charitatē habentes, quæ est vinculum, perfectionis. In genere autē reuocabilium, & recuperatiuorū est ipsa poenitentia. Ipsa enim facit reuocare a malo vltimo, scilicet peccato, & recuperare perdita (de quo amplius dicemus in vltima clausula). Verū vt in proposito sufficit, reuocat nos & facit recuperare inter alia duos effectus principales. Primus effectus est, abolitio cuiuscunque pudoris & infamie. Notetur quod in contritione sunt quatuor. Primo spes de diuina misericordia. Secundo gaudium de recuperata gratia. Tertio dolor de peccati nocumēto, scilicet amissio tēporis (quæ est irrecuperabilis) Ideo semper de illo esse debet dolor, vt Ricardus dicit. Et Vgo, quod absoluens deus & remittens culpā, ligat eum vinculo perpetuæ detestationis. Quarto pudor, qui respicit comittantium in peccato, videlicet infamiam cum deo, cum angelis, cū hominibus, hic autem extinguitur in contritione in eternum. Habemus exēpla multa, vt de Magdalena, quam nemo reputat infamē, sed gloriosam peccatricē prædicat propter poenitentiam, quam de peccatis egit. Itē de Petro. Ideo & si peccata bonorum, quæ dimissa sunt, & malorū, quibus nō sunt dimissa appareāt in iudicio finali coram omnibus: tamen peccata bonorum non causabunt in eis confusionem vel verecundiam, malorum vero sic. Cuius nulla alia causa assignari potest, nisi poenitentia, quæ tegit illam foeditatem. Ideo ps. Beati quorum remisse sunt iniquitates, & quorū tecta sunt peccata. Et ps. i. Amplius laua me domine, videlicet quia lauasti quo ad culpam, etiam laua quo ad infamiam: ideo optima res est cōtritionis poenitentia, & huius aquæ effectus, quia non fit iterum. ¶ Hinc Christus ab hac muliere, antequam daret aquam huiusmodi dixit, Voca virum tuū, id est, pudorem, vt ad hoc eam reuocaret & sitim totaliter auferretur. Ideo voca virum tuum, id est, ostēde pudorem status, in quo es. (nouerat enim virū non habere) Sicut postea de facto non verita est dicere ciuibus suis. Venite, ostendam vobis hominem, qui dixit mihi quæcunque feci, Certe magis profecit Christus huic mulieri, cum ad cognitionē sui status reuocauit, dicens, Voca virum tuum,

quā cum quando cum ea disputauit de excellentia huius aquæ. Quia magis prodest vitia arguere, quā excelsa prædicare, quod ex sequella patet. Cui mulier respondit, Non habeo virum. Quasi dicat, Verum dicis domine: confiteor coram te defectus meos, non habeo virum, quia careo gratia tua: sine qua nemo potest mihi virilitatem & fortitudinem aliquā conferre. Cui Christus, Quinq; viros habuisti, & hunc quem habes, non est tuus vir, Quasi dicat, Cōtraxisti in regione peccati cum illis quinque sensibus, quos velut porcos pascebas, sed quem habes nunc, id est, gratiam Dei, non est tuus: quia non a te sufficienter (licet ex timore doleas) sed a Deo Christo moerente, & sudante, & fatigato supra fontem, vt ex ista abundantia domus paternæ contritionis aquam haurias. ¶ Secundus effectus aquæ contritionis sufficientis est propositum exponendi se operibus poenitentialibus, vt est oratio, & alijs. Ideo ista mulier inquit, Domine, vt video, propheta estu, Patres nostri adorauerūt &c. In quo petit, & vult informari de illo opere poenitentiali videlicet oratione, an esset faciendum in illo monte Garizim (vt samaritani dicebant) an in templo (vt iudæi) Cui Christus interiorem poenitentiam assignat principalem, scilicet quæ fit in spiritu & veritate. Ex hoc loco assumunt illi pessimi lutherani hæresim de ecclesijs materialibus, de imaginibus, de cantu &c. dicentes, quod hic Christus ista reprobauit, approbando solū ea quæ sunt in spiritu & veritate. Sed reuera mentita est iniquitas eorum. Nos vero catholice dicimus, quod aliqua sunt essentialia orationis, scilicet deuotio, recta intētio, & iusta petitio, & mētis eleuatio in deū: alia quædam vt accidentalia (si non sint præcepta) vt locus, tempus, voces, cantus, & similia. Non ergo voluit Christus dicere in hoc passu, locum esse abijciendum, aut cōtemnendum tanquam superfluum: sed non esse necessarium tanquam necessarium quærendū vt hæc mulier prætendebat, & supponebat in sua interrogatione. Locus enim multum prouocat ipsam mentem ad eleuationem sui in Deum. Orationes etiam ille communes (quæ in persona ecclesiæ Deo semper dilectæ) fiunt, efficacissimæ sunt. Imagines etiam, rusticorum libri sunt, & prouocantes ad deuotionem. maxime illæ, quæ sunt proportionatæ suis prototypis, etiam sunt reducentes ad memoriam præterita gesta sanctorum, quorum exemplo animantur ad eorum imitationem. Informata hac muliere de hoc, & re

lieta hydria, iuit ad prouocandum conciuēs ad hauriendam hanc poenitentia aquam interea discipuli venerunt cum cibis ex ciuitate, & rogabant, vt manducaret. Quibus respondit, Ego alium cibum habeo māducare, quem vos nescitis. O benignitas Christi Iesu: Venit fatigatus ex itinere, & petijt bibere, nec bibit. Biberat enim conformiter ad suam sitim, dum peccatricē mulierem aquam gratiæ & contritionis cōtulit, & plena hydria voluntatis hac aqua alia relicta abcessit. Misit discipulos ad ciui-

tatem, vt cibos emerent, portant & dicit, quod aliū cibum habet manducare &c. Quasi dicat, Ad hoc veni, scilicet sitire, famē pati: vt isti q in regione longinqua famē vt canes patiebantur, & habent sitim in sua contritione non sufficienti, oportet in eis fodere fontem meis laboribus, & mea cōtritione, vt habeant aquam perfectæ detestationis, quæ eos salire faciat in gratiam & gloriam æternam. Ad quā nos perducatur Christus Iesus, qui cū patre & spiritu sancto viuunt & regnant in sæcula seculorum. Amē.

Sermo vigesimus sextus. Sabbato post tertiam

DOMINICAM: DE QVODAM REQUISITO AD VERAM CONTRITIONEM PER QUODDAM INCIDENS, VIDELICET, DE CESSATIONE A PECCATIS. Sub isto themate:

¶ In se autem reuersus dixit, Quanti mercenarij in domo patris mei abundant: Ex parabola Lucae. xv. c.



I AM PRÆlibato sermone præcedenti de duplici detestatione peccatorum: altera originata a timore, & insufficienti: altera ab amore ex consideratione Christi cōtritionis, & sufficienti ratione applicationis, ex qua in anima peccatoris fit fons salietis aquæ in vitam æternā. Anteq̄ ad vltiora procedamus, videlicet declarare, ipsam cōtritionem: volo formare in presenti sermone vnū incidens, qd̄ ex hoc insurgit, videlicet, qd̄ poenitētia interior non potest esse, nec contritionis dolor sufficiens datur sine hoc, quod cesset peccator peccare: & qd̄ sit cessare a peccato, quæ erit materia satis ad propositū & vtilis, ideo de cessatione a peccato dicem⁹ in presenti sermone. Sed prius salutetur virgo Maria.

¶ Argumentum sermonis.

A. ¶ Rofundamento est notādum secundū sanctos doctores, Thomam, & Bonauēturam, quod circa contritionem tria sunt notanda. Primum quid conteritur. Et dicunt, quod id quod cōteritur est cor peccatoris, quod est tanquam vas plenum veneno peccati, vt dicitur Deutero. Fel draconum vinū eorum. Et ponitur ratio secundū

Thomam in. iij. distin. xvij, quod initium peccati, est superbia & contemptus, per quem homo sensui suo adhesit, spreto Dei præcepto, & sic a mādati Dei recessit (vt visum est) ideo oportet quod destruat, & quod a sensu suo faciat diuellere, & sensui diuino adherere & quod placuit vt bonū, displiceat vt malum: ideo oportet quod ad reuersionem discedat homo a consensu peccati, & affectū eius dimittat: & hoc est quod conteritur, videlicet illa adhæsiō per assensum & affectum. Secundum, notandū quo cōteritur, Et est duplex molla huius contritionis, altera superior, quæ nō dimittit eleuare voluntatē, videlicet consideratio diuinæ iustitiæ & inferni, & sic facit humiliari, & conterī. Altera inferior, quæ nō finit cadere, videlicet cōsideratio diuinæ misericordiæ, quæ nō finit cadere in despationē, sicut altera nō finit eleuare in p̄sumptionē. Habemus figurā Deutero. Vbi mādabatur, qd̄ nō posset accipi propignore molla superior & inferior, vt semper essent in domo creditoris ad cōterendā farinā. Tertio notādum ad quid cōteritur, videlicet vt totaliter venenū peccati effundatur: immo omnia quæ in peccato sunt, & p̄tūm sapiūt abijciātur, & nil saporis remaneat in voluntate, qd̄ est cessare a peccato. De qua cessatione in presenti sermone vbi debimus vno tractatu, quid sit cessare a peccato, & quando quis cessasse dicatur, vt quis possit dici reuersus in se. Et tandem ipsam euangelicam expositionem, quod erit secundum principale.

¶ Prima pars.

Quarta clausula. Sermo. xxvi. Sabbato post tertiā.

B E primo hæc conclusio generalis est, quod omnem volentem ad Deum conuerti & poenitentiam salubrem agere, oportet cessare a peccatis, & ipsam cessationem præcedere ipsam poenitentiam, eo quod impossibile est manentem in peccatis vere & salubriter poenitere. Patet hoc. Tum primo ratione recessus. Quia non potest quis moueri de loco a quo ad locum ad quem, nisi per medium, & nisi dimittatur prius terminus a quo. Cum igitur (vt alio die vidimus) aliud medium non sit peccatori de lege communi accedendi ad patrem nisi poenitentia, per quam longe positos a Deo appropinquare oportet, vt Esaiæ, Iniquitates vestra diuiserunt inter vos & Deum vestrum. Sic peccator si per poenitentiam medium ad Deum appropinquare vult, oportet prius locum male quietis dimittere, & ita a peccato cessare alioquin manens in peccato, nec poenitentia tanquam medio, neque Deo tanquam termino appropinquare potest. Ideo Christus, Poenitentia agite, & appropinquabit in vos regnum celorum. Tum secundo ratione displicentia. Quia cum poenitentia includat in se displicentiam peccati, vt Dei offensam, ideo in quolibet in quo cognoscitur talis ratio (vt Deo offenditur) debet displicere illud. Cum igitur in quolibet peccato, vel in quocunque alio inueniatur ratio offensæ Dei, debet inueniri displicentia: & ita non solum oportet esse detestationem cuiuslibet peccati, & cessare ab illo, sed etiā cessare ab illo in quo inueniatur huiusmodi ratio displicentia. Hinc Augustinus de vera & falsa poenitentia. Si poenitentia agis, poenitet te cur facis quod male fecisti? Si adhuc facis, non es certe vere poenitens &c. Ergo oportet cessare ab vno & ab alio, & ab omni eo, in quo ratio offensæ Dei quomodocumque inueniatur. Tum tertio, ratione placationis. Nam poenitentia (vt diximus) Dei placatiua est. Ezechielis. Si impius egerit poenitentiam ab omnibus peccatis suis, omnium iniquitatum eius non recordabor. Peccatum autem facit hominem Deo inimicum, vt Sapientia. iii. Sapietia. Odio est deo impius, & impietas eius. Sed impossibile est Deum eidem esse placatum & esse inimicum: ergo impossibile est poenitentiam agentem non cessare a peccatis & manere in illis. Augustinus vbi supra dicit. Scio Deum inimicum omni criminoso. Quomodo ergo qui crimem referuat, de alio veniam potest recipere? Hostis enim Dei est, qui perseueranter Deum offendit, & irrisor, & non poenitens: ergo oportet vt veniam de commissis

sis habeat quod ab illis cesset. Ergo erit satis constans, quod omnem poenitere volentem oportet a peccatis cessare. Erunt autem ad hoc est dubium, quis est qui dum poenitet, non cessat peccare? Non enim potest continuare peccatum, dum confitetur: ad minus eo ipso confessionis actu: nam peccatum intercipitur ipso actu confessionis. Quoniam non est sicut contingit cuidam latroni, qui dum confitebatur de furto, furabatur bursam a confessore. Nec quis dum confitetur, ebriatur. Ad hoc dubium quod tangit materiam respondendum est cum distinctione. Primo, quia in peccato possunt esse plura. Primo, actus interior elicitus a voluntate, scilicet velle vel nolle peccatum. Secundo, actus imperatus, qui est omne opus exterior imperatum a voluntate, & secundum ipsam operatum. Tertio, actus in quo virtualiter peccatum manet. Quarto, occasio que fuit in peccato. Primo de actu voluntatis elicitio (in quo secundo Augustinum in libro de libero arbitrio principaliter manet peccatum) intelligitur manere tripliciter. Primo formaliter & actualiter, vt Scotus etiam ponit in. iij. distin. vj. q. vj. & est dum voluntas velle respectu presentis, aut complacenciam respectu preteriti, aut propositum respectu futuri habet circa peccatum: quando in hoc manet, non potest dici voluntas in illo actu elicitio formaliter & actualiter cessare a peccato. Hæc enim est causa malitiae vel meriti in quacunque operatione exteriori. Nam propter istum actum elicitum voluntatis, actus exterior redditur peccatum, vel poenitentia vel meritorius, vt patet in pulchro exemplo, videlicet, Si quis ex desperatione se precipitaret de alta turri, ille actus in principio esset peccatum: si in medio precipitij poeniteret se precipitasse, & propter offensam Dei, ille iam esset poenitentialis: si in fine acceptaret propter amorem Dei, iam esset meritorius. Ergo non potest cessare a peccato operis, nisi cesset a voluntate mentis vitiosa. Secundo voluntas dicitur manere in opere habitualiter, scilicet quoad manet inclinatio ad peccandum qui ex actibus peccandi genitus est. Et hæc cessatio non exigitur nec requiritur, vt quis dicatur a peccato cessasse: quia potest manere adhuc illa inclinatio ad peccandum, & actus eius etiā peccato per poenitentiam dimisso. Ratio, Quia ista inclinatio vitiosa non deletur nisi per habitum virtutis contrarium, & per longam cessationem ab actibus: & tamen conuersio potest fieri in breui tempore, iuxta illud Ezechielis, Eze. cxvii

De reuersione in se cessando a peccatis. 69

In quacunque hora ingemuerit peccator &c. Et sic contingit in nouiter conuersis, qui sentiunt illas inclinationes, vt Apostolus dicebat, Non quod volo bonum, id ago: sed quod nolo malum, id facio. Et Roma. vij. idem, Infelix homo, quis me liberabit &c. Et sic non oportet vt voluntas vt est in actu habitualiter ad cessationem a peccatis concurrat. Tertio voluntas potest manere in actu elicitio virtualiter, vt delictum quia manet tanquam in radice & principio ordinatus ad tales actus. Exemplum. Aliquis deliberavit occidere hominem, & ad hoc præparat arma, conducit satellites &c. quorum præparatio procedit virtute primæ intentionis, scilicet hominem occidendi: quia si quaeritur cur præpararet arma, fatetur quod ad accidendum. Et sic in illis manet voluntas virtualiter quoad illa vt talia retinebit, ex hoc quod ille actus voluntatis & si non formaliter, virtualiter tamen continuatur in illis. Ideo & si cessauit ab actu occidendi exteriori & imperato, & a voluntate & actu dicitio occidendi, dicitur esse adhuc virtualiter in illis armis præparatis. Idem dicitur de macharellis (vulgariter alchahuetes) &c. Etiam potest poni exemplum in merito, de eunte ad sanctum Iacobum: quia pro tanto quilibet labor viæ est sibi meritorius, & si actualiter non referatur a voluntate in Deum, quia in quolibet actu virtualiter manet primus actus voluntatis quo determinauit se ire propter Deum ad sanctum Iacobum. Sic in actibus in quibus virtualiter manet actus voluntatis interior demeritorius, per topicam, Sicut propositum in proposito, sic oppositum in opposito. **D** Ex quo resolutorie quo ad hos actus voluntatis dicimus, quid requiritur in cessatione a peccatis. Primo, quod non requiritur cessatio ab actu interiori habitualiter, quia hoc exigit exercitium in habitu contrario peccati. vt patet in ieiunio circa galosum, maceratione carnis circa luxuriosum. Quia sicut ex frequentatis actibus prouenit ille habitus vitiosus: sic ex frequentatis actibus oppositis erit cessatio. Secundo requiritur cessatio ab actu formalis voluntatis: scilicet respectu preteriti peccati, vt ei displiceat peccasse: respectu presentis velle non peccare: & respectu futuri, propositum non peccandi, & tunc cessat voluntas formaliter. Tertio requiritur actus voluntatis, cessatio virtualiter & ab omnibus in quibus manet virtualiter peccatum, vt eiciat ea a se. Exemplum, Voluisti te alijs præferre per superbiam & dignioribus: ideo ad id, & tui ostentationem procurasti vanum ornatum, vestes,

crispasti capillos &c. non sufficit cessatio ab actu voluntatis, scilicet nolle præferri alijs, nisi abijcias has vanitates. Ideo reprehendendi sunt habentes vanitates in domo, instrumenta peccandi &c. Quod certe maxime aduertere deberent confessores circa absolutionem talibus concedendam & ministrandam, quia magis remittendi essent, & informandi, quam absoluendi: attenda qualitate, & circumstantia rerum, & personarum, & peccatorum. &c.

Secundo requiritur ultra hoc cessare ab opere exteriori peccati. Verum sunt quedam opera exteriora, quorum malitia dependet a voluntate, vt Christus dixit Matthæi, Non quod in os intrat, coinquinant hominem: sed quæ de corde exeunt, coinquinant hominem. Cor ibi accipitur pro voluntate, quæ est principalis inter animæ potentias: sicut cor in corpore inter membra. Ideo posuimus illud exemplum de præcipitante se de turri, quia actus exterior ab actu interiori elicitio voluntatis dependet. Verum tamen sunt duplices actus exteriores (dimitto simpliciter inuoluntarios, qui ad propositum non faciunt: & illi secundum philosophum tertio ethicorum & Augustinum de vera religione nec laudabiles sunt, nec vituperabiles, nec vitiosi, nec virtuosus ex se, vt paschasius dixit sancta Lucia, Si me in vitam violaueris, castitas mihi duplicabitur ad coronam) secus de inuoluntarijs non simpliciter sed ex conditione. Primi ergo sunt, qui bene fieri non possunt, de quibus Aristoteles secundo ethicorum. cap. vij. qui mox nominati secum afferunt inuolutam malitiam, quales sunt actus a lege prohibiti. vt furtum, fornicatio &c. Hæc fieri bene non possunt, vt dicitur, Non sunt facienda mala, vt eueniant bona. A talibus enim cessandum est, & non potest fieri aliter, quam omnino cessare ab actu. Quia manente actu lege prohibito, semper manet transgressio, & inobediencia legis, quæ integrant peccati rationem ex definitione Augustini. Peccatum est dictum, aut factum contra legem Dei, aut concupitum. Hic potest formari reprehensio de officijs vel statu, qui sine peccato exerceri non potest: nisi illud relinquat, non cessat a peccato, vt est expressa sententia beati Gregorii lib. iij. moralium. Sic dicatur de furarijs & alijs. Secundi etiā sunt actus exteriores, qui quandoque bene fieri possunt, quandoque male, propter diuersas intentiones & circumstantias appositas. Sicut si aliquis prædicat principaliter propter pecuniam, aut laborat propter vanam gloriam, hoc male fit ratione illius cir-

Quarta clausula. Sermo. xxvi. Sabbato post tertiā.

cunstantia. Item bene, si propter victum, & Dei laudem, vel pauperum necessitatem. Sic dicatur de elemosyna & similibus. In talibus non debet cessare per omissionem illius operis. videlicet prædicationis, aut elemosynæ: sed per correctionem intentionis, & circumstantiæ: qua directa, opus non solum non erit peccatum, sed meritorium.

F Tertio requiritur cessatio ab occasionibus.

Est enim conclusio tenenda, qui poenitentiam efficacem aggredi satagit, cessans à peccatis, etiam eorum occasiones vitare tenetur, & ab illis cessare. Ratio. Quia quomodo potest agere poenitentiam de commissis, & à peccati proposito vere & non ficto recedere, qui occasionem per quam lapsus est in peccatum tenet, non abijcit, aut fugit? Quis enim patitur latronem aut furem in domo? corporis aut animæ insidiatorem? Hinc in figuram filij Israel præcepit dominus Exodi, ne inirent focidus cum habitatoribus illius terræ, addens, ne forte peccare te faciant, videlicet, eo quod idolatræ erāt. Quid hæc figura intimat, vt occidat omnes mares & foeminas idolatras, fortes & imbecilles, nisi quod omnes occasiones fortes quæ videntur ad crimen, immo etiā quæ videntur faciles abijciantur? Hinc ponitur regula magistralis, quod mortaliter peccat, quisquis discrimini peccati mortalis se scienter committit. Quod non est dubium faciat, qui occa-

Exo. xxiii.

Marci. viij.

Matth. xvj.

j. Ioan. ij.

j. Ioan. v.

Propterea beatus Augustinus libro de sancta virginitate, timet de superbia illis qui sunt in cacumine virtutum, magis quam iacentibus in sorde peccatorum, & ita nec bene agendum esset. ¶ Pro solutione istius dubij dico, quod oportet distinguere occasiones. Primo, quia sunt aliqua quæ per se vt in pluribus præstant materiam peccandi, vt sunt illæ, quæ ex sua proprietate habent fortiter mouere voluntatem & trahere ad peccatū, vt sunt illæ, quæ incitant vehementer ad delectationem sensus: sicut frequens præsentia mulieris, familiaris & solitaria conuersatio, attractus, aut contractio rei delectabilis illicitæ ad potentiam. Ratio est, quia obiecta sensui conuenientia naturaliter mouent &c. Hic reprehenduntur familiaritates nimie, conuersationes noxiæ, & solitaria. Nam & si candela fixa parieti non ardeat, parietem tamen denigrat. Similiter visus fixus in mulierem, & in alterutrum lasciuui gestus, turpia colloquia, & cætera quæ apud canonicas vehementem seu violentam suspicionem inducunt, occasiones sunt, vt in pluribus ad peccatum inducentes. ¶ Aliæ sunt occasiones per accidens, quæ ex sua natura non trahunt ad peccatum, sed ex vtentium malitia: & illæ non in pluribus sed in paucioribus præualent. Sicut illa decoctio lenticularum Iacob fuit occasio, vt Esau ei primogenita venderet, Genesis. Et doctrina Christi fuit occasio blasphemiarum ipsi Iudeis. Item amor quo Iacob diligebat Ioseph ac visa somnia, vendendi illum.

Augustin.

G

Gen. xxvij

Matth. vj.

Matth. v.

¶ Tertio sunt aliæ occasiones neutre quæ infirmis possunt præstare occasionem, vt scilicet facere bona opera in publico. De quibus Christus, Attendite ne iustitiā vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis. eo quod illis præstare possent materiam vanæ gloriæ aut superbiæ: perfectis vero materiam virtutis, propter exemplum, vt Christus, Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est. ¶ His suppositis dico, quod primæ occasiones vitandæ sunt, nec vera poenitentia sine tali cessatione fieri potest, vt patet in allegatis exemplis & autoritatibus: quia illæ ex sua proprietate fortiter mouent & inclinant ad peccatum. Secundum quod illæ occasiones de per accidens vel ex vtentium malitia inducentes, non vitandæ sunt ex præcepto & necessitate, nisi vbi periculum fratris infirmi præsumeretur, vt inquit Apostolus. Si frater meus scandalizatur quia manduco carnes, non manducabo illas in æternū. Reliquæ vero vitandæ sunt secundum

De reuerfione in se cessando a peccatis. 70

dum dispositionem agentis, vt de infirmis & perfectis dictum est. Satis ex hoc sufficit, quod illæ sunt vitandæ, nec vera poenitentia & cessatio esse potest. ¶ Resolutorie ergo & correlarie dicimus, quod ad cessationem à peccatis requiruntur hæc. Primo, quod cesset ab actu voluntatis elicitō respectu præteriti, præsentis, & futuri. Secundo, quod cesset ab actu exteriori de se malo, cessando ab opere. Tertio, quod cesset in opere exteriori malo ex circumstantia non cessando ab actu sed à circumstantia. Quarto, quod cesset ab adiuuantibus, in quibus virtualiter erat voluntas peccandi. Quinto, quod cesset ab occasionibus quæ frequenter & vt in pluribus inducunt ad peccandum. Tunc enim erit in se reuersus, quia ille fuerunt, quæ etiam suo modo à Deo auerti fecerunt ipsum adolescentem: & qui hæc habuerit, poterit liber esse à peccato, & à cessatione eius, & poterit comparere coram patre: quia vere liberabitur. Vt patet in Euāgelio in factō eius. Ioānis. viij. quod cum pharisæi deprehensam in adulterio mulierem ad ipsum adduxissent, quia omnino à peccato cessauerat, non merebatur accusari, dixit, Vbi sunt, qui te accusant? Quæ respondit, Nemo domine. Nota nemo. Quasi dicat. Neque actus voluntatis, neque opus exterius, neque adiuuantia, neque occasiones, eo quod ab omnibus cessauit. Cui Christus, Neque ego te condēnabo. Et sic patet prima pars.

Euāgelij,
Ioan. viij.

¶ Secunda pars expositio euangelica.

H

Rimo ponitur ipsius mulieris præsentatio an condēnari an liberari deberet. ¶ Pro quo literaliter aduertendū est, quod post diem ramis palmarū in illis diebus tribus maxima cum diligentia tractabatur de morte Christi. Quod certe isti malitiosi multum faciebant pro nobis, licet & ipsi non intendebant nisi suæ malitiæ satisfacere. Christus vero de nocte orabat, & de mane diluculo venit ad templum ad docendum. Ecce fratres, quod illo tunc non erant sermones pro delicatis, scilicet in decima aut vndecima hora, sed diluculo: vt etiam patres nostri instituerunt hora septima, & bene. Isti autem pharisæi inuidētes doctrinæ Christi: maxime attēta dissensione in populo, quia alij dicebant bonus est, alij vero non sed seducit turbas, quæ fuerunt occasio contra illum: adduxerunt ad illū mulierem illa nocte in adulterio deprehensam. Sed quare non adduxerunt adulterum, cum etiā cum illa inuenissent? Dicitur ab aliquibus, quod forte crimen voluerūt imponere alicui ex discipulis Christi, vt sic putaret

populus, quod conquereretur Christo de aliquo eius discipulo. Secundo, quod forte erat diues, & pecunia corripit eos, vt aliquando fit. Dicatur quomodo tenentur restitutioni, & peccatis, quæ ex hoc fiūt, & impediunt iustitiā fieri in fauorem reipublicæ. Tertio, quod forte erat consanguineus alicuius istorum pharisæorum, quia hoc iam solet vti inter iudices. Formetur reprehensio ex his, vt videbitur conuenire. ¶ Secundo ponitur causa adductionis ad Christum, videlicet ipsa mansuetudo & iustitiā circa peccatores. vt Psalmus. Propter mansuetudinem & iustitiā deducet te mirabiliter dextera tuā. Et quia ex misericordia populus laudabat, ideo volunt ipsum tentare de iustitiā, offerendo ei talem casum. Si veniret contra mansuetudinem, prædicatio qua peccatores recipiebat, odiosa redderetur populo: & ita sine tumultu populi illū possent capere, & morti tradere. Si autem faueret mansuetudini & non iustitiā, illam liberando, haberet occasionē procedendi tanquam contra illum, qui legi contraueniebat. Ideo statuerunt eam in medio, vt ab omnibus posset videri & audiri, & sic probari, quomodo circa hoc se haberet. Et ponitur propositio dicētes, Hęc mulier modo deprehēsa est &c. Nota (modo) scilicet cū dies sint sacri, & circa pascha. Et (modo) id est res est certa. Et (deprehensa in adulterio) scilicet quia delictum & casus enorme, vbi fides matrimonij frāgitur, & corpus alteri promissum alteri datur. Lex etiā contra hos clamat, quia præcipit huiusmodi lapidare. Certe hæc lex esset pro nobis utilis, vt non essent tot peccata. O certe non curetis, quia lex euāgelica hic quanto mitior: tātō in inferno erit grauior in puniēdo. Sed quare illa lex non præcipiebat adulteros lapidari sicut adulteras? Dico primo, quia mulier plura retrahentia habet quam vir, & licet peccat fit æquale in viro & in muliere: tamen magis retrahi tenetur mulier propter sexus conditionem. Secundo, quia habet viri custodiā, & viro sequitur ex hoc cōfusio. Tertio, ex incertitudine prolis, ideo dicunt, Tu ergo quid dicis in tali casu? ¶ Tertio ponitur ipsius iudicis Christi examinatio an à peccato cessauerat. Sequitur quod inclinās se, digito scribebat in terra. Nota quod non statim respōdit. Tum primo, vt ostēderet grauitatem in iudicijs. Dicatur quomodo fori Aragonum & Cathaloniarum hoc præcedunt in illa manifestatione, vt iudex non præcipitater in his casibus iudicium proferat, vt ab aliquibus fit, vt crudeles in hoc videantur. Sed ad quid tāta grauitas & dilatio,

I

Psal. xliij.

k

Quarta clausula. Sermo. xxvii. Dominica. iiii. xl.

vt non fiat iustitia? & si fit cum magnis expensis? Tum secundo, vt daret spaciū respiscēdi tam illis accusantibus ex malitia, q̄ illi accusatæ si esset in culpa. Tum tertio, vt ostēdat non querere confu- sionē illorū, sic libēter & clare respondendo. Tum quarto, & ad propositum, vt expectaret an ista ali- quam causam haberet non recedēdi à peccato, vi- delicet, vt assignaret volūtatē, an opus exterius, an coadiuuātia, an occasiones &c. ideo sequitur q̄ scribebat in terra. Sed quid scribebat? Dico, q̄ nō habemus certū. Verum quidā dicūt, q̄ scribebat. Terra absorbe eos, ratione accusationis istius cō- trita. Secūdo alij, q̄ eorū peccata, à quibus nec vo- luntate, nec opere, nec occasione cessabāt, ideo inquit, Quis vestrū sine peccato est, primū lapidē in illā mittat. Quasi dicat. Puniatur prauaricator legis, sed nō à prauaricātibz legem. Hinc insurgit dubiū de iudice, si peccat existēs in peccato morta- li iudicando? Sanctus Thomas dicit, q̄ loquēdo de correptione fraterna si cū humilitate facit, nō pec- cat: si vero cū superbia & fratris scādalo, q̄ peccat. Si autem de correptione iudiciali, si est mortale oc- cultum, nō peccat: si autē publicum, ratione scāda- li, peccat: quia iudicatio prabet scādalum & occa- sionem impatiēter sustinēdi sententiā latam, dum iudicatur à peccatore eādē sententiā merēte, & forte maiorem. Ideo isti tanq̄ cōfusi exierūt, vnus post alium: quia nec volūtatē, nec opere, nec occa- sione cessarūt à peccatis. ¶ Quarto ponitur ipsius mulieris liberatio. Dicitur enim q̄ remansit solus cū muliere. Non intelligitur q̄ ita solus remansit, quin & alij remanerent in tēplo: sed intelligitur so- lus, id est sine accusatoribus: quia alij remāserāt, &

forte ex phariseis, qui nō erant ita maligni, nec ta- men mulierem accusantes. Erigens se, dixit mulie- ri. Vbi sunt, qui te accusant? Ipsa nāq; mulier cre- do q̄ magis territa fuit esse sub iudicio innocentis, q̄ sub iudicio peccatorum ipsam accusantiū: ideo ab hoc cognoscēs se liberam respondit. Nemo do- mine, quia omnino cessauit à peccato, & quātū ad omnia, quæ ad cessationē requirūtur. Solus enim tu potes, qui innocens omnino comprobaris. Cui Christus, Nec ego te condēnabo. Ex hoc insurgit dubiū, an Christus in hoc fecerit iustitiā? Quia nō videtur, quia lex præcepit illā sic deprāhēsam lapi- dare, & iudex tenetur iudicare secūdum allegata & probata. Casus autē euidentis erat, & nulla tergi- uersione poterat celari, quomodo ergo pōnā le- gis nō exercuit, cū non venit soluere legē sed ad- implere? Dico (saluo meliori iudicio) q̄ cū in lege duo sunt, scilicet illud pōnale, quod in ea præcipi- tur plebū trāsgressores, & intētio legislatoris, & ad quod lex instituta est, videlicet emēda ipsius delin- quētis. vnde iudex supremus qui sciret certitudi- naliter trāsgrediētē legē omnino emendatū, & ex liberatione illius nō sequitur scādalum in po- litia, nō haberet locū executādi legem. Secus in iu- dice ordinario nō supremo. Ideo saluator cū esset supremus iudex viuorū & mortuorū, & princeps Apocal. j. regū terræ, & sciret omnino hanc cessasse à pecca- to, eam iuste sine violatione legis liberauit, dicens, Nec ego te cōdemnabo. Hæc est fratres vera cōfi- dētia veri contriti, si sentit se cessasse à peccatis, vt li- bere possit cōparere coram patre: quia ipsum reci- piet hic per gratiā, & in futuro per gloriā. Ad quā nos perducatur ipse Iesus Christus, qui cū patre, &c.

s. Thomas

Sermo vice simus septimus. Dominica. iiii. qua-

DRAGESIMAE. DE PERFECTA PECCATORIS REVERSIONE
ex cōsiderationē abundantiæ domus paternæ, vbi augetur eius cōtritio. Sub isto themate.

¶ In se autem reuersus dixit, Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus.
Ex parabola Luca. xv. cap.



Ermonibus duobus preceden- tibus dicto de origine contritio- nis sufficientis ex amore procedentis, scilicet à fonte Christi ex quo provenit satietas & confiden- tia de remissione & deletio- ne peccati, & in vltimo de quodam incidenti, quā- do ipsa volūtas dicebatur cessare à peccato, quod

requiritur ad veram poenitētiā peragendam de peccatis: verū quia ista cōtritio tam sufficiens & in tanto augmēto solum datur his, qui intuitu abun- dantiæ paternæ domus cōterūtur, quia dicit, Quāti mercenarij in domo patris mei abundānt panibus, ideo in præsentī sermone dicendum est de ista sa- tietate panis poenitentia interioris, quibus datur & applicetur. Sed prius salutetur virgo Maria.

De reuersione in se ex gratia contritionis. 71

¶ Argumentum huius sermonis.

A



X præsentī hodierno Euangelio sumen- da sunt duo fundamēta. Primum, quod abundantia & satietas tam illorum qui tunc in patria, quā illorū qui in via poenitentiali exercitio dediti sunt, cōsistit in abundantia quinq; panuum & duorum piscium, quia tota hæc euāge- lica turba his satiata fuit. Secundum fundamētū, q̄ non novos panes ad illam turbā famelicam sa- tiādam de nouo creauit in illa miraculosa refectio- ne: sed illos quos afferebāt multiplicauit, quæ ma- xime conferūt ad nostram præsentem considera- tionē, & peccatoris perfectam conuersionem. Pro quo aduerte, q̄ duplicem legimus refectiōnē Chri- stum tribuisse se sequentibus, de quibus in Euan- gelio. ¶ Prima fuit transeūtibz mare huius mun- di, vt legitur dominica vltima ante aduentum se- cundum diocesim. Secunda transeuntibus mare poenitentiæ, vt legitur in Euangelio hodierno, quia (vt dicimus) bis legitur istud Euangelium. Per pri- mam denotatur refectio, quæ datur transeuntibus hoc mare huius mūdi per tot vētōs tribulationis, vndas, & procellas aduersitatum, quæ vocatur re- fectio gloriæ. Tum primo, ratione loci, quia in mō- te Psalmus. Ipsa me deduxerunt & adduxerūt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua. Et Psalmus. Quis habitabit in tabernaculo tuo, aut requiescet in monte sancto tuo? Qui ingreditur si- ne macula &c. Tum secundo ratione cibi, scili- cet panis, quia ex quinq; panibus, id est ex quinq; partibus essentialibus ipsius beatitudinis, quibus beati pascūtur, scilicet visione diuinæ essentia, frui- tione, tentione, gaudio his consequente, & horum æterna duratione, (quod secundum Augustinum consequitur essentiam beatitudinis.) Tum tertio duobus piscibus, videlicet duplici modo beatitudi- nis, scilicet essentiali & accidentali. Vel in diuinita- te & humanitate, vt siue ingrediēdo siue egredien- do (vt dicitur Ioānis) pasqua inueniāt. Tum quar- to ratione satiatorum, quia quinq; milia hominū, quia beatorū quinq; sunt hierarchiæ, scilicet tres angelorum ad quas homines assumuntur, & quar- ta beatæ virginis (quæ super choros angelorū ex- altata est ad cœlestia regna) & quinta Christi be- nedicti qui ad dexteram Dei sedet in maiestate in excelsis, vt dicit Apostolus. Tum quinto ratione superatorum seu superatium, videlicet duodecim cophinorum, qui sunt duodecim gaudia beatitu- dincm consequentia, tria in anima, & tria in corpo-

Psal. xlij.

Psal. xliij.

p. Augusti.

Ioannis. x.

Hebræo. j.

re, & sex ex plenitudine totius compositi, scilicet corporis & animæ. Tum sexto ratione mēse, quia in viridi feno, ratione viriditatis gloriæ immarces- sibilis, & quæ nunq̄ marcessit. ¶ Secunda refectio est, & denotata in Euangelio, quæ datur sequenti- bus Christum ex desiderio suæ salutis auertētibz à peccato: qui propriam voluntatem deserentes, transeunt mare amarum poenitentia. Quia mare Galilææ denotat amaritudinem, quæ in hac trāsmigratione habetur secundum omnes partes poe- nitentiæ, in quo fit transmigratio à culpa in gra- tiam: qua refectiōne fortificantur poenitentes & animātur in agēda poenitētia, vt non solum aquā perfectæ & sufficientis contritionis biberint, sed etiam cibum solidum fortificatē vires potentia- rum animæ recipiant, vt perfectie detestentur de- licta: & hoc intuitu domus paternæ & abundan- tiæ eius, vt dicat. Quanti mercenarij in domo pa- tris mei abundant panibus. Hæc recordatio huius domus magnum munus Dei est. Quia domus pa- tris, ecclesia est, vt Apostolus. Domus Dei ecclesia est Dei viui. Ideo sicut diuini muneris est, q̄ in se reuersus ad considerationem sui redierit: sic eius- dem gratiæ donum est, q̄ abundantia domus pa- ternæ recordetur, vbi tanta abundantia ciborum spiritualium eiusdem commensalibus ministratur. Ideo dicit, (Quanti mercenarij &c.) scilicet nume- ro, & merito, qui non probitatis studio, sed merce disintuitu Deo seruiunt. Vel (secundum Bedam) Beda. qui intuitu mercedis future gloriæ digna opera sa- tagunt. Sequitur (abundant panibus) id est alimo- nijs supernæ gratiæ reficiūtur, videlicet, quinq; pa- nibus vere detestationis & poenitentia (& ego hic fame pereor, ideo surgam & ibo.) Hæc est materia præsentis sermonis, videlicet, quomodo volenti re- uerti ad Deum patrē per perfectam detestationē peccatorum suorum, datur refectio quinq; panuū multiplicatorum: & quia iuxta dictum Philippi non sufficiūt nisi multiplicetur, hic à Christo mul- tiplicantur, vt plenam fortificationem & satietatē recipiat. Ideo in præsentī sermone duo principaliter dicemus. Primum, quomodo detestatio pecca- ti non sufficit, nisi illa fiat ex intuitu abundantia paternæ & refectiōnis Dei: vbi agetur de vera & sufficienti cōtritione ipsam declarādo. Secundum, quomodo debet verus poenitens velut puer illā in quinq; panibz distinctā portare, vt à Christo domi- no nostro multiplicetur, vt sufficiens sit ad animæ sa- tiatē extinguendā, & veram satietatē obtinendam.

j. ad tim. iij

Bedam.

Quarta clausula. Sermo. xxvii. Dominica. iiii. xl.

¶ Prima pars.

B E primo supponenda est differentia inter attritionem & contritionem. Analogia pro hoc potest sumi in materialibus. Nam aliud est rem frangi seu diuidi, & aliud conteri. Quia frangitur res, quando in aliquas partes diuiditur. Sed conteritur, quando in minutissimas. Exemplum de duobus monticulis, vno laterum fractorum, & altero puluerizato ex illis. Sic dicatur de voluntate peccatoris, quā conteri diximus. Hoc supposito ponimus differentiam. Tum primo, quia tunc voluntas frangitur & attritur, cum solum de magnis (quæ sibi videtur magna) peccatis dolet, sicut de prodicione, de homicidio, de incendio, de hæresi, de vfuris, de rapinis, de sacrilegijs, de adulterijs & similibus. De paruis (quæ sibi parua videntur) licet mortalibus, non multum curat dolere, sicut de venditione termini, de receptione pecuniæ propter tempus, de frequentatione mendaciorum & iuramentorum, quæ non seruauerit festa, de mensuris & ponderibus, de receptione lusorum in eius domo, de acquisitis per ludum, de odio, quæ sequutus fuerit aleas, de spectaculis, quæ non audierit missas, nec ieiunauerit, de murmuratione, de periculosis consilijs, de superfluis vestibus, de non corrigendo fratrem peccantem, de mortuis capillis, de caudis diabolicis &c. De quibus in re veritate dolere tenetur, & cum de omnibus dolet: dicitur cor contritum & puluerizatum, quod secundum Psalmus. Deus non despiciet. Et ita prima differentia est penes integraliter vel non. Tum secundo ratione motiui, quia si dolet & detestatur peccatum timore poenæ, solum attritio dicitur: contritio vero, cum ex amore, & ex consideratione solum diuinæ offensæ. Et ratio ad hoc ponitur, quoniam licet ex Dei potentia aliter possit fieri, videlicet, quæ vnus perueniat ad gradum perfectæ contritionis sine aliqua dispositione præcedenti, sicut etiam potest dare frumentum sine seminatione &c. sed non de lege ordinata, & communiter posita. Quoniam bene posset iustificare peccatorem, & illum recipere sine attritione & illa dispositione proveniente à timore, quæ est dispositio se tenens ex parte peccatoris (vt credo fuisse in Paulo, in cuius conuersione miraculosa non est seruatus iste ordo) non tamen vult, sed de lege ordinata præcedit ille dolor imperfectus, qui attritionis dicitur: vel quia motiui est timor, vel quia non est generalis de omnibus quæ sunt, vel esse possunt in memoria si vel-

let. Et sic ex parte eius est ista preparatio, & ex parte Dei consummatio & completio per eius gratiam. Exemplum. In generatione animalis requiruntur aliquæ præuæ dispositiones, & hoc propter perfectionem animæ sensitivæ vel rationalis, & ita secundum perfectiorem formam perfectiores dispositiones præ requiruntur, vt patet in homine, quanto magis hic in tam perfecto actu adipiscendi, requiritur preparatio ex parte nostra! Ideo Zacharia. Zacha. j. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos.

D Ex quo primo sequitur quomodo in preparatione requiritur vnus actus ex parte Dei & iste præuenit, videlicet, gratia gratis data, scilicet illud donum fidei faciens credere & considerare quæ supra diximus (aliàs sopitus maneret in peccato) & alius ex parte peccatoris, scilicet ille dolor detestans peccatum ex timore procedens. Similiter in complemento & iustificatione etiam requiritur alius actus ex parte Dei, videlicet, gratia gratum faciens: & ex parte hominis alius, scilicet contritio & detestatio peccati propter Deum. Quis sit istorum prior relinquo. ¶ Secundo sequitur, quæ in iustificatione qua homo totaliter iustificatur à culpa & à poena: requiritur triplex dolor. Primus est antecedens iustificationem, qui est dolor attritionis. Secundus est dolor concomitans ipsam iustificationem sacramentalem (id est vt est pars sacramenti poenitentiae) scilicet contritionis, dum detestatur propter Deum. Tertius est dolor consequens iustificationem, & est satisfactorius in poenitentialibus operibus. ¶ Tertio sequitur quæ attritio differt à contritione, quia attritio est dolor, & detestatio imperfecta, & velut quædam dispositio tam ex parte Dei, quia motiui est fides informis, (dico ex parte Dei imperfecta) propter indispositionem hominis (quia Dei perfecta sunt opera) & detestatio ex timore poenæ. Et contritio est dolor & detestatio perfecta, tam ex parte domini, quia gratia gratum faciens, quæ ex parte detestatio, quia vt peccatum est Dei offensiuum. Et sic præcedit, sicut dispositio habitum, vt Augustinus dicit in libro de ciuitate Dei, quæ est velut seta, quæ introducit filum: quia dum coniunguntur dissoluta ipso acu, filum remanet & acus remouetur. Sic ad vnionem & coniunctionem peccatoris cum Deo, timor est seta vel acus: charitas vel amor est filum, quod nos adiungit & vnit Deo: remouetur timor, & remanet charitas vel amor, qui foras mittit omnem timorem. Timor igitur est terminus à quo, & amor terminus ad quem. Sic quæ proportiona-

D

E

Augustin.

Joan. iiii.

De reuersione in se ex gratia contritionis. 72

F biliter se habeant attritio & contritio. ¶ Quarto ex hoc sequitur si ex attritione potest fieri contritio. Aliqui dicunt quæ non, quia habet diuersos motores. Nam attritio habet timorem, contritio vero amorem: & attritio à gratia gratis data, contritio à gratia gratum faciente. Item attritio potest stare cum peccato, contritio autem non. Et ista bene dicta sunt & vera. Tamē ego consulerem, quæ incipiat à timore, vt perueniat ad amorem, vt propter deum detestetur peccatum. Quia ego ex parte Dei promitto, quæ si ex timore desinis peccare & detestaris, quæ non deficiet tibi postea amor: quia tunc facies quod in te est, & Deus non negabit tibi gratiam. Ideo poenitens niti debet venire ad hoc, quia ex promisso Deus iam debet gratiam illi sic se disponenti: nec illi se negabit, cum nulli tali seipsum denegat. Vno igitur de dispositione hucusque, videamus nunc de habitu eius, videlicet contritione, & quid requiritur ad illam, vt fiat panuum multiplicatio.

G Erunt tamen dices, quid est contritio? Nota diffinitionem magistralis theologorum in quarto distin. xvij. Contritio est dolor pro peccatis voluntarie assumptus, cum proposito confitendi & satisfaciendi. In qua ponuntur quinque conditiones. ¶ Prima, quæ sit contritio. Quid sit conteri, id est particulariter in minutissimas partes teri, & quomodo intelligatur, dictum est tam secundum

S. Bonauē.

S. Augusti.

H sanctum Bonauenturam super illud quid conteritur, quo cõteritur, & ad quid conteritur: quam in præcedenti sermone de cessatione, ideo super sedendum puto quo ad istum terminum. ¶ Secunda conditio est actus. Dicit, quæ est dolor. Secundum Augustinum. xiiij. de ciuitate Dei duplex ponitur dolor. Vnus est sensibilis & in carne vel in parte sensitua, qui non est essentialiter contritio, sed effectus eius. Sicut poena exterior corporalis est effectus poenitentiae ad reconciliandam offensam, quæ in Deum commissa est officio membrorum, sic virtus poenitentiae infert dolorem ipsi concupiscibili ad reconciliandum offensam quæ in Deum commissa est, per inordinatum affectum, & deinde in partes sensitivæ virtutis. Alter dolor est mentalis, scilicet in voluntate: qui nihil aliud est, quæ displicentia peccati, ratione deformitatis in quantum est Dei offensa: & talis essentialiter est ipsa contritio, vel contritionis dolor. Et si dicas, Sicut timor est de malo futuro, sic dolor de malo præfenti: sed peccata de quibus conteritur non sunt, quia sunt præterita:

quomodo de illis potest esse dolor? Dico quod dolor sensibilis non est nisi de malo præfenti, verum tamen mentalis præteritorum esse potest, Vel aliter. Licet peccata non sint præfentia quo ad actum, sunt tamen quo ad effectum, videlicet reatum, & damnium, scilicet temporis irrecuperabilis, ideo dicitur dolor. ¶ Tertia conditio est modi, quia dicitur voluntarie assumptus. Sanctus Thomas ibi dicit, quæ s. Thomas requiritur ista voluntaria assumptio. Tum primo propterea quia requiritur semper ad actum virtutis. Modo supra diximus istam interiorem poenitentiam esse virtutem, tam quo ad elicitionem, quæ quo ad materiam, medium, & finem: ideo de ratione virtutis est, quæ sit habitus electiuus. Tum secundo, quia peccatum est voluntarium secundum Augustinum. Peccatum enim a deo est voluntarium, quæ si non esset voluntarium, non esset peccatum. Tum tertio, vt ostendatur quæ non omnis dolor est voluntarius. Sed dicitur assumptus, non datus: quia gratiam (quæ ibi est) Deus dat ratione dispositionis, vt diximus, & sic gratia est proprie ibi donum datum: iste autem dolor est à voluntate & libero arbitrio, & assumitur, ideo dicitur assumptus. Quia quæ quæ quo ad formam eius, videlicet gratiam, contritio datur: quo ad actum tamen est à libero arbitrio, & ita assumptus. Scotus vero in iiii. distin. xiiij. q. j. ar. j. addit aliam rationem, videlicet quæ aliqua poena peccatum dimittitur, & aliqua non, vt patet in damnatis Sapientiae. Poenitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes. Et non assignabilis est alia potior ratio, quam penes voluntarium & inuoluntarium. Poena namque damnatorum maior est intensiue & extensiue, quam alicuius contritionis non tamen est delectiua culpæ: quia ad poenam delectiuam oportet, vt sit voluntaria. Dices. Quomodo poena est voluntaria, cum de ratione eius est, quæ sit inuoluntaria? Dicit idem Scotus, quæ ponderetur vocabulum (assumptus.) Quia tunc poena assumitur, quando vel sustinetur patienter, vel non remurmurando, & voluntarie acceptando, vel voluntarie causando, vt particularis causa cum apprehensione obiecti noliti, scilicet peccati, quod nollet inesse propter Dei offensam. Si dicas. Cum poenitentia & poena damnatorum quia inuoluntaria non sit delectiua, quare ergo poena existentium in purgatorio, cum sit voluntaria, non est delectiua? Dico quæ licet illa poena sit voluntaria (quia à voluntate voluntarie sustinetur, eo quæ sunt illæ animæ conformes diuinæ voluntati, & in gratia & charitate) tamē

S. Thomas

Augustin.

Scotus in. iiii.

Sapientie. vi.

Scotus

L

Quarta clausula. Sermo. xxvii. Dominica. iiii. xl.

non ex voluntate voluntarie assumitur. Refert dicere aliquid fieri voluntarie à voluntate, aliquid ex voluntate, quia primum dicit concomitantiam: secundum vero rationem principij elicitui. Ideo hic dicitur voluntarie assumptus.

M Quartam conditionem dicit obiectum contritionis, quia dicit pro peccatis, & de quo malo debet esse contritio. Pro quo nota, quod contritio nunquam est de bono, sed de malo: & cum duplex sit malum, scilicet poenae & culpae, non debet esse de malo poenae: quia cum ibi includatur poena vel dolor, non debet de illa dolere (immo secundum Augustinum debet de dolore gaudere) sed de amissione alicuius boni. restat ergo quod erit de malis culpae. Et quia culpae sunt multiplices, dicimus primo non debet esse de malo culpae originali (loquor de contritione sacramentali) quia ibi non comminuit voluntas: quia originale non inducitur ex voluntate hominis, sed vitio naturae. Verum est, quod potest esse displicentia de illo, sed non contritio delectiva. Secundo non debet esse de poenis peccatorum, quia tunc esset attritio: quia habetur respectus ad damna quae ex peccato proventur, ideo non est de necessitate talis dolor. Tertio contritio non debet esse de peccatis alienis, sed de propriis. Cuius ratio est, quia illud debet conteri, quod est durum. Durities fuit in propria voluntate, ibi debet esse contritio. Et illud ps. Ab alienis parce seruo tuo. Intelligit aut de illis, quae ex confortio aliorum incurrimus. vt ps. Cum peruerso peruerteris. Aut de illis quae incurrimus ex non correctione aliorum: quae si conuenit ex officio, sunt iam propria ratione negligentiae, ad quae ex charitate & ex officio tenemur (vt supra in materia de correctione fraterna diximus.) Quarto non debet esse de peccatis futuris, quia de illis debet esse cautio siue cautela. Tum, quia poena non infligitur si ne culpa: ideo cum futura adhuc non sint, de illis non est assumendus talis dolor. Tum, quia ex confidentia debet habere propositum non peccandi ulterius. Ideo si adhuc consideret peccatum iri, iam non esset verum propositum de futuris, & sic nec contritio vel dolor. Quinto debet esse de singulis peccatis actualibus. Quod intelligere debes dupliciter. Tum primo, vt non possit conteri de vno, quin de omnibus conteratur. Et hoc verum est ratione absolutionis vel remissionis. Quia cum in contritione remittatur culpa, posset quis habere remissionem ab vno manente alio (quod est impossibile) immo quedam infidelitas esset sperare dimidiã

ueniam à Deo, qui totus iustus est, & totus misericors. De poenitentibus distin. iij. cap. sunt plures. Tum secundo, vt non sufficiat vna contritio generalis de omnibus. Et pro hoc ponitur regula secundum sanctum Thomam, quod quantum ad eius principium debet esse in poenitente contritio de omnibus particulariter, de quibus debet esse confessio. Et haec non sufficit, sed postea debet sequi vna generalis, in qua infunditur gratia. Vel si hoc non placet: in vltima particulari, in qua ratione & virtute praecedentium efficitur totalis detestatio. Sicut potest poni exemplum in vltima gutta cauate lapidem, quod est secundum istum doctorem ponderandum. Sexto, quod debet esse contritio sacramentalis de oblitis. Quod intelligitur secundum sanctum Thomam, si peccatum est oblitum in particulari, & tamen est in memoria in generali: tunc recogitet vt in memoriam reducat, quia (vt diximus) de quolibet conteri debet. Si autem recordari non poterit, sufficit de illo eo modo conteri, quo habet in memoria: & vltra conteratur de negligentia seu de illa obliuione, quae ex sua negligentia processit: verum si postea occurreret, teneretur. Exemplum de debitore non valente soluere. Extra de restitutione spolia.

O Quod dicitur in vltima particulari, in qua ratione & virtute praecedentium efficitur totalis detestatio. Sicut potest poni exemplum in vltima gutta cauate lapidem, quod est secundum istum doctorem ponderandum. Sexto, quod debet esse contritio sacramentalis de oblitis. Quod intelligitur secundum sanctum Thomam, si peccatum est oblitum in particulari, & tamen est in memoria in generali: tunc recogitet vt in memoriam reducat, quia (vt diximus) de quolibet conteri debet. Si autem recordari non poterit, sufficit de illo eo modo conteri, quo habet in memoria: & vltra conteratur de negligentia seu de illa obliuione, quae ex sua negligentia processit: verum si postea occurreret, teneretur. Exemplum de debitore non valente soluere. Extra de restitutione spolia.

P Quod dicitur in vltima particulari, in qua ratione & virtute praecedentium efficitur totalis detestatio. Sicut potest poni exemplum in vltima gutta cauate lapidem, quod est secundum istum doctorem ponderandum. Sexto, quod debet esse contritio sacramentalis de oblitis. Quod intelligitur secundum sanctum Thomam, si peccatum est oblitum in particulari, & tamen est in memoria in generali: tunc recogitet vt in memoriam reducat, quia (vt diximus) de quolibet conteri debet. Si autem recordari non poterit, sufficit de illo eo modo conteri, quo habet in memoria: & vltra conteratur de negligentia seu de illa obliuione, quae ex sua negligentia processit: verum si postea occurreret, teneretur. Exemplum de debitore non valente soluere. Extra de restitutione spolia.

Extra de restitutione spolia. Quod dicitur in vltima particulari, in qua ratione & virtute praecedentium efficitur totalis detestatio. Sicut potest poni exemplum in vltima gutta cauate lapidem, quod est secundum istum doctorem ponderandum. Sexto, quod debet esse contritio sacramentalis de oblitis. Quod intelligitur secundum sanctum Thomam, si peccatum est oblitum in particulari, & tamen est in memoria in generali: tunc recogitet vt in memoriam reducat, quia (vt diximus) de quolibet conteri debet. Si autem recordari non poterit, sufficit de illo eo modo conteri, quo habet in memoria: & vltra conteratur de negligentia seu de illa obliuione, quae ex sua negligentia processit: verum si postea occurreret, teneretur. Exemplum de debitore non valente soluere. Extra de restitutione spolia.

Extra de restitutione spolia. Quod dicitur in vltima particulari, in qua ratione & virtute praecedentium efficitur totalis detestatio. Sicut potest poni exemplum in vltima gutta cauate lapidem, quod est secundum istum doctorem ponderandum. Sexto, quod debet esse contritio sacramentalis de oblitis. Quod intelligitur secundum sanctum Thomam, si peccatum est oblitum in particulari, & tamen est in memoria in generali: tunc recogitet vt in memoriam reducat, quia (vt diximus) de quolibet conteri debet. Si autem recordari non poterit, sufficit de illo eo modo conteri, quo habet in memoria: & vltra conteratur de negligentia seu de illa obliuione, quae ex sua negligentia processit: verum si postea occurreret, teneretur. Exemplum de debitore non valente soluere. Extra de restitutione spolia.

De reuersione in se ex gratia contritionis. 73

Q & praecipitur, & non esset contritus: & ita implicat quod sit contritio, & quod non sit tale propositum. Ex quibus omnibus resolutorie habemus, quod ad accedendum ad patrem per veram contritionem, verus poenitens necessario debet secum portare quinque contritionis panes, vt ex abundantia domus paterna multiplicentur. Primus est, cessatio à peccatis, de qua diximus. Secundus est, dolor, siue detestatio peccatorum. Tertius est, dilectio, sed procedat ex amore ipsa detestatio. Quartus propositum confitendi, & satisfaciendi, & seruiendi Deo, & implendi diuina praecpta. Quintus spes de venia & de diuina misericordia. Ecce igitur quomodo est puer vnus hic, id est purus, vel desiderans innocentiam puritatem: habens quinque panes hordeaceos, videlicet ratione asperitatis poenitentiae, quia de peccatis. Sed quid erit inter tanta peccata? Ideo audiamus eorum multiplicationem in sancto Euangelio hodierno. Ioannis. vj. cap. Secunda pars.

Rimo ponitur vnus antecedens ad hanc multiplicationem, videlicet Christi se quaerens, & interrogatio eius ad discipulos, & Philippi responsio. Ideo aduertendum est, quod Christus audita morte Ioannis, & quod Herodes etiam illum occidere desiderasset, non timore perterritus, sed opportunum expectans tempus, venit Bethsaidam ciuitatem Petri & Andreae, & ascendit vna cum discipulis in montem transmare Galilaeae, quod est Tyberiadis. & sequebatur eum multitudo magna videntes signa quae faciebat.

Mystice ad propositum. Mare Galilaeae Tyberiadis significat statum conuersionis & poenitentiae. Tum, quia poenitentia est mare ratione amantudinis quo ad omnes eius partes, scilicet contritionem, confessionem, & satisfactionem. Tum etiam, quia Galilaeae (quia Galilaeae transmigratione interpretatur) quia facit peccatorem transmigrare à culpa in gratiam. Tum item est Tyberiadis (quae visum bonum interpretatur) quia videtur peccata & hominis errata vt emendentur, & videtur deus & omnia quae ad profectum animae faciunt. Oportet ergo veros sequentes Christum proficisci, vbi ipse est. Inquit textus, quod est transmare Galilaeae, & in monte. Ipse enim transmare, nos in mari. Quia ipse patitur, & poenitentiam agit sine culpa eius, immo pro culpis totius mundi: nos autem agere debemus de propriis. Similiter est in monte, videlicet in culmine & alto poenitentiae & contritionis (vt alio die diximus) & poenitentiae, & propter nostram esse etiam poenitentiam, vt

ipsa in nobis abundans esset. Habet in suo corpore, velut puer purus sine peccato & macula quinque asperos panes, id est quinque principalia vulnera, quae in poenitentiam pro nobis suscepit à Deo patre summo poenitentiario sibi impositam, & à Iudaeis malitiose inflictam & ab ipso patienter acceptatam & acceptam. Duos habet similiter pisces, videlicet in mente intentissimam tristitiam usque ad mortem, & dolorem acerbissimum in corpore, vt poenitentes ad ipsum accedentes habeant vnde satientur, & comparisonem istius, vnus cuiusque poenitentia mollis, vt piscis, & facilis aestimetur. Multitudo magna, quae ipsum sequitur (vt in proposito sufficit) sunt poenitentes dolentes de praeteritis, desiderantes, ac proponentes cauere à futuris, deferentes istud mundanum mare, quia adeo amarum est, (vt mundani bene sentiunt, nisi velint dissimulare) vt omnia sibi amara videantur, volentes sequi Christum, vt famelici ab eo satiarentur isto poenitentiae interioris pane. Et hoc, eo quod videtur signa magna, quae in hoc mare poenitentiae fecit. Tum in illa peccatrice magna Magdalena, videlicet, peccata condonando quo ad culpam & poenam, & in apostolatu recipiendo. Tum signa misericordiae in Petro, quae de negante, exccrante, & detestante, ecclesiae caput, & vicarium constituit. Tum signa dignitatis in Mattheo, quae de usurario, euangelistam fecit. Tum signa liberalitatis, in latrone. Quae de raptore bonorum hominum, caelum promittit & paradysum. Tum signa mirabilia in Paulo, quae de persecutore vas electionis ad portandum nomen eius per vniuersum mundum elegit. Ista enim sunt signa magna misericordiae & pietatis quae faciebat. Sequitur ipsius interrogatio ad Philippum tamquam multum sollicitus de inopia turbe. Cuius ratio mystica esse potest, quia Philippus prius gentes adduxit ad Ierusalem. Et hic erat Iohannis. xij. cibus Christi, scilicet conuersio hominum peccatorum ad Deum patrem. Ioannis, Meus cibus est, vt faciam voluntatem patris &c. Vel ratio literalis potest esse, quia iste erat notus multum in illa regione, & ita impossibilitatem habendi panes patefaceret. Inquit enim, Vnde ememus panes, vt manducent hi? Cui Philippus, Ducetorum denariorum panes non sufficiunt, vt quis modicum accipiat. Duo intendit Philippus. Primum, quod panes venales non possent haberi, vt satiarentur, quia ducetorum denariorum panes non sufficerent, cum forte ipsi nec obolum haberent. Alterum, quod & si etiam caremissent, non sufficerent, vt vnusquisque acciperet

S. Augusti.

Psal. xvij.

Psal. xvij.

De poenitentibus. dist. iij.

S. Thomas

S. Thomas

Extra de restitutione spolia.

Iohannis. xij.

Iohannis. iij.

Quarta clausula. Sermo. xxviii. Feria. ii. post. iiii.

modicū. Mystice. Sicut illa mulier Samaritana circa fontē aliam aquā intellexit, & aliā Christus (vt diximus) sic alios panes quærit: Christus, & alios intelligit Philippus. Philippus autē intelligit de panibus istis materialibus pro corpore cibādo, de quibus. **Ecclesiastici.** Initiū vitę hominis panis & aqua. **Genesis. iij.** Quorum præcio est illud assignatū. **Genesis.** In sudore vultus tui vesceris pane tuo. In quibus Philippus tres dicit esse defectus. Primus, quia carē emūtur, quia ducētorum denariorum: qui numerus cōstat ex duplo & simplo. Nam decies viginti, sunt ducenti, & decimus est numerus vltimus simplex: quorū alter ad animam, alter ad corpus referatur, quæ perdūtur in illicita acquisitione istorum tēporalium pro corpore nutriēdo. Secundus defectus, quia nō sufficit omnibus: quia vnus abundat, & alter indiget. Tertius defectus est, quia etiā habent nō sufficit: quia etiā illum habēs putat modicum accepisse. Alterum panem intēdit mystice Christus, videlicet pœnitētialem, videlicet illum triplicē (de quo supra) cuius multiplicatio sequitur in textu. **R** Secūdo ponitur cōcomitās ipsam multiplicationē. Nam in textu dicitur, q̄ agens gratias accepit panes, & benedixit. Quæ autem fuerit ista multiplicatio, inter graues & antiquos doctores diuersus est modus dicēdi. Nam quidā dicunt fuisse per additionē exterioris materię siue nouiter creatę. Alij per additionē humoris ex præexistēti materia, vt in grano. Alij ex sola substātia panis multiplicatione, sine vlla additione, quod verius videtur. Hoc autē quid certū sit, non habemus: sufficit nobis, q̄ illi quinque panes & duo pisces fuerūt multiplicati. **R** Ex quo nobis clarū erit, q̄ panes, quos pœnitēs adducit pœnitētialem, à Christo multiplicātur, vt de vnoquoq; illorum singulorū dicamus per ordinē. **R** Primum panē, videlicet cessationē

à peccatis, multiplicat pater cœlestis. Tum primo, præseruando à futuris. Tum secūdo, immittendo amaritudinē. Tū tertio, subtrahendo occasiones. Tum quarto, nō patiēdo tētare. Tum quinto, virtutem resistēdi dando. Tum sexto, affectionem sanādo, quod potius est. **R** Secūdo panē, videlicet dolorē seu detestationē multiplicat. Tum primo, cōcutiēdo cor, vt medicamenta & remedia quærātur, quasi calcaribus pūgendo, vt aduertat peccatorū vulnera, & illorū sentiat dolorē, & maximo conatu misericordiā imploret cū Psalmista, dicēs, Miserere mei domine, quoniā infirmus sum: sana **Psal. vi.** me domine, quoniā conturbata sunt omnia ossa mea. Tū secūdo, vt cōsideret quatuor nouissima, videlicet mortē, iudiciū, infernū, & pœnas. **R** Tertium panē, videlicet dilectionē multiplicat. Tum primo, indulgēdo peccatis. Tum secūdo, conferendo ampliōrē gratiam, & cōdonando ex toto omnē offensam. Tum tertio, nō improperādo errata præterita. Tum quarto, nō minus diligēdo, q̄ si nō offenderit ipsum. **R** Quartum panē, videlicet propositū multiplicat. Tum primo, dādo gratiā promerēdi: non solum vt acceptet illa opera pœnitētialem in satisfactionē, sed & in meritū. Tum secūdo, vt in ipso actu cōfessionis, (quem proponit) recordētur oblita &c. **R** Quintum panē, videlicet spem de diuina misericordia multiplicat, roborādo ipsum in ea ex prægustatione tātę bonitatis & abūdantię patris, vt nulla meritorū penuria, nec proprię humilitatis consideratio, nec sublimitas glorię, ab illa spe separēt, quod est magnum. **R** Tādē duo pisces sunt: vnus de aqua dulci, scilicet anima: & alter de aqua salia & amara, videlicet corpus, quæ multiplicabit cōferendo dotes in corpore, & in anima ipsam essentialē gloriā. Ad quam nos perducatur ipse Iesus Christus, qui cum patre, &c.

Sermo vicesimus octauus. Feria secūda post quartam

TAM DOMINICAM. DE QUANTITATE CONTRITIONIS, & continuatione eiusdem: & de modo in ea obseruando. Sub isto themate.

R Surgam, ibo ad patrem meum, & dicam ei (id est loquar.)

Ex parabola Lucę. xv. cap.



Signata sermone præcedenti peccatoris fatietate in sua cōtritione ex abundantia paternę multiplicationis in panibus detestationis, quos secū, vt puer ducit, pro qua fatietate & abundantia suspirabat

dicēs, Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus. In præsentī sermone videndum est de quantitate horum panuum cōtritionis, quam secum afferre debet, & de eius continuatione & modo, quę notātur in his verbis assumptis, dicens,

De quātitate & cōtinuatione cōtritionis. 74

Surgam, ibo ad patrem meum, & dicam. Sed prius salutetur virgo Maria.

R Argumentum sermonis.

Supponimus, quod alio die probauimus, videlicet pœnitentiā interiorē esse virtutem. Tum, quia est habitus electiuus (vt **1. Petri** diximus) qui debet esse volūtariē assumptus. Tum, quia est super debitā materiā, scilicet odire malum, videlicet peccatū. Tum, quia cōsistebat in medio, scilicet inter timorē & spem. Similiter diximus esse virtutē pertinētē ad iustitiam, quia ibi redditur Deo quod est Dei: & proximo, quod suū est: & facit æqualitatē in volūtate. Ex hoc ergo q̄ est virtus, in surgit triplex dubiū. Primū quia virtus est esse in medio, vt scilicet in actu eius nō sit defectus vel excessus: ergo oportet scire, an in cōtritione possit esse excessus vel defectus: & an debeat esse in certa quantitate, vel possit esse maxima. Secūdo ratione determinationis temporis, quātum debet iste dolor durare, & cōtinuari. Tertium ratione modi, quis modus in illa tenēdus est. Hęc tria in præsentī sermone declarāda sunt. **P**rimū quis gradus cōtritionis attingēdus est, quia dicit (**Surgā.**) Secūdo, quæ cōtinuatio est necessaria, quia dicit (ibo.) Tertium quis modus tenēdus, quia dicit (dicā ei.) **R** Prima pars.

De primo supponitur, q̄ duplex est dolor cōtritionis, scilicet intellectualis & mētalis, videlicet displicētia peccati propter Deū (de quā supra diffuse dictū est) & alius sensualis, videlicet in parte sensitua, vt lachrymę vel aliquis alius. Hoc **A** supposito, ponitur prima propositio. **R** Ille dolor cōtritionis nō debet esse maximus omnium dolorum, quia hoc est impossibile, quia dolor Christi Iesu fuit maximus omnium dolorum huius vię, vt **Threnorū.** O vos omnes qui trāstis per viā, at tēdite, si est dolor similis, sicut dolor meus. tamen nō attingebat ad minimū dolorē inferni vel purgatorij. De dolore inferni patet, quia licet dolor Christi fuerit virtutis infinitus, nō tamen fuit infinitus in se. Dolor autē inferni est infinitus priuatiue, quia est de malo infinito, videlicet de priuatione infiniti boni. scilicet glorię obiectiue. Et extēsiue, quia in infinitum durabit, & ita priuatur infinito bono, & pro infinito tempore. De dolore purgatorij etiam patet. Tum, quia in anima. Tum ab igne, vt diuinę iustitię instrumētō, qui (secūdo **Augustin.** Augustinum) miro modo cruciat. Tum quia de peccatis proprijs, & cū quodam despectu de sua ne-

gligentia hic habita. Tum, quia ille dolor nō assumitur volūtariē. Tum, quia nō est in potestate illius nō pati illum dolorem. **R** Secunda propositio. Quod dolor cōtritionis etiā non debet esse maior cuiuscunq; alterius doloris vię etiā cōtritionis. Ratio huius est, quia de maiori peccato, maior dolor esse debet. Et ita si peccatū Petri esset minus q̄ peccatum Ioannis, non teneretur tātum dolere Petrus, sicut Ioannes. **R** Tertia propositio. Quod dolor cōtritionis debet esse maior, q̄ dolor cuiuscunq; pœnæ. Ratio huius est, quia cū malum culpæ sit omnium malorum pœnæ maximū, de illo magis tenetur dolere, vt Christus dicit, Nolite timere **Matth. x.** eos, qui occidunt corpus, animā autē non possunt occidere: eum timete, qui potest animā mittere in gehēnam. Clarum cōstat, q̄ malum culpæ sine cōparatione maior est, quā quodcunq; malū pœnæ. Quod probatur triplici ratione. Primo ratione cōpositum debet ei displicere: sed finis vltimus, qui est Deus visus, & ipsa Dei visio supra omnia placet, eo q̄ omnia propter ipsum desiderātur, ideo peccatum, quod ab vltimo fine auertit, super omnia displicere debet. Secūdo ratione amoris. Nam omnis dolor fundatur in amore tanq̄ in causa (vt beatus **Augustin.** in libro de ciuitate declarat de quatuor **S. Augusti.** passionibus animę, videlicet timore, dolore, & gaudio, atq; spe, quę in amore fundātur) sed amor charitatis est maximus, ad minus debet esse: ergo dolor cōtritionis, cuius amor charitatis est causa, debet esse maximus. Hinc doctores dicunt, q̄ in illo **Doctores.** præcepto. Diliges Deum ex toto corde &c. nō potest esse excessus. Tertio ratione culpe, Quia sicut dolor est de malo, ergo de maiori malo, maior dolor debet esse. ex topica Aristotelis, Sicut se habet simplex ad simplex, ita maius ad maius. Sed culpa est maius malū q̄ pœna, immo omni malo maior: ergo ille dolor debet esse maior, q̄ dolor cuiuscunq; pœnæ. **R** Quarta propositio. Quod dolor cōtritionis debet esse maior, q̄ dolor cuiuscunq; pœnæ. Hoc debet esse in generali, nō autem in particulari. Ratio ad hoc est, ne forte ellet inducere pusillū in desperationē, videlicet, si non attingeret illū gradum. Ideo pœnitēs non est tentandus de hoc, nec prædicandum populo: sed solū in generali, videlicet, q̄ pro quacunq; huius mūdi pœna, & discrimine, nollet offendisse Deum. Ratio huius dicti est, quia delectabilia plus mouēt in particulari q̄ in generali. Sic tristabilia plus terrēt, vt exēplū posset poni in

Quarta clausula. Sermo. xxviii. Feria. ii. post. iiii.

cibo, potu, luxuria, &c. Item si quis consideret mori pro Christo in generali, non tatum timeret mortem, quantum descendendo ad particularem mortem: quia esset occasio iam non eligendi mori pro Christo, & ita peccadi, & per consequens desperandi in non attingendo ad talem doloris gradum. Verum cum hoc aduerte, quia hoc dicimus de peccato respectu preteriti & iam commisso: quia de peccare de futuro, eligibilior est poena inferni, quam peccare contra Deum, quia tunc ille iam non esset in fernus, sicut (si possibile esset) existens in paradiso cum peccato non sentiret gloria, ut dicit Anselmus

S. Anselm. in libro de similitudinibus. ¶ Ex quo ponitur primum corrolarium, quod licet loquedo de dolore sensibili possit esse excessus, & ita deficere a ratione virtutis penes excessum, cum ipsa in medio consistat, & ita penes immoderatam afflictionem deficere: cuius ratio est, quia afflictio corporalis potest esse nimia & excessiva, ut de ieiunio, & irrationabili disciplina, quae quandoque inducit infirmitatem: verumtamen loquendo de isto dolore mentali, in quo essentialiter est contritio, sicut non potest esse excessus ratione illa triplici superius assignata: sic penes paruitatem seu modicitatem potest esse defectus. Patet hoc, semper loquendo de contritione proprie (quia licet ex parte doloris possit esse paruitas): Tamen ex eo quia ille dolor est formatus a gratia quantumcumque parua illa sit, sufficit: ideo ex illa parte qua informatur gratia, sufficiens est: maxime cum ipse summus dator gratiae dat illam secundum mensuram donationis Christi, ideo non potest esse defectus. ¶ Secundum corrolarium, quod huius contritionis triplex potest esse gradus. ¶ Primus est contritionis sufficientis. Et est iste, quem modo tractamus. ¶ Secundus gradus est contritionis excellentis, scilicet quando cum dolore vel ex illo mentali, in parte sensitiva redundat aliquid: ut lachrymae, suspiria, singultus, & huiusmodi. Et iste non est necessarius, nec summus, sicut David, qui dicebat.

Psal. xxx. Psalmus. Fuerunt lachrymae meae panes die ac nocte. Et ps. Laboravi in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Verumtamen est multum meritorium, quia non possunt esse illi motus exteriores sine intentione actus interioris. ¶ Tertius gradus est contritionis exuberantis, videlicet cum est talis dolor & tam intensus, quod delet omnem culpam & poenam. Exemplum de Magdalena (ut suo die dicemus) & de illa

muliere mortua in sermone exuberanti contritione, quam habuit ex predicatione cuiusdam docti & deuoti praedicatoris, cuius anima visa est ad caelum euolare. Pondera istos tres gradus, & exhortare audientes, ut nitantur gradatim ascendere. Ideo verba assumpta huius adolescentis dicunt. Surgam, videlicet si possem attingere gradum excellentem & exuberantem, ad minus ad istum sufficientem, qui est necessarius. Et tantum de primo puncto.

¶ Secunda pars.

E secundo dicit (ibo) videlicet de continuatione poenitentiae interioris. Est supponendum, quod in contritione attendenda sunt tria, videlicet essentia illius, scilicet dolor: similiter forma illius, quae est gratia: & tandem effectus siue efficacia, quae est deletio peccati. Quo ad essentiam non continua tur in caelo, quia ut dicitur Apoc. xxj. Non est dolor amplius, neque luctus, neque clamor, quae prima abierunt. Bene autem in inferno, & in purgatorio. Similiter quo ad formam non durat in inferno, quia ibi non est gratia. Durat autem hic, & in purgatorio. Tandem quo ad effectum, essentiam & formam simul durat solum hic, & hoc ratione status. Ideo solum est hic talis continuatio, & ultra non extenditur duratio eius. Verumtamen non querimus hic de ista duratione seu continuatione, sed de illa, quae ad nos pertinet pro isto statu & ad rite nos habendum in illa.

¶ Ideo hoc supposito dicitur, quod iste dolor pro sua continuatione debet habere tria. ¶ Primo quod habeatur perfecte, videlicet secundum affectum & effectum, scilicet detestando sic praeteritum, quod caueatur a futuro, & de illo provideat abstinere: quia alias esset lauare laterem crudum, qui quanto lauatur, tanto sordidum reddit hominem. Ideo Ieremie. Quasi aqua effunde cor tuum in conspectu domini. Et benedicit, quasi aqua: quia aqua effusa a vase, non relinquit faporem, nec odorem &c. vbi intrat, sed lauat. ps. Hanc recordatus sum, & effudi in me animam meam.

¶ Secundo quod habeatur distincte, quia de omnibus particulariter, & postea de omnibus generaliter secundum Thomam, ut infra dicitur. Ratio eius est, quia in contritione particulari non est remissio, donec perueniatur ad vltimum. Exemplum de gutta cauante lapidem. Ideo ps. Potum dabis nobis in lachrymis in mensura, id est pro modo culpae, videlicet quod tanto lachrymis doleat, quanto cognoscit amississe per culpam. Et Ieremie. Diuisiones aquarum deduxerunt oculi mei. Glo. Tunc diuisas aquas oculis deducimus, cum peccatis singulis dispartitas

De quantitate & continuatione contritionis. 75

Psal. vi. lachrymas damus. Et ps. Lauabo per singulas noctes, id est peccata. ¶ Tertio quod habeatur continue, id est semper. Ratio huius est, quia habere contritionem, est praeccepti affirmatiui, quod obligat semper, & pro loco, & tempore. Quod declaratur, dum scilicet peccatum offertur in memoria & tenetur, dum recordatur (ut Vgo de sancto Victore dicit) quod absolues Deus a culpa peccatorum ligat eum vinculo perpetuae detestationis (ut latius de isto dolore declarauimus in opusculo de triplici funiculo, & dicitur in secunda parte huius trilogii) & dicitur, quod ista obligatio, quae semper durare debet, & dum recordatur, est ad minus ad non complacendum. Cuius ratio est, quia dum recordatur de peccato, aut placet, & tunc peccat: quia complacencia de mortali peccatum est. Aut displicet, & tunc facit bene, & meretur. Aut nec hoc nec illud, & tunc negligenter se habet. Verumtamen hoc intelligeretur de peccato iam dimisso (ut in locis allegatis diximus) hic vero de peccatis, de quibus adhuc non contritus est. Dura videtur talis obligatio praeccepti affirmatiui.

Scotus. ¶ Ideo secundum Scotum dicitur, quod forte obligatur in die dominico, ratione praeccepti dilectionis Dei: quod cum sit affirmatiuum, aliquo tempore debet obligare ad actualiter elicendum actum dilectionis ipsius dei. Potissime videretur illo die, quo obligatur sanctificare festa, id est seipsum in diebus festis: quae sanctificatio consistit in contemplatione beneficiorum quae pro nobis, & pro ecclesia sua deus est operatus, quae recolit ecclesia illo die: ad quod sunt sermones, euangelia, epistolae &c. Et conformiter ad illud beneficium quod nouit collatum, sic elicere actum dilectionis benefactoris Dei, & largitoris. Et cum iuxta prophetam. Non sit speciosa laus in ore peccatoris: ex ista obligatione sequitur ista, scilicet recollere consciencia: & si quid inuenit dei offensiuum, de illo tunc conterat, cum proposito suo tempore, confitendi, & sic habebit remissionem. Ex ista obligatione prima, oritur ista alia illo tempore.

¶ Ego vero (saluo meliori iudicio) dicerem, quod ista obligatio est semper ad non complacendum, & habet vim praeccepti negatiui ratione superius assignata, quia alias esset mortale. Verumtamen ad displicendum actualiter, rationabiliter videtur, quod illico: nam non licet per momentum stare in peccato (secus de confessione quae habet ab ecclesia determinatum tempus, & potest sine illa in actu, si habuerit illam in proposito, esse sine peccato.) Ideo Ecclesiastici. Quali a facie colubini fuge peccatum. Et si hic

ante confessionem moreretur, non condemnaretur, si ante contritionem sic. ¶ Amen salubre darem consilium, si acciperetur, videlicet, quod qualibet nocte ante dormitionem in oratorio vel in lecto examinaret conscientiam: & si quae inuenisset illo die Deum offendisse, de illis tunc coterat, cum proposito confitendi &c. Ideo reprehendendi veniunt peccatores, quomodo possunt dormire quiete in peccato mortali: maxime illi, quibus vnus pulex non finit dormire, & finat multitudo mortalium rodetium conscientiam. Ideo dicit, Surgam, per contritionem: & ibo, per huiusmodi effectum: & non me detinebo in via peccatorum, sed illico vadam ad patrem. Et tantum de secundo principali.

¶ Tertia pars.

De tertio, videlicet de modo & ordine dicit (dicam.) ¶ Ex doctoribus colligitur practica huius. Et ex Magistro in iij. ex pluribus distinctionibus. Et in modo & practica requiruntur plures actus & conditiones. ¶ Primus actus est discussio, & distincta praecogitatio conscientiae, & omnium mortalium, de quibus non est ante sufficienter contritus. Et in hoc curare debet, ut non misceat illa, de quibus ante contritus fuerat, sed dimittatur postea ad cautelam. Et similiter in ista discussione intrant omnes peccati circumstantiae. ¶ Secundus actus est tanquam quid requisitum, videlicet displicencia eorum quae recordantur. Et illa poterit esse condicionalis, scilicet quod vellet (si possibile foret) non peccasse. Vel poterit esse optatiua, scilicet, utinam non peccassem. ¶ Tertius actus est generalis detestatio omnium recordatorum & oblatorum, & igneratorum: & de negligentia & obliuione illorum cum timore & recognitione, quod multo plura committit, quae nescit, & proposito cessandi a praeteritis, & cauendi a futuris. ¶ Quartus actus est propositum confitendi, & satisfaciendi de omnibus, a quibus non est absolutus. ¶ Quintus actus est motus in deum, qui est dilectio Dei super omnia, quae hic est principalis vis. ¶ Sextus actus vna generalis detestatio omnium secundum sanctum Thomam in tertia parte. q. lxxxv. Quia illa particularis detestatio non est sufficiens, ut vnus peccatum dimittatur sine alio: sed in illa generali infunditur gratia, non ratione detestationis in se, sed ex merito Christi tunc applicato, ut verum sit illud Apocalypsis, quod lauerunt stollas suas in sanguine agni.

¶ Verumtamen dices, Qui effectus sequitur in anima, vbi iste ordo seruat? Dico quod ad ingressum

Quarta clausula. Sermo. xxviii. Feria. ii. post. iiii.

gratia in anima omnia euertuntur & mutatur, vt patet in facto Christi in Euangelio hodierno, vbi dicitur, quod Iesu ingresso in templum, omnia euertit

Euangelii. Ioannis. ij. ca. In quo ponuntur plura, quae ad huiusmodi contritionis & ingressum gratiae in anima faciunt. ¶ Primo ponitur introitus in templum. Et pro litera nota, illa quae in Euangelio supra feria secunda post primam diximus. Verum tamen pro moralis & mystica expositione, aduertendum est primo, quod istud factum bis legitur in euangelis à Christo fuisse operatum. Primo in die palmarum post illam solennem processionem, vt patet Matthaei. Et etiam hic

Matth. xxj. illico post paschismum, & in pascha, vt hic Ioannis. ij. cap. In quo notatur duplex pascha, id est transitus (pascha transitus interpretatur.) Primus est poenitentium, quo transeunt à statu illo, & huius viae, ad pascha gloriae, vbi regnare debent: à quibus, & vbi eiciuntur omnia poenalia de templo corporis sui, vt

Apoca. xxi. Apocalypsi, quod absterget omnem lachrymam ab oculis eorum, vbi neque luctus &c. dum videlicet istud corpus mortale iuxta Apostolum, induet immortalitatem. De quo transitu inquit ps. Transibo in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum Dei, Et iste ascensus dicitur in hierosolymam, quia in pacis visionem. Nam verus poenitens ab ista hierosolyma militati (quae dicitur visio pacis) transit. Tum, quia merito pacis datur. Tum ratione obiecti, quia obiectum visionis est pax, vt Apostolus. Pax Christi quae exuperat omnem sensum. Tum ratione actus, scilicet visionis: quia visio praesentium non est pacis, sed perturbationis, ascendit ad illam supernam: quae ideo dicitur ascensus, vel quia haec alta sunt, vel quia in altum collocat, vt Apostolus. Quae sursum sunt quae rite, non quae sunt super terram. Alius transitus notatur poenitentium, videlicet peccati ad gratiam, qui fit in contritione perfecta, ab iniquitate ad iustitiam. Qui transitus designatur in illo, quo filii

Exod. xiiij. Israel transierunt mare rubrum, vbi aegyptij suffocati sunt, & filii Israel liberi euaserunt. Sic in isto mari contritionis peccata suffocantur, & animae vere Israelitae liberantur. Et dicitur fieri in hierosolyma, quia tunc anima pacifica est, ab omni peccati culpa.

Psal. cxix. Psalmus. Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus. Cum his, scilicet peccatis &c. ¶ Secundo ponitur eiecchio ementium & vendentium boues, oues, & colubas. Significatur in hoc negotio status peccati mortalis, in quo anima vendita fuit pro delationibus, pro vitijs &c. Nota quod ponuntur triplex animalia in quibus triplex commercium spirituale

significatur. Primo per boues intelligitur exercitium praedicatorum qui sunt arates, triturantes, & trahentes cultrum: quia verbi Dei gladio scindunt corda terrena, & vomere inquisitionis circa occulta. Et terra, id est corda terrena vertunt ad coelum, triturant triticum virtutis, à palea vitiorum separantes, trahunt cultrum ecclesiae &c. Videntur autem isti miseri hos boues, dum officium tam salutare pro temporali comodo & pro quaestu praedicant: vel dum caeteri miserabiles pro re temporali sermones audire dimittunt. Secundo per oues (quae animalia mitia sunt nulli nocentes, suo vellere alios vestiunt) significatur opera munditiae & castitatis: quae in peccato venduntur, dum propter laudem humanam operantur etiam illa, quae proximis impediuntur, contra illud Christi. Nesciat sinistra, quid faciat dextera tua. Tertio per colubas (in cuius forma spiritus sanctus visus est) significatur gratia ipsius spiritus sancti, & res spirituales & ecclesiae: quae tunc venduntur, dum sub specie ecclesiasticae dignitatis vendunt illa, vel quia res spirituales continentur. Alij autem, scilicet numularij significant commutantes coelestia pro terrenis. ¶ Tertio ponitur horum euersio in ingressu Dei in animam (quia gratia est expulsiva formaliter ipsius peccati, quia opponitur culpae mortali) & hoc per ingressum Dei in animam, qui causa effectiua est gratiae, dum cum gratia fit ille illapsus in animam (de quo alias) & quia alter effectus contritionis est relaxatio poenae, fit ibi flagellum de tribus funiculis, scilicet poenae aeternae in temporalem, & temporalis purgatorij, & temporalis viae relaxatio, quae vltima expletur per impletionem arbitrariae iniunctae, ideo dicitur (Auferte ista hinc &c.) ¶ Quarto ponitur signum huius tam efficacie contritionis virtutis. Dicit textus, quod volebant ei resistere, nec valebant, dicentes, In qua potestate haec facis? Quod signum ostendis nobis? Quasi dicant, Eijcis & euertis haec, quae auctoritate haec facis? Respondit, Soluite templum hoc, & in triduo reedificabo illud. Dicit euangelista quod intelligebat de templo corporis sui. Allegorice. Templum comparauit corpori suo. Nam illud templum erat continens tres mansiones, scilicet primam, mediam, & inferiorem: ibique fiebat oratio, immolationes, & oblationes. Sic erat in persona Christi. Tamen erat fundatum in monte. Nam caro Christi de virgine sumpta est & ex altiori statu, scilicet innocentiae: quia carnem sine peccato suscepit, vt Ioannis. vi. Qui de caelo venit, super omnes est. Et Ioannis. vii. Ego de supernis sum, vos autem deorsum estis.

De poenitentia sacramento.

76

Tres mansiones tres sunt substantiae in eius persona, deitas suprema, anima media, & corpus infima. Ipse etiam est locus nostrae orationis, oblationis & immolationis. Ideo dicit, Soluite, id est soluetis templum hoc per mortem, & virtute deitatis in triduo per resurrectionem gloriosam suscitabo illud. Moraliter templi animae nostrae datur signum: quia plenum peccatis velut cloaca diaboli ruinosum &c. Tamen diruetur per cessationem à peccatis & reedificabitur in triduo contritionis, confessionis, & satisfactoris. Sed o mirandum verbum: Quia dicitur, quod multi

videntes signa, crediderunt in eum, cum tamen ipse non se crederet eis. Ipse enim sciebat, quid esset in homine. Quonia multi putant facere poenitentiam, & habere displicentiam de peccatis, sed non se credit eis, quia fide accedunt ad ista sacramentalia: concipiunt salutis propositum, sed tamen deficiunt in non profectu ad vltiora, videlicet in confessione, & satisfactorie, ideo non credit se nobis, quia ipse scit, quid sit in homine. Alij autem vere poenitentibus se credit, & dat hic gratiam, & in futuro gloriam. Ad quam nos perducatur Christus Iesus, qui cum patre &c.

Sermo vicessimus nonus. Feria tertia post

quartam dominicam. De poenitentia sacramento. Sub isto themate.

¶ Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei.
¶ Ex parabola Lucae. xv. cap.



D'ecedenti sermone dicto de complemento poenitentiae virtutis, scilicet contritionis interioris poenitentialis, videlicet vt ordinatur ad poenitentiae sacramentum, determinando de eius origine, quantitate, duratione, gradu & modo seu practica. In praesenti sermone videndum est de processu eius ad vltiora, pro accessu ad patrem, videlicet de ipsa non vt virtus, sed vt sacramentum, quia dicit, Surgam, & ibo ad patrem. Sed prius saluetur virgo Maria.

¶ Argumentum huius sermonis.

H'eri in quodam corrolario posuimus triplicem gradum contritionis, primus sufficiens, secundus excellentis, & tertius exuberantis. Illos duos gradus vltimos dixi debere esse non de necessitate, vt poenitens quilibet attingat illos sed de bene esse: verum primum gradum, scilicet contritionis sufficientis diximus esse necessarium ad habendam peccatorum remissionem. Pro quo posuimus ad illum requisita, & pro gratia recuperanda. Verum tamen istud remedium est pro illis, qui sufficienter disponuntur, & contriti sunt modo supra dicto. Sed ponatur casus (qui quotidie contingit) quod quis non attingat illum gradum, scilicet contri-

tionis sufficientis, vt puta peccator elogatus, à Deo, qui non potest ita praecordialiter cõteri, sed detinetur aliqua passione, cui contingit non ita deserere peccatum, vt dolor & contritio eius sit delectiua: vel quia non de omnibus sufficienter dolet, vel qui est irretitus aliquo peccato, desiderat habere illud gradum: non tamen potest ita totaliter cõteri, vel qui ex timore & euasione poenarum dolet (quae diximus esse attractionem) nunquid pro isto non erit aliquod remedium? nunquid sic remanebit quousque illum gradum attingat? nunquid desperabit? ¶ Dico, quod ad hoc institutum est poenitentiae sacramentum. Primo, vt contritis tolleretur occasio desperationis, si contritionis sufficientis gradum non attingerent. Secundo, vt contritis tolleretur occasio scrupuli, scilicet an attigissent illum gradum, an non. Tertio, vt adimpleatur votum in contritione emissum, de confitendo. Nam ad hoc fuit necessarium illud votum in contritione seu proposito, Vt omnis scrupuli occasio ab ipso tolleretur, ideo sacramenti susceptio omnibus remedium est. Hinc Scotus dicit, in. iij. distin. xiiij. q. iij. ar. iij. quod Deus non instituit istud sacramentum, vt sacerdos euangelicus non faciat amplius quam sacerdos legalis iacebat in iudicando leprosum iam esse mundatum (vt dicit Magister. distin. xvij. huius quartae, videlicet quod contritio est quae delet, & sacerdos non facit aliud absoluen- do, nisi iudicare illum, & ostendere iam virtute contritionis esse absolutum, & ita tantum valet. Ego te absoluo, sicut. Ego ostendo te absolutum.) Ideo

k iij

dicit iste doctor conformiter ad doctrinam Alexandri, quod istud dictum magistri videtur multum derogare dignitati sacramenti poenitentiae. Tum, quia ex hoc sequitur, quod per sacramentum poenitentiae nunquam deleteretur peccatum, sed necessarium esset semper per contritionem deleri, ad hoc quod quis digne suscipere sacramentum: quia nemo digne ostenditur mundus a peccato, nisi prius sit mundus. Quod certe non videtur. Tum, quia sic poenitentia non esset secunda tabula post naufragium, postquam ex se nunquam liberaret nisi sola contritio, quod est contra Hieronymum & ipsummet.

S. Hierony.
Scotus.

C Ideo ponderandum est quod ille doctor Scotus dicit quod licet illa dispositio requiratur de congruo, ut per sacramentum conferat Deus gratiam: tamen quia potentiam suam non alligavit sacramentis, instituit duplicem viam peccatoribus reuertendi ad Deum & recuperandi perditam gratiam. Vnam quidem pro sufficienter contritis, scilicet qui sic dispositi sunt, ut perfecte (sicut diximus) & sufficienter de peccatis conerantur & doleant: & haec est ipsa contritio. Alteram viam pro insufficienter contritis ratione illorum, quae supra diximus: & haec est ipsa susceptio, dum modo obicem non ponat peccati mortalis, videlicet non proponendo cauere, vel non cessando, vel aliquid huiusmodi. Ex quo patet, quod sacerdos euangelicus plus facit in absoluendo, quam legalis faciebat: quia ille solum ostendebat liberum a peccato: hic autem euangelicus in sufficienter contritis ostendit se habere gratiam, & ita liberum a peccato: in atritis vero ministrando sacramentum confert gratiam, non ex merito & dispositione eius, sed ex pacto Christi, qui non vult sacramentum ab eo institutum sine effectu esse, in illo qui obicem (ut diximus) non ponit, Et maxime ponderandum est hoc, & etiam quia non aequalem recipit gratiam, ac si esset sufficienter contritus: quia etiam in alio non est nobis certum quanta gratia recipiatur. Ex quo libeat (fratres) attendere misericordiam Dei instituentis, & virtutem huius benedicti sacramenti, & ita non debeamus esse tepidi ad istam sufficientem dispositionem habendam. Verum si dispositio non esset sufficienter, propterea non est abstinentium, ut ad patrem vadat. Tum, quia istud remedium instituit. Etiam, quia consilio boni ministri de attrito potest fieri contritus, ut quotidie experimur. Tum, quia etiam sufficienter contritis est certificatio de sua dispositione, & ita omnis scrupulus per ipsius suspensionem tollitur. Tum, quia propositum & votum

in contritione emissum, adimpletur. Ideo de ipsa dicit thema. Surgam, & ibo ad patrem, & comparebo coram illo. Haec materia praesentis sermonis videlicet de poenitentia sacramento. De qua duo dicemus. Primum, quid intelligatur per istud vocabulum poenitentia sacramento. Secundum, quid sit diffinitive. Cum expositione euangelica.

¶ Prima pars.



DE primo notandum est secundum sanctum Thomam in. iiii. distin. xiiij. q. j. ar. j. quod sacramentum poenitentiae (sicut & aliud sacramentum) habet tria. Primum est,

id quod sacramentum tantum, videlicet, id quod exterius geritur, scilicet absolutio sacramentalis, quae consistit in illis verbis. Ego te absoluo &c. Et confessio, & satisfactio pro materia. Secundum est res significata per illud, videlicet, interior poenitentia, scilicet contritio: quae est res respectu confessionis & satisfactionis atque absolutionis, in quibus significatur inesse. Tertium est res tantum sacramenti, videlicet, peccati remissio, & infusio gratiae, quae ulterius aliud non significat.

S. Thomas

E

Secundo notandum est secundum eundem, quod causa remissionis peccati quo ad culpam est ipse Deus, qui solus potest remittere peccata. ut Matthaei. Quis potest remittere peccata nisi solus Deus: Secundo causa meritoria remissionis peccati est ipse Christus, seu eius passio. Tertio causa formalis quae expellit peccatum est ipsa gratia, quae repugnat peccato sicut frigiditas caliditati, aut lux tenebrae. Quarto causa dispositiua est contritio vel attritio. Quinto causa instrumentalis est ipsa ministratio vel susceptio sacramenti. Exemplum. Sicut in artificialibus ut in informatione gladij ars Fabri seu Faber causa efficiens, instrumentalis malleus &c. Ideo & si sacramentum poenitentiae non sit unum unitate simplicitatis (quia omnia supra dicta concurrunt) est unum unitate integritatis & ordinis, quia omnia ordinantur ad unam rem, videlicet remissionem peccati, & iustificationem peccatoris. Ex quo certe magnificanda est misericordia ipsius patris tanta ad remedium peccatoris coadiuuantis & ordinantis.

Matth. viij.

F

Ex quo potest haberi intelligentia illius dicti, videlicet quomodo per sacramentum poenitentiae dimittitur peccatum: Quia (si per) potest dicere plura. Tum causam formalem, & sic per gratiam, quae in illo datur, vel dari ostenditur, vel inesse in suscipiente remittitur peccatum, eo quod formaliter excludit peccatum, vel non compatitur secum peccato. Tum secundo causam efficientem,

& ista est Deus ex pacto coassistens suo signo interiori, ut est in contritione perfecta, vel exteriori dum non aslit. Tum tertio causam dispositiuam, & dicit contritionem vel attritionem. Tum quarto causam instrumentalem ipsam ostendentem vel conferentem, ut ipsa sacramenti susceptio, vel forte ratione humiliationis confert nouam gratiam. ¶ His notatis ponuntur propositiones. Prima, Quod per Sacramentum poenitentiae non dimittitur peccatum tanquam per causam efficientem. Ratio, quia ille remittit efficienter, qui gratiam infundit, Quis est hic qui etiam peccata dimittit? Et quis potest dimittere peccata nisi solus Deus, Et Luce. Filius hominis venit saluum facere quod perierat. Similiter nec per Sacramentum poenitentiae ut per causam formalem, quia haec est gratia, & realiter distinguitur a Sacramento, sicut signatum a signo, & causa ab effectu. ¶ Secunda propositio. Quod per Sacramentum ut includit partes, scilicet contritionem, confessionem, & absolutionem in actu vel in voto, remittitur peccatum. Patet, quia includit contritionem ut dispositionem sufficientem. ¶ Tertia propositio. Quod licet in hoc sit diuersitas doctorum, teneo cum modo & positione Scoti (ut magis pia & animante peccatores ad poenitentiam Sacramentum) quod confert gratiam: & si sufficienter contritio non est, dum aslit illa congrua dispositio, scilicet attritio nis, dum modo non ponat obicem modo superius dicto, videlicet, non proponendo abstinere a peccato, vel illud nolit relinquere. Ex quo patet, quod Sacramentum poenitentiae, si adest gratia, ut insufficienter contrito, significat illam inesse, vel auget ratione humiliationis: si autem non aslit ut in attritis, confert gratiam ipsum Sacramentum. Item si adest contritio, relaxat poenam totam si gradum attingit contritionis exuberantis, vel partem poenae secundum feruorem poenitentis, & ultra gratiae collationem, aliquam partem poenae secundum Dei ordinationem remittet. Ecce fratres quanta sit Dei liberalitas & prouidentia in institutione huius sacramenti, ideo dicit, Surgam, & ibo ad patrem meum istud poenitentiae Sacramentum conferentem. Et sic patet primum.

Marci. ij.
Luce. xix.

Scotus

G

H Secundo, videlicet quid sit ipsum Sacramentum poenitentiae diffinitiuam, ponitur diffinitio Scoti & omnium theologorum, & praecipue Ocham in quarto sic. Poenitentiae Sacramentum est absolutio hominis poenitentis, facta a sacerdote iurisdictionem habente, sub certa verborum for-

Scotus.
Ocham.

ma, cum debita intentione prolata, ex institutione diuina, efficaciter significans absolutionem a peccatis. In qua diffinitione ponuntur quinque particulae. ¶ Prima est quod sit absolutio, id est, quaedam determinata & diffinitiuam sententia absolues reu. Non autem principalis absolutionis iudicis: sed secundarij seu commissarij ex commissione cognoscentis in hac causa, & distinguens vel determinans hominem esse liberum a reatu poenae aeternae. Ponderandum est, quomodo confessio est de iure diuino (de quo suo loco dicemus) quia concedit cognitionem in causa peccatoris. Quia non potest negari ex illo textu Matthaei & Ioannis. Quaecumque solueritis &c. Et submittit illum suo iudicio: & non potest cognoscere, nisi sciat: & scire, nisi ipse confiteatur. Vnde tanta caritas, ut confessio de iure diuino esse negetur? Dicitur (a sacerdote facta) quia non potest alius. Et sic est differentia sacerdotis euangelici a legali secundum Scotum: quia ille solum ostendebat, iste autem est ligans & absoluens. Et huius non potest assignari alia ratio sufficientior, quam voluntas saluatoris instituentis, & committentis, ut ex multiplici textu Euangelico comprobatur. ¶ Secunda clausula & particula dicit (iurisdictionem habente) Ratio est, quia ex eo quod est Sacramentum iudiciale, praerequitur iurisdictionem & causae cognitionem: & ideo non quilibet, sed solus sacerdos illam potestatem habet, Et potest esse congruentia. Ut ille qui habet potestatem super corpus Christi verum, conficiendo illud, habeat etiam potestatem super corpus Christi mysticum, videlicet, ligandi & soluendi. Potest ex hoc formari reprehensio contra illos, qui hanc potestatem exercent, & non sunt ordinati, videlicet excommunicado & absoluendo, ut vicarij episcoporum. Non dico quin absoluant in suo foro, sed quia honestius esset, ut essent sacerdotes, quod super sacerdotes & super corpus Christi mysticum habent potestatem. Sic dicitur de archidiacono &c. de quibus postea aliquos vidi coniugatos. Ideo Christus primus contulit Apostolis potestatem supra corpus suum verum in die coenae, & postea supra corpus suum mysticum in die sancto Paschae (dimitto rationes alias) Hinc bullae apostolicae non conferunt sacerdoti eligendo idoneitatem, sed iurisdictionem, quantumcumque esset idoneus non posset absolueret ex effectu iurisdictionis. Idoneitate quis det illis: dimitto facultati canonistarum, pro nobis sufficiat hoc, quod attendere debent, ut non indifferenter confiteantur cuicumque, sed quem co-

Quarta clausula. Sermo. xxix. Feria. iiii. post quartā.

gnoscent idoneum, & iurisdictionem habentem.
 ¶ Tertia particula dicit (hominis poenitentis) id est, confitentis. Quia ad recipiendum effectum Sacramenti & absolutionis, requiritur quod sit poenitens vno illorum duorum modorum. Vnde impoententi & fide accedenti ad hoc Sacramentum, licet significetur absolui, non tamen absolvitur, nec effectum recipit Sacramenti. Immo grauius peccat, & damnum sibi infert, videlicet, vt Deus eius obliuiscatur, quia illudatur Sacramento, & vt demon in eo fortiores accipiat vires. ¶ Quarta particula dicit (sub certa verborum forma) scilicet illa Ego te absoluo in nomine patris & filij & spiritus sancti. Primo (absoluo) notat effectum interiore, scilicet absolutionem a peccatis. Secundo (in nomine patris &c) notat causam efficientem, scilicet totam beatissimam Trinitatem. Tertio (ego) notat causam ministerialem, scilicet sacerdotē. Quarto (te) notat materialem causam, scilicet peccatorem poenitentē. Nec oportet addere de obliuiscatur, quia non sunt verba exprimentia effectum absolutionis, ideo secundum Scotum sunt superflua. Nec de contritione, quia vt diximus secundum multos attritio sufficit. Ideo non videtur tutū arctare absolutionem ad contrita peccata tantum. Nec ab omnibus peccatis tuis, quia vnū nō potest absolui sine alio. Nec oportet dicere, in quantum possum & valeo: quia si potest, absoluit, si nō potest, mētur. ¶ Quinta clausula & particula dicit (debitā intentionem habēte) quia hoc intenditur in oibus Sacramētis, scilicet intendere conferre, quod ecclesia intēdit. Ex quo ergo resolutorie & colligēdo dicit, Surgam, & ibo ad patrem meū, vbi remissio peccati prouenit: non solum ex parte perfectæ contritionis, sed etiam ex parte Sacramenti suppletis defectum poenitentis, vt totum hominem lauam faciat, scilicet attritum & contritum Christus in isto festo tam magno cōuersionis peccatorū. De quo apud viros fideles debet esse admiratio de tanta gratia ipsi a Deo collata, vt non solum contrito, sed attrito gratiam in Sacramento suo conferat: vbi vero apud alios est reprehensio, vt patet in factō euangelij, vbi iudæi reprehendebant Christum de duobus. Vnum quia hanc doctrinam adducebat nouam. Alterū, quod paralyticū sanasset in sabbato, qui iacebat in probatica piscina. Ioannis septimo capitulo. Et patet prima pars.

¶ Secunda pars.



IN quo euangelio tria ponuntur. Primū, admiratio huius tantæ gratiæ. Secundū, ipsius Sacramētis poenitentiae integritas. Tertium, ad hæsiō ad huius signum sacramentale. ¶ De primo pro litera dicatur quomodo erat festum scenophagiæ & tabernaculorum, quod durabat septem diebus, & tertia die iam mediante festo ascendit Christus, & tūc lanauit paralyticum, vt dicitur Ioannis. vj. c. (& feria sexta post primam vidimus). Cum examinassent paralyticum de illa curatione, & ab eo aliquid non potuerunt scire, videntes Christū docentem, & sciebāt vnde natus esset, & educatus, mirabantur de eius doctrina, dicentes, Quomodo hic literas scit, cum nunquam didicerit illas? Quibus Christus respondit, Doctrina mea non est mea. Videtur certe contradictio. Quia quomodo doctrina mea, & non mea? Dico primo, quod eo quod doctrina Christi qua docebat homines non est acquisita sed infusa in ventre virginis, ideo doctrina mea, id est quam habeo, nō est mea, id est, modo humano acquisita. Tum secūdo, vt intelligatur, quod non sit propria solum sibi, sed illam communem cum patre habet. Ideo doctrina mea, quā, scilicet ostēdo, non est solum mea, scilicet solum, quia conuenit etiam patri. Tum tertio, vt notet per cōmunicationem naturę habuisse a patre. Ideo doctrina, mea, id est, quam ego habeo, non est mea, id est nō a me ipso habeo, sed a patre. Tum quarto, vt notet naturam diuinam secundum quam sapientia patris est. Ideo doctrina mea, quam informa hominis ostēdo, nō est mea, id est, secundū naturā hominis quā videtis, ideo nō docetur in schola creata, sed per æternam generationē. Et ita si non intelligitis, est illius, qui misit me. Et si quis voluerit facere voluntatem eius, ille cognoscat quod doctrina mea est eius qui misit me. ¶ Mystice & moraliter triplex est festum. Primum mundanorum, quod tribus diebus celebratur. Tum festum carnis. Sicut enim isti iudæi illis diebus erāt sub umbraculis comedentes & ludentes: sic isti mundani carnales comedētes, & in banquetis quotidie epulantes &c. Dicatur, quomodo isto tempore licet non ludant denarios, tamen ludunt res comestibiles: quod est cautela demonis, vt sub colore aliquo detineat eos in ludo, vt non perdant consuetudinem ludendi: & ita detineantur in peccato, vt ex hoc etiam ieiunia quadagesimalia frangāt. Tum etiam festū honoris, quod celebrant mundani nō indulgendo peccantibus, vt non cōtraueniant suo

De poenitentia Sacramento.

honoris: & cautela diaboli est. Tum etiam festum cupiditatis & auaritiæ, vt illi qui domos suas locant rufianis & malis mulieribus, vt inde recipiant plus. Si enim locassent domos inimicis patris aut matris suæ, ex hæredandis essent: quanto magis isti in offensam Christi & matris eius. Ideo tales puniri debent, in attentis delencionibus. ¶ Si quis autem patitur. Vbi dicitur quod tales domus debent publicari, & sunt infames, quando recipiunt personas infames aut quis personarum in honestarum est receptor. C. ex quibus causis infamia. l. si furti. Verum si dicunt quod excusantur, eo quod tempore relocationis nesciebant, & nunc non possunt illos expellere nisi compleuerint terminum: Dico quod ius habet expellendi. extra de locato & conducto. c. propter sterilitatem. Quia qui conuersatus fuerit peruersus, potest ei dici &c. ¶ Secundum festum est coeleste, tres etiā dies habens. Primus est requies animarū, videlicet dum quis moritur: quia renascitur ad gloriam, quem cotidie celebrant beati in vna stola beatitudinis. Ideo dies mortis sanctorum, natalitium vocatur. Secundus dies est corporum resurgentium. Tertius est consummatę glorificationis, vbi iā illi dici non succedet nox, sed omnia erūt in meridie clara. Et istud primum festum est de vna cappa, scilicet de stola animæ. Alterum de duabus, & in vltimo cantabitur alleluia eternitatis. ¶ Tertium festū est spirituale medium, quo diuinis vacatur. In quo præcedet vigilia poenitentiae, & sequitur festū sanctę operationis. Cuius tres dies sunt, in quibus lux clara gratiæ in anima intuetur, scilicet in illis tribus partibus poenitentiae, ad quem festum anima de imo vitiorum ascendit ad alta poenitentiae. Ecce ergo festum poenitentis, vbi recuperatur gratia, quæ est animæ iubilatio & requies. Veruntamen, o peccator, quis docuit te tā salubrem scientiam, vt de tāta miseria regionis longinquæ venisses, & ad Deum patrem reuertereris: cum tātam indispositionem habueris? Quomodo ad hunc peruenisti gradum, cum literas has in illa regione nunquam didiceris? Poteris certe respondere, Doctrina mea nō est mea. Quia cōtritiō tua, quæ a gratia prouenit, non est tua: sed adeo, ideo illius est qui misit illam. scilicet Christi, qui suo Sacramento talem efficaciam dedit illi coassistendo, cuius voluntatem vis facere, & cum illo permanere. Ecce ergo virtutem sacramenti. ¶ De secundo, videlicet de eius integritate, sequitur in textu, quod ex eo quod volebant illum interficere, quia homi-

nem sanum fecit in sabbato, reprehendit illos ex lege eorū, dicens. Nonne Moyses legem dedit vobis, videlicet, de sabbato obseruado, & similiter de circuncisione fienda: Vos autem circunciditis hominē in sabbato, & sine fractione & violatione legis, cum esset Sacramentum necessarium, quare ergo iudicatis me legis transgressorem, quia hominē totum feci sanum in sabbato? Comparat factū factū, & effectum effectui. Factum factū: quia vos circunciditis in sabbato, ad quod plura requiruntur: ego autem sanum hominem feci solo verbo. Effectum effectui: quia vos propter solum originale delendum circunciditis: ego vero totum hominē sanum feci. Ideo vos iudicatis secundū faciem, id est, ad libitum, & non secundū veritatem. Et ita estis velut quidam literati, leges ad voluntatem eorum ducentes. Debetis iudicare secundū veritatem: & ita nec me, nec Moysen damnaretis. ¶ Allegorice Christus magnus medicus secundum Augustinum, ad mundum descendēs, eo quod magnus iacebat egrotus, magnam curam nobis attulit. Tum primo, quia ipse fuit autor salutis, quia dicit (Ego) afferēs medicinam. scilicet proprium sanguinem, quia secundum prophetam, eius liuore sanati sumus. Tum secundo, quia omnia vulnera, originalia, actualia, & mortalia, vt nullum sit vulnus insanabile, ideo dicit (sanum feci). Tum tertio, subiectum, scilicet hominem, quia non angelum, ideo dicit (hominem) Tum quarto integraliter, quia (totum) scilicet corpus & animam. ¶ Moraliter etiā notatur efficacia & integritas Sacramenti, & omnia concurrentia velut circumstantiæ huius sanationis. Tum primo, quia agēs principale Deus, quia dicit (ego) Tum secundo actus & effectus, videlicet absolutionis, quia dicit (sanum feci). Tum tertio subiectū, videlicet peccatōrē, quia dicit (hominem) Tum quarto integritatem, scilicet nō solum contritū sed attritū, quia dicit (totum) Tum quinto tempus iubilationis & festi, quia dicit (in sabbato) In quo anima liberatur a miseria peccati, & intrat in requiem gratiæ. ¶ De tertio ponitur ipsius ad hæsiō ad sacramētum vt signum exterius. Quia dicitur in textu, Non est hic quem querebāt interficere? Ecce palam loquitur, & ei nihil dicunt. Quibus Christus respōdit, Et me scitis, & patrem meū scitis, & quia a me ipso non veni. Fatetur enim se illis notum quo ad humanitatē, ignotum vero quo ad deitatem. ¶ Moraliter multi admirantur de conuerso, videlicet, quomodo cōuersus sit ad Deū,

Scotus.

Euāgelij.

Ioan. vij.

Augustin.

Esai. liij.

L

Quinta claus. Sermo. xxx. Feria. iiii. post quartam.

Lucæ. vij. cum erat magnus peccator, ideo scimus eum &c. vt de Magdalena dicebat pharisæus. Si hic esset propheta, sciret vtiq; quæ, & qualis est mulier quæ tangit eum. Sed responsio clara est, quia nescitis vn de veniat peccator, nescitis etiam effectum Sacramenti. Quia iã non secrete cõteritur, & facit poenitentiam: sed modo ostenditur poenitens palam, dũ

applicatur signo sacramentali. Effectus autem Sacramenti non est ab ipso poenitente, sed a Deo, & a virtute conferentis illum, etiam in indisposito nõ ponente obicem: cui confertur gratia, vt postea cõferatur gloria. Ad quam nos perducatur ipse christus Iesus, qui cum patre & spiritu sancto viuunt, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Quinta clausula, in qua tractatur de reuersione

AD DEVM PATREM QUANTAE DEBET ESSE FEF-
stantiæ & diligentia. Incipit.

Sermo. xxx. Feria quarta post quartam. De po-

TESTATE PATRIS AD QVEM ITVRVS EST, ET
quanta fit. Sub isto themate.

¶ Ibo ad patrem meum, & dicam ei, Pater.
Ex parabola Lucæ. xv. c.



PROPELITA per Dei gratia, quarta clausula videlicet de peccatoris a Deo elongati reuersione in se. In presentis sermone incipienda est quinta clausula huius parabola, videlicet, quomodo ista reuersione ad patrem debet esse magna festinantia & diligentia. In qua dicitur quod ea quæ dicitur est patri, sunt quinque, scilicet dicens, Pater peccavi in cœlum coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus, fac me sicut vnũ de mercenarijs tuis. Primum, confiteri autoritatẽ & potestatem patris, dicendo (dicam ei, Pater). Secundum, confiteri propriam iniquitatem, dicens (peccavi). Tertium, confiteri confessionis veritatem, dicens (in cœlum). Quartum confiteri peccatorum diuersitatem dicens (coram te). Quintum subijcere se laboribus poenitentialibus, dicens (Fac me sicut vnũ de mercenarijs &c). Quæ omnia per ordinẽ declaranda veniunt. Et in presentis sermone primum, videlicet, de autoritate patris, quia dicit (dicam ei, Pater) sed prius salutetur virgo maria.

¶ Argumentum sermonis.

SImeministis fratres, heri reliquimus hũc adolescentẽ a Deo separatũ iam informatũ (vt in principio quartæ clausulae promiseram) putabam illum aliquãtũ cum tam bono apparatu & ordine sibi dato ad comparandum coram Deo patre, qui euisset. Verum hodie summo mane ad me festinus venit, quærens vt ulterius procederem in sua expeditione ad patrem, quia nimis anxie abatur de patris absentia. Sic profecto debet esse nobis: quoniam ea quæ Deo sunt, festinãtiam exigunt, dicente Ambrosio in quadam Homelia. Nescit tarda molimina spiritus sancti gratia. Reprehendenda venit ex hoc nostra negligentia, quia sumus quasi in fine quadragesimæ: cuius tantã magna, tot vtriusque sexus perlonæ, & nemo confitetur. Melius faciebat David, quod dicebat Psalmus. Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Et hoc anxietate videndi se cum patre dicebat, Fuerunt lacrymæ meæ panes die ac nocte: dum dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus? Hinc iste adolescens hoc desiderio permotus, quærit a me suam expeditionem. Cui ego, Vbi nam dimisisti dominum, cuius porcos pascebas? Manet inquit tristis de mea reuersione ad patrem. Quia sicut gaudium est angelis super vno peccatore poenitentia agente, sic tristitia euenit dæmonibus. Similiter porci dimittuntur, quia sunt porci. Quia præterit figura huius mun-

De potestate patris ministri ecclesiæ.

79

ij. Cor. vij.
i. Ioan. ij.

Roma. vi.

Ephes. v.

di inquit, Apostolus. Et Ioannis. Transit mundus, & concupiscentia eius, & non restat de illis nisi quædã cõfusio & verecũdia de tẽpore in illis cõsumpto & irrecuperabili, vt Apostolus apud gentiles conuersos dicebat. Quem fructũ habuistis, in quibus nunc erubescitis? Et idem. Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Et vere illi dies mali sunt, quos in istis voluptatibus, & vanitatibus expendimus, nil inde reportantes. Ideo redimendi sunt iuxta Apostoli doctrinam, videlicet, vitam emendando in hoc, quod de tempore restat. O in aduertentia multorum senum, tremunt manus, & caput, debilitatur virtus, caligant oculi, capilli canescunt, turbatur corpus, & non cogitatur de emendatione præteritorum errorum: Ita mundo deseruientes, ac si nunc in mundum aduenirent: hic autem adolescens desiderat videre patrem. Dices, ibo ad patrem &c. O adolescens, expectetis parumper. Oportet enim impleri promissum, quod specialiter in contritione promissistis, videlicet, comparẽdi coram patre. Nam in vestra contritione hoc inclusum fuit tantũ quod essentiale, & si non adimpleas, peccabis mortaliter. Ponderandum, quod bis dicit ista verba, videlicet, prius in sua reuersione in se, dicens, Ibo ad patrem, & dicam ei &c. Et postea corã patre actua liter in opere dicit, peccavi &c. quia oportet adimplere in opere, quod in interiori poenitentia promissistis. Item oportet etiam debitum quod incurristi ex peccatis soluere, videlicet poenam temporalem, in quam fuit commutata illa æterna ad quam tenebaris virtute contritionis, Dices, Ego adimplebo: dum coram patre comparuero. Dico quod oportet ante, quia aliter non admitteris apud illum, nisi suo substituto confitearis peccata quæ in eum fecisti, ibiq; soluas debitam poenam commutatam. Et quis est qui habet potestatem pro illo? Nam libenter implebo promissum per confessionem criminum. Et cuius arbitrio debitum debet taxari? Ego dicam. In ecclesia est qui hanc potestatem habet, ad quem velut ad patrem debes recurrere. Ideo illa turba post paralyticum curatum, & dum sibi peccata fuerunt remissa, glorificabat Deum, qui talem potestatem dedit hominibus. Verum quis est iste, qui hanc potestatem habet, & in quo tantam fateri debeo autoritatẽ? Dico, quod sacerdos euangelicus. Ideo ad ipsum verba assumpta dirigenda sunt, videlicet, ibo, & dicam ei, Pater. Ideo in presentis sermone tria videnda sunt. Primum, quid sit ista potestas tam excellens commissa patri ecclesia-

stico, quæ clauẽs vocatur. Secundum, quia in plurali illa potestas dicitur clauẽs, quod duplex est. Tertium, ad quid ista potestas se extendit, quia dicit, Ibo, & dicam ei, Pater.

¶ Prima pars.



DE primo, est questio theologorum, specialiter sancti Bonauenturae in. iij. dist. xvij. questione prima. An potestas excellentiæ, quam Christus dominus nõ-ster habuit supra corpus ecclesiæ, sit comunicabilis hominibus? Et videtur quod nõ. Quia cum ista dicatur clauis, nulla Clauis necessitas est, vbi ostium continue est apertum, & nulli clauditur. Ostium regni coelorum, id est, ecclesiæ militantis & triumphantis continue est patens & apertum, iuxta illud Io. Ego sum ostium. Et Ioannis, Eum qui venit ad me, non eijciam foras. Et apoca. Vidi in cœlo ostium apertum. Similiter illi soli conceditur clauis, qui solus aperire & claudere potest: sed hic est solus Christus. Esaiæ. Dabo clauem domus David super humerum eius. Et apoca. Ipse est qui aperit & nemo claudit: claudit & nemo aperit. Ex alia autem parte videtur quod sic. Quia non decet regem terrenum nec eius maiestatem clauẽs domus suæ secũ habere, sed seruis fidelibus committere: sic regem cœlestem (qui est apocalyp. Rex regũ & dominus dominatium, hoc scriptum habens in femore suo) vt has clauẽs fidelibus suis committeret. Sicut de facto Petro commisit dicens, Tibi dabo clauẽs regni coelorum. Et dedit, Ioannis. Quodcumque solueris &c. ¶ Pro intelligentia huius notandum est, quod Christus Iesus respectu suæ ecclesiæ triplicẽ habet potestatem. ¶ Prima vocatur autoritatis, quia Christus propria virtute in quantum Deus remittit peccata, videlicet remittendo culpam, & conferendo gratiam. Hæc solius Christi in quantum Deus est, nec illam cõmunicare potuit hominibus: quia nulli potest competere creare & dare gratiam autoritatẽ, nisi soli Deo, vt iudæi mirabantur non credentes ipsum Deũ dicentes Lucæ. Quis est iste, qui etiam peccata dimittit. Et Lucæ. Nemo potest dimittere peccata nisi solus Deus. Quia & Christus habuit, vt patet Lucæ, dicens, Vt sciat quia filius hominis habet potestatem dimittendi peccata in terra, dixi paralytico, Surge, & ambula. ¶ Secunda dicitur potestas excellentiæ, qua merito eius datur gratia & remittitur culpa. Quam habuit Christus in quantum homo. Tum, quia in virtute eius, scilicet passionis, sacramenta meritorie habent effi-

Ioan. x. c.
Ioan. vj. c.
Apoc. iij. c.

Esaiæ. xxij.
Apoc. iij.

Apoc. xij.

Matth. xvj.
Ioan. xx.

Lucæ. vij.

Lucæ. v.

Lucæ. v.

Quinta claus. Sermo. xxx. Feria. iiii. post quartam.

cauam, pro quanto gratiam quæ ibi datur, ipse meruit. Tum, quia ipse instituit illa, vt signa efficaciam. Tum, quia ad inuocationem nominis eius ministrantur. Hanc autem non potuit communicare hominibus: quia illam non habuit secundum quod homo est absolute, sed secundum quod homo vnitus hypostaticè verbo: ratione cuius meritum est infinitum, ex dignitate diuinæ personæ. ¶ Tertia, dicitur potestas ministerialis, per quam alicui cõpetit ministrare Sacramenta ex institutione diuina. Et hæc communicauit nõ omnibus, sed solis sacerdotibus euangelicis, quibus communicauit potestatem ministerij ad dispensationem Sacramentorum, quæ ipse pro ecclesia sua instituit, pro acquirenda, contra uanda, & augenda gratia, & diluendis culpis. De qua

Apostolus dicit, Sic nos existimet homo, vt ministros & dispensationes ministeriorum Dei. Quam potestatem volentes absolutionem a sacerdote euangelico obtinere, oportet confiteri in patre spiritua h dicendo, Vadam, & dicam ei, Pater. Quæ potestas claus appellatur, quæ secundum Hieronymum super Matthæum est potestas, qua habet iudex ecclesiasticus dignos recipere, & indignos excludere a regno. Et ista potestas est data, non innata, sed acquiritur in ordine Sacramentali, eo quod consequitur characterem, habens duos effectus vnico actu, videlicet absolueret & ligare. Sicut sol eodem calore liquefacit ceram, & indurat lutum. ¶ Ex quo inferitur quæ sit ista potestas ministerij seu claus. Et pro hoc notandum est, quod istud vocabulum claus translatum est a corporali clau. In corporalibus autem claus est illud instrumentum, quo remouetur obstaculum ad ingrediendum ipsam domum. Portæ enim sunt obstacula, & claus quo illa remouentur. Applicando autem ad spiritualia. In cælo non sunt portæ materiales, quia nõ possunt esse de materia cæli, cum sint æque immateriales. Nec de materia aliena, quia cælum nõ compatitur nisi quod est nature cælestis, vel ad modum illius. (Quod dico propter corpora beatorum, quæ modum cæli oportet induere, scilicet incorruptibilitatem, vt Apostolus dicit, Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem &c.) Cum igitur claus ista sit quæ remouere debet obstacula ad ingrediendum: videndum est, quæ sunt ista obstacula, & portæ quæ impediunt ingressum cæli: & ex hoc patebit, quæ sit claus, quæ illa aperiat & remoueat. Dico secundum eundem doctorem, quod triplex potest esse obstaculum in genere ad ingressum domus cælestis im-

pediens. Primum est culpa in Deum commissa. Et istam principaliter & autoritative Deus remittit, quia est potestatis autoritatis, vt supra diximus. Secundum est reatus ad poenam æternam, & debitum contra eum ad illam. Et istud solū potuit solui per eum quod potuit satisfacere pro nobis: & ita solū cõuenit Christo, quæ supra diximus esse potestatem excellentiam. Et hæc præterdunt autoritates superius allegatae de Esaiâ, quod habebat clauem Dauid. Et Apocalyp. quod ipse aperit & nemo claudit &c. Tertium est obstaculum debiti dimissi, videlicet, quia dimissa culpa, adhuc remanet obligatus peccator ad poenam temporalem, in purgatorio. Et istud potest remoueri per illum, qui potest poenam taxare. Et talis est minister Christi. Quæ potestas vocatur arbitrandi & taxandi. Et ista est potestas comunicabilis & comunicata hominibus. Erat enim clausura generalis & particularis. Generalis quidem, videlicet, illud impedimentum appositum ex peccato ad. Particularis vero, quam vnusquisque particulariter peccans apponit. Illam generalem totus Christus remouit per eius poenitentiam & passionem (vt doctores cõmuni ter dicunt, quod per passionem eius nobis aperta est ianua paradisi) Ad particularem vero aliam remouendam, contulit potestatem ministris ecclesiæ. Et ab vna deriuatur alia, vt ps. Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam barbam aaron, & in oram vestimenti eius. Hæc potestas remittendi peccata autoritative soli Deo conuenire diximus. Descendit ad capite, scilicet Deo (quia secundum Apostolum. Caput Christi Deus) in barbam, scilicet Christum (quia barba in capite est, sic Christus homo in Deo) Et deinde in barbâ aaron, id est, sacerdotem & ecclesiæ ministrum, vt inde descendat in oram vestimenti eius, scilicet ecclesiæ. Ex quo patet, quod licet sit similitudo inter clauem materiale & spirituale in claudendo, tamen maxima dissimilitudo est in effectu. Quia licet illa materialis sit ordinata ad aperiendum & claudendum: tamen magis principaliter ad claudendum, propter fures, & latrones, & alios. Sed hæc spiritualis principaliter ordinatur ad aperiendum, immo nõ est ordinata ad claudendum nisi propter aperiendum. Sequitur etiam ad propositum, quod claus sacerdotalis est illa potestas ministerialis concessa a Christo, vt remouere possit impedimentum quod ingressum regni cælestis impedit.

Ratio secundo principali, videlicet quod duplex sit ista claus, dicimus quod ponitur duplex, sci-

1. ad cor. iiii.

S. Hieron.

B

1. Corin. xv.

C

S. Bonau.

D

Doctores.

ps. cxxxij.

1. Corin. xj.

E

F

De potestate patris ministri ecclesiæ.

licet claus scientiæ, & potestatis. Exemplum. Sicut in foro iudiciali exteriori hæc duo requiruntur: vnū quod possit cognoscere in causa, & alterū quod possit sententiare: sic in foro animæ & interiori integratur hæc potestas in potestate discernendi (quæ vocatur potestas seu claus scientiæ) Et hæc non est habitus scientiæ, sed autoritas vtendi illa scientia. Potest ponit exemplum in scientia aduocati, & scientia iudicis. Quia prima est velut habitus, altera autem est autoritatis, vt stetur scientiæ eius in causa. Altera autem vocatur claus potestatis, quæ est potestas sententiandi, ligandi, & soluendi, vt stetur sententiæ eius, & a Deo ratificatur: quod certe magne potestatis est. Ideo Christus. Quodcumque solueritis super terram, erit solutum & in cælis &c. Et vna istarum ordinatur ad alteram, scilicet claus scientiæ ad clauem potestatis, quo ad illam ratificationem. Quod certe maxime in hoc ponderandum censo in virtute claus, videlicet, quod vis eius est, vt ratificetur quidquid fecerit apud Deum. ¶ Ex quo patet quantam peritiam vel scientiam debet habere confessor vel pater euangelicus, vt scilicet sciat discernere quod iudicare debet. Ad minus discernere inter peccatum mortale & veniale. Vel ad minus sciat dubitare, vt peritiorē cõsulat, & ad omne quare nõ habeat absolutionem. Quia aliter non solum peccat ipse audiens, sed instituens, & institutum permittens, si sua interest, & eum eligens scienter, & non est confessus. Tandem notare debent confessores quanta discretio habenda est in huiusmodi claus exercitio, & quæ diligentia in inquirendo, quæ sapientia in discernendo & interrogando, præcipue respectu illorum quæ ignorat vel præverecundia vult occultare: quæ discretio in crimine cognito & cõfesso, vt ostendat se velle onus secum portare sic leniendo, cõsolado promittendo: & cū opus fuerit, increpando, doleat loquendo, instruat operando. Ecce igitur duplicem clauem (quæ vnam sacerdotis euangelici potestatem integrant) quæ tantum autoritatis est: quod si recte procedit, ratificatur a deo. Et tandem de secundo.

G Tertio, videlicet, ad quid ista potestas se extendat. Dico secundum doctores, quod in peccato sunt tria (quæ alio diximus die). Primum Dei inimicitia, quia vt dicitur Sapien. xiiij. Odio est Deo impius & impietas eius. Et ps. cxviiij. Iniquos odio habui. Secundum detortitas siue macula, qua anima deturpatur. Threnorum. Denigrata est super carbones facies eorum. Tertium est

Doctores.

Sapien. xiiij.

ps. cxviiij.

Thren. iij.

reatus poenæ æternæ. Ad hæc tria solus Deus potest. Sacerdoti vero euangelico virtute suæ claus, & huius ministerij absolutionis secundum potestatem sibi a Christo vel ab ecclesia traditam, possunt tria conuenire. Primum est, quia peccatorem absolutum a Deo principaliter remittenti, ostendit. (vt Magister dicit in. iij. distin. xviii.) in facie ecclesiæ. Quia peccator quantumcumque absolutus esset a Deo, in facie ecclesiæ non haberetur absolutus, nisi iudicium sacerdotis præcederet super eum. Vt in figura contingebat sacerdoti legali ex præcepto Dei super leprosum mundatos. Et redemptor noster antequam peccatorum illius peccatricis (quæ erat in ciuitate) remissionem manifestaret, voluit, vt iudicium rectum Symonis præcederet. Secundum quia peccator religando aliqua poena temporali ab ipso (vt Christi arbitro) taxata absolutus, & liberatus a poena purgatorii, quia in hoc habet officium arbitri. Et si est sufficiens, & nõ errat in arbitrio, aliam in purgatorio nõ sustinebit. Tertium est, quia virtute claus aliquam partem poenæ purgatorii relaxare potest, Deo tamen notam. Quartum si vis potest addere secundum Scotum, quod per applicationem Sacramenti de attrito sit contritus (vt supra diximus) Quæ tria significata fuerunt in resurrectione lazari in tribus quæ commissa fuerunt ipsis Apostolis, videlicet, tollere lapidem, ligatum in stratis soluere, & liberum abire permittere. Nã tollere lapidē, est poenâ purgatorii in satisfactoriam cõmutare. Ligatum in stratis soluere, est absolutum ostendere. Eum libere abire permittere, est plene liberari. ¶ Hæc sunt, fratres, ad quæ claus sacerdotis euangelici se extendunt. Ve, qui ad vltiora potestatem suam extendunt, vt puta ad non restituētes, ad matrimonia non in facie ecclesiæ celebrata, & ad promissa quæ non implentur, & ad absoluentium in poenitentibus concubinarios, & usurarios sine restitutione &c. Ideo attendere deberent, quod ad solum illa (quæ modo diximus) se extendit, & quanta eorum peritia debet esse. Quoniam si prædicatoribus, iudicibus, quibus solum diuinam partem dedit de iudicandis, videlicet, solum manifesta, & quæ exterius concurrunt: qui ad hoc habent tot codices, & volumina reuoluunt, & vix possunt finem letigij dare: quid faciet pauper sacerdos, qui & de occultis & publicis, quæ in confessione occurrunt, iudicare tenetur, quæ pauca vidit, & in tanto discrimine iudicandi positus est? Ideo hanc potestatem ministerialem adolefens

Magist. sent.

Luc. viij.

Scotus.

Quinta claus. Sermo. xxx. Feria. iiii. post quartam.

hic cognoscens in patre dicit, Ibo ad patrem meum, & dicam ei, Pater.

¶ Secunda pars.

Hic Offet aliquis dicere, Nonne istam potestatem dedit Deus sacerdotibus plenariam, cum dicit, Quodcumque solueris super terram, solutum erit. &c. Dicunt aliqui, quod est distributio accommodata, videlicet, Quodcumque solueris, videlicet soluedum. Sed quicquid sit, dico, quod non potest in quatuor casibus. Primus est, si non sit contritio vel attritio, quia nunquam eum debet absolueri, quem non assumat contritum vel attritum. Quia apud Deum (vt patet ex dictis supra) non esset absolutio, eo quod sic accederet. Secundus casus est, vbi inuenitur excommunicatio: prius enim ante confessionem debet absolui ab illa. Tum ratione ipsius confitentis. Quia absolutionem a peccato (vt fit in sacramento) debet precedere absolutio ab excommunicatione, eo quod excommunicatus non potest recipere effectum Sacramenti, & tamen de hoc parum curatur. Tum ratione sacerdotis, quia si est excommunicatus, non habet super eum iurisdictionem (quae requiritur). Tertius casus est, ex defectu iurisdictionis, quae forte habet casus reseruos, & non est de omnibus suis. Modo sunt tot bullae concedentes idem confessori, quod in habentibus illas, non esset multum trepidandum. Esset tamen aduertendum de quibus datur ei iurisdictionis, & a quibus negatur. Quartus casus est ex defectu discretionis, quia dicitur quod clauis non errat, vt si retinetes odia absolueret, cum non possit. Magna igitur requiritur discretio in executione istius clauis, vt sit plene liberatus. Ideo Saluator non illico quod linituit oculos huius caeci euangelici, visum dedit, sed misit ad natatoria syloe, vt esset occasio examinandi a sacerdotibus. Per hoc volens ostendere, magnam examinationem esse necessariam in sacerdote euangelico, videlicet, an sit peccator litus a Deo oleo misericordiae, vt tamquam pater determinet eius liberationem, vt patet in Euangelio hodierno Ioannis. ix. c. in quo ponuntur tria. Primum caeci peccatoris a Deo illuminatio. Secundum ipsius a sacerdotibus examinatio. Tertium huius potestatis confessio, quia dicit, dicam ei, Pater. ¶ De primo, dicitur in textu, quod cum iudaei voluerunt eum lapidare, & quod abscondit se, & exiit de templo, In isto exitu vidit hominem ibicacem a natiuitate, & detinuit se aliquantulum, videlicet, vt discipulis daret occasionem interrogandi, vt fecerunt, dicentes, Rabbi, quis peccauit, hic aut

Euangelii.
Ioan. ix.

parentes eius vt caecus nasceretur? Pro quo aduertendum, quod cum iste caecus natus esset, non potuit habere nisi peccatum originale, & parentes illius actuale. Debuerant enim discipuli esse de opinionione amicorum Iob, videlicet, quod ista mala non eueniunt nisi propter peccatum: ideo cum iste non haberet nisi originale ante caecitatem, dubitarunt, an propter originale illius: an propter actualia parentum caecus natus esset. Non dubitamus, quod aliquando propter impuritates parentum in suis commixtionibus filij nascuntur caeci, claudi, & cum alijs monstruositatibus & etiam propter alias causas: veruntamen Deus, vt iudex iustus, & sapienter omnia dispones, propter alia permittit. Tum primo ad punitionem culpae, & eius remedium, vt ab illa retrahatur. Vel ad exercitium patientiae, vt in Iob. Tum secundo, Inchoatiue incipiat habere iam hic infernum. Ieremie. Plaga inimici percussit te. Pondera hoc. Tum tertio, ad emendationem, ne deterior illi contingat, vt contingit illi paralytico. Tum quarto ne peccet, sed praeseruetur, vt patet de limulo carnis Paulo dato. Tum quinto, propter virtutis exercitium, vt caecitas data fuit Tobiae. Tum sexto, vt inopinata salus concedatur, vt ex hoc opera Dei manifestentur, vt Christus hanc causam in praesentia assignat. Prosequatur historia quousque misit ad natatoria syloe. ¶ Mystice. Duplex est caecitas. Prima est caecitas originalis culpae, & a natiuitate procedens: quoniam primi parentes in prima sui conditione habuerunt oculos apertos: quibus Deum, seiplos, & agenda interius conspicerent sicclare, vt eorum intellectio seu cognitio esset propinqua intellectio angelice. Veruntamen de demonis suggestit dicens, eritis sicut dii: & aperientur oculi veluti. Quod dictum certe verum fuit quo ad intentionem eius, quia aperti sunt quo ad experientiam poenae post peccatum, vt dicitur in Genesi, quod postquam comederunt, aperti sunt oculi eorum, & viderunt se nudos &c. Similiter fuit verum quo ad dispositionem diuinam (quam vt opinor de demonis non intellexit) scilicet quo efficiendi erant dii per participationem ex aduentu Christi ad remediandam illam culpam contrahendam ex comestione, & quod consequenter aperirentur oculi eorum per claram cognitionem Dei. Et (saluo meliori iudicio) hic daemon prophetauit, licet non esset propheta: ad minus prophetauit, id est, dixit, quod in eis defaeto veterum erat, licet nec ille hoc intelligeret, nec per illa verba intenderet verum. Tum postea ex

Iere. xxx.

j. Cor. xij.

Thobi. ij.

I

Gene. iij. c.

De potestate patris ministri ecclesiae.

81

coecati sunt, ex peccato in naturali cognitione, velut papilionis & noctuae, quae ad lucem candelae excaecatur. vt ps. Dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum non est mecum. Tum etiam a super naturali, quo ad deitatis cognitionem. ps. Dixit insipiens in corde suo non est deus. Tum etiam a seipso. ps. Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Ad remedium vero huius caecitatis a natiuitate (vt diximus) procedetis, fecit lutum ex sputo, vt oculos generis humani linit. Sputum quod ab ore procedit, verbum est, ps. Eructauit os meum verbum bonum. Terra vero est ipsa humanitas, quam de limo terrae Deus a principio formauit. Lutum igitur ex sputo & puluere constitit, ipsa Christi persona est, vtriusque naturam habens, videlicet diuinam & humanam. Linitio oculorum est fides ipsius incarnationis. Tunc enim oculi linitur, cum ista fides in corde habetur. O fratres, respondemus quod non essent praedicatores, qui viam nostrae salutis docerent, nec etiam libri, in quibus legeretur: sola ista linitio, videlicet ponendo ante oculos nostros, quae Christus in carne, in hac vita fecit fulsisset, ne viam caeli errare possemus. Ideo mittit ad natatoria syloe, videlicet baptismum, in quo fides Christi in corporamur & ista linitio fit, & actualia & originale delentur, & anima munda euadit. ¶ Moraliter & ad propositum est alia caecitas, videlicet culpae actualis, quam homo sua propria malitia excaecatur, vt a Deo separatur, de qua sapientie. Excaecauit eos malitia eorum. Et Sophoniae. Anbulabunt caeci, quia domino peccauerunt. Habemus exemplum in Sedechia, quem Nabuchodonosor captiuum tenens, eruit vtrumque eius oculum, & illum misit in teterrimum carcerem. Nabuchodonosor diabolus est, qui captiuum tenens hominem in peccati regione, abstulerat oculum vtrumque: dextrum, scilicet, ne gloria Dei, quam auisisset, consideret: & sinistrum, id est, poenam quam incurrit, propter peccatum, vt sic remaneat in carcere culpae & poenae. Iste sic excaecatus dirigitur a puero, scilicet carne, non valente iuuare (vt in caecis fit a pueris suis) & sic cadit in foueam inferni miserabiliter. Oportet igitur facere lutum ex sputo. Sputum est ipsa praedicatio poenitentiae & confidentiae Dei misericordiae, vniuersam poenitentis, ratione collatae potestatis sacerdotibus, ecclesiae quae ab ore praedicatoris procedit velut salua, & quandoque cum sanguine ipsius (vt pluries expertus sum ex labore) Puluis autem sunt peccata, quae terrenam faciunt voluntatem, & sicut quaedam

ps. xxxvij.

Psal. xij.

Psal. xlvij.

Psal. xlvij.

Sapientiae. ij.
Sopho. j.

ij. reg. xxxv

linitio ex peccatis cum contritione interiori: & vadat ad natatoria syloe (quae interpretatur missus) litis oculis conscientiae luto confidentiae remissionis, Christus enim missus est ad vocandos peccatores ad poenitentiam, ideo natatoria missi poenitentiae sacramentum est, vbi crimina lauantur, & vbi poenitentes debent natari ad modum crucis (vt faciunt natantes in flumine) ad quam natatoria aquae descendunt sine strepitu, vbi inuisibilis gratia datur, & remissio culpae fit sine strepitu in anima, vt patet in Magdalena, quae nil legimus nisi pedes Christi lauare & capillis tergere. Et in ista via, scilicet poenitentiae, inuenit sacerdotes, qui ligaturas peccatorum soluant, & poenas. Ideo dicit, Ibo, & dicam ei, Pater. ¶ De secundo, ponitur huius facti examinatio a sacerdotibus. Notandum quod lex praecipiebat quod si aliquod nouum oriretur in populo, ad sacerdotes examinandum duceretur. Ita enim alguazilli & ministri iustitiae ducebant eum, & coram illis fuit interrogatus (vt in litera) videlicet, quod inter se dicebant, Nonne iste est qui mendicabat filius talis? Alij dicebant quod sic, alij quod non, sed erat similis illi. Ipse autem dicebat, quia ego sum, & referebat casum. Ex quo alij dicebant. Hic homo non est a Deo, quia non custodit sabbatum. Alij contra, Quomodo ergo haec facit? Et sic erat inter eos quaestio. Tandem vocant parentes, & interrogant, ipsi autem fatentur filium eorum esse, quomodo autem videat, ignorant. (Dicatur totum, quia littera clara est.) ¶ Moraliter haec est vis Sacramenti poenitentiae, vt illuminatus non cognoscatur a pharisaeis, id est, diuisis peccato, scilicet demonibus: Exemplum de illa muliere confessa in stabulo, quam daemon accusans ante poenitentiam, postquam confessa fuit, fatebatur nunquam talia de illa dixisse. Ipsi autem iuramentum exegerunt a parentibus, ipsi vero confessi sunt eorum esse filium, salutemque eius videbant, modum tamen negauerunt: cum etiam illum nesciret, remittentes se ad filium, vt postquam aetatis sufficientis esset, loqueretur pro se. Ex hoc libeat attendere quo iure diuino iudices exigant iuramentum ad votum in qualibet re inducendo, calumniando, & promittendo, vt in Aragonia fit: seducunt reum ex torquendo veritatem. Crederet eos peccare. Ratio, quia intromittit se in his, quae iudicij Dei sunt. Et illud apostoli, Omnis contrauerfio finis iuramentum intelligitur inter partes (non autem de iuramento circa ista occulta, quae in foro dei sunt, & quorum cognitio est Deus solus certitudinaliter & vbi libere

1

Quinta claus. Sermo. xxxi. Feria. v. post quartam.

partes consentiant stare iuramento, vt finis letigio ponatur. Isti ergo miseri alliciebāt illum dicentes, Christum esse peccatorem: & quia peccatores Deus non exaudit, ideo posset cum bona conscientia iurare, ideo dicunt, Da gloriam Deo, id est, iura per Deum hoc factum: vel dic veritatem, quia in hoc Deum glorificabis, nos scimus quia hic homo peccator est, & ita potes iurare in conscientia nostra. At vero a Deo illuminatus respondit vnum certū, alterum ambiguum. Ambiguum dicit, Si sit peccator, nescio. Certum autē scio, quia cum essem cecus, aperuit mihi oculos. Illi iterum quærunt, si ipsum varium inuenissent, & sic miraculum redderet dubium. Ille autem reificauit dictum, dicens, Dixi bis. Nūquid vultis vos fieri eius discipuli? Cui illi, Tu discipulus eius sis, nos autem Moysum sumus, & in peccatis tu natus es, & doces nos? Et sic maledicentes ei excommunicauerūt, & eiecerunt a synagoga. Mirabilis est dignitas sacramenti poenitentiae, patrisq; spiritualis potestas. Quia & si peccatores Deus nō exaudit, scilicet vt possint facere miracula: hoc tamē miraculum circa eos fit, scilicet cōuersio (quæ secūdam Augustinum est miraculū) sed dum ad sacramentum accesserit, iam non est peccator: & ita Deus illum ibi exaudit, dum ei miseretur peccata condonando. Item & defendit eū

8. August.

cum a demonibus maledicitur, à regiōe sua expellitur, quia ad sacramentū ecclesiae introductus est. ¶ De tertio, ponitur huius potestatis in patre cognitio: quia dicitur quod inuentus à Christo, dixit illi, Credis in filium Dei? Respondit, Et quis est domine vt credā in eum? Cui Christus. Qui loquitur tecū ipse est. Sequitur. Credo domine &c. Quasi dicat, Hæc porta & fundamentū remissionis peccatorum credere filiū Dei principalē remittētem, eiusq; Sacramēta velut instrumēta, vbi peccata remittuntur, & etiā poena virtute clauium, ideo dicit, Quis est dñe, Quasi dicat, Deū nō video principalē remittētem, ideo quis habet istam potestatem me à peccatis curandi? Sequitur. Qui loquitur tecum, ipse est. (id est) Ille cum quo loquaris peccata tua, homo sicut tu, & forte peccator sicut tu, qui etiam alteri homini confitetur sua, ideo ipse est. Idcirco filius Dei est, qui interius te sanat: sed qui auctoritatem ab ipso habet, ipse est qui loquitur tecum, ille largitur ministerialiter gratiam, & soluit à poena. Sequitur illuminatus, Credo domine, videlicet quod tu es qui principaliter, & ille vt minister conferens gratiam hic, vt tu solus mihi in futuro conferas gloriam. Ad quam nos perducatur ipse Christus Iesus qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Sermo trigessimus primus. Feria quinta post quartam

TAM DOMINICAM. DE VSV ET EXTENSIONE HV.

ius ministri potestatis. Sub isto themate.

¶ Ibo ad patrem meum, & dicam ei, Pater.

Ex parabola Lucae. xv. cap.



VIT declaratū sermone preterito de primo quod iste adolescens in patre confitetur, videlicet potestatem ministri supra corp⁹ mysticū ecclesiae, quæ consistit in quatuor. Tū, quia ostēdit ipsum esse absolutum, & admittit ad eucharistię sumptionē. Tū in ligādo & soluendo, Tum in taxatione & arbitratione poenæ. Tum in ministracione sacramēti, vt de attrito fiat cōtritum

modo exposito. In presenti sermone dicēdum est de vsu hui⁹ potestatis, quæ ex parte ministri requiritur: vt nō solū cōfiteamur potestatem illi inesse, sed vsū illius. vt vere dicamus ei, Pater. Sed prius salutetur virgo Maria.

¶ Argumentum sermonis.

Ria notanda sunt fundamenta ex quibus sequuntur tria dubia pro tribus pūctis tractandis in presenti. ¶ Primū fundamentū est, Nā diximus potestatem auctoritatis supra corpus ecclesie esse in Christo, vt Deus remittēs peccata, & excellentiā in ipso, vt homo Deo vnit⁹, & ministerij esse penes patrem sacerdotem euangelicum velut penes seruū Dei fidelem. vt apostolus. Iam nūc queritur inter dispensatores, quis fidelis inueniatur. Et ista

A

1. Corio. iij.

De vsu & extensione potestatis ministri ecclesiae. 82

consistit in illa duplici clauē respectu impedimenti, scilicet cognoscendi & determinandi, vt sit sententia rata a Deo, a qua non potest appellari. Ex hoc oritur dubium, an ista æqualiter detur sacerdotibus tam bonis quā malis? an cū character sit fundamentum huius potestatis (qui etiam inuenitur in bonis & in malis æqualiter) sic sufficiat eligere malum sicut & bonum ad exercitium huius potestatis, & ita vni sicut & alteri dicere, Pater? Ratio dubitandi est, quia in malis sacerdotibus solum prohibetur ne in operibus conformentur subditi, non autem in illis quæ ad cathedram pertinent, & auctoritatem. (vt declarando illud, super cathedrā Moysi federunt &c. plenarie declarauimus) Ex alia parte videtur, quod ministerium bonū eligere debemus. Tum, quia à Christo commendatus est Petrus, dicente, Beatus es Symon bariona &c. Et postea subdidit, tibi dabo clauēs &c. Similiter Apostolis ante dationem clauium dixit, Accipite spiritum sanctū, quorum remiseritis &c. videtur quod bonitas ministerij ad vsū huius potestatis & clauis exigatur. Ideo merito querendum est, si malitia ministerij impedit effectum, vel si bonitas ministerij proficiat, vt non solum debeat cōfiteri in patre auctoritatē, sed etiam bonitatem dicendo, dicam ei, Pater. ¶ Secundū fundamentum. Diximus quod ista potestas non se extendit ad culpam, quia hanc solus Deus remittit: nec quo ad solutionē poenæ æternæ, quia solus Christus in quantum homo vnitus habet clauem, videlicet satisfaciendo iustitiæ diuinæ: sed solum extenditur ad poenā temporalem, videlicet taxando arbitrarie, & etiam absoluendo ab illa purgatorij ligando aliqua poena tēporali, & de illo potest remittere sicut ei videbitur. Ex hoc insurgit dubium, quia si arbitrarie procedit, oportet stare eius arbitrio, & si nō bene arbitrabitur, ex eius simperitia, & illi me commiserō, vellem scire, an poterit taxare ad libitum, sicut sibi placuerit, & illa taxatio sit ratificatiua in cœlis? ¶ Tertium fundamentum, Dictum est, quod potestas istius ministri se extendit, vt illam poenam purgatorij commutet in tēporalem poenā hic soluendā: nam & hoc erat absoluere & ligare. Queritur si hic minister habet aliquā potestatem sup illos de purgatorio, ad minus super poenas ibi soluendas: quia suus principalis videlicet Christus filiū viduæ resuscitauit, & resuscitatum tradidit matri suę, & intuitu matris illud fecit. Hæc sunt tria pūcta declaranda in presenti sermone. Primū, si in ista taxatione obest malitia sacerdo

tis, vel an bonitas necessario requiratur. Secundū, si eo quod arbiter est, potest ad libitū taxare, vt sit ratum apud Deū? Tertium, si eius taxatio se extendit ad purgatorium, vt respectu omnium istorum dicamus ei, Pater. ¶ Prima pars.

Quantum ad primū est formalis quæstio sancti Bonaventuræ in iij. distin. xix. ar. j. & j. s. Bonauē. q. ij. & pro decisione eius ponitur. Primū dictum, quod ista potestas radicaliter & inseparabiliter sequitur characterem sacerdotalem quantum ad essentiam. Sicut enim potentia visiva quantum ad essentiam radicaliter fundatur in anima, nec animā vnquam deserit, quantū vero ad vsū exigit organū dispositū & mediū illuminatū: sic in proposito potestas soluēdi & ligandi quantū ad essentiam radicaliter est in anima sicut & character: nec videtur ab illo differre, nisi scdm relationē quādam, & hoc modo inseparabiliter se tenet cū ordine sacerdotali (etiam in degradato) Si vero ista potestas nō quo ad essentiam sed quo ad vsū consideretur, requiritur duo. Primū, scilicet statū viatoris. Cuius ratio est, quia sicut ratio merendi nō conuenit charitati nisi in via: sic nec potestas recōciliandi, nec Sacramenta ministrandi. Nullus namque sacerdos, quantumcūq; sanctus, potest nisi in statu ecclesie militantis hæc ministrare: & sic per mortē ille potestatis vsus dicitur amitti in anima separata. Alterum etiam quod requiritur est iurisdicctio. Cui⁹ ratio est, quia est medius & arbiter inter Deū & peccatorem, cognoscens in e⁹ causā. Nō enim potest hoc dici, nec cogitari sine animæ liquēfactione, ex cōsideratione amoris diuini, vt arbitriū instituat in hoc de quo velimus nolumus ipse solus est iudex. O bonitas diuina? In quātū ergo mediator inferior est Deo, & superior poenitēte, & arbiter iudex cōstitutus loco Dei ad aperiedam ianuam cœli: ideo cum nemo possit alium iudicare nisi sit superior illo. vt Apostolus. Qui iudicat me, domin⁹ est. Et idem. Quis es, qui iudicas seruū alienū? ergo oportet habere iurisdicctionē. Exemplum de clauī, quia si non habet virtutē motiuam mouentem, nunquam aperiet, & cessat clauis executio. Hæc autem iurisdicctio cessat dupliciter. Vno modo per ablationem subditorum quantum ad rem, vt in schismaticis, hæreticis, excōmunicatis, precisis, & fornicarijs publicis. Vel quantum ad ablationē secūdū rē & spē, vt in de gradatis, quibus sine spe recuperadi ipsa potestas seu iurisdicctio aufertur. Vnde scdm sanctū Bonaventurā hæretici & excōmunicati sunt & dicitur habere manū

Quinta clausula. Sermo. xxxi. Feria. v. post quartā.

ligatam, & degradati manum amputatam & abscissam. Ideo dicimus, quod & si clavis quātum ad esse, ordinem consequitur, tamen quātum ad executionem sequitur statū & iurisdictionem. Ergo ex hoc habetur, quod in quolibet ministro existente in isto statu & habente iurisdictionem confitenda est ista potestas, & illi verba assumpta dicenda, dicam ei. Pater. ¶ Secundum dictum. Quod solus sacerdos bonus est idoneus minister huius taxationis absolutionis & executionis clavis potestatis. Quod patet. Quia si loquimur de ista potestate quātum ad ea quæ sunt de necessitate, solū sufficit donum spiritus sancti, videlicet gratia gratis data, si des, & illa quæ hic dantur: & ista infallibiliter sunt in recipiente ordinem, quia alias non reciperet. Et ista secundum institutionem diuinam dantur omni recipienti ordinis Sacramentum siue sit bonus siue malus. Ratio huius est, quia istud non confertur principaliter ad utilitatem recipientis, sed ad utilitatem communem & totius ecclesie. Et ita malitia vnus non potest præiudicare toti ecclesie. Et solum attenditur in hoc ista utilitas, quam etiam malus potest (vt de prædicatore malo moraliter, si bene prædicet facit fructū, exemplificari potest) & recipit characterē solū ordinetur scdm catholicā formā. Sic ergo, quātum ad id quod est ex necessitate clavis siue quātum ad esse, siue quātum ad vsum executionis cum nil exigatur nisi ordo, & iurdictio, tam in bonis quam in malis est, & confertur. Et sic intelligitur illud, Accipite spiritum sanctum &c. supra allegatum, videlicet. De dono spiritus sancti, & gratia gratis data. Et ita ligat & absoluit. Habemus exemplum bonū in Thoma, qui absens & malus (quia existens in incredulitate vsque ad diem octauum resurrectionis) in die sancto Paschæ accepit hanc potestatem, vt patet. Quia non legimus postea sibi fuisse collatam istam potestatem, & illam habuit sicut & ceteri apostoli. Hæc est sententia Cirilli, vt recitat Ioānes de Echio in quadam Homilia. Nec inconuenit hoc, vt ex scriptura habemus, scilicet Numeri. xi. vbi prophetiæ donum receperunt Baldac & Meldac, qui erant absentes ab alijs. Si vero loquimur quantum ad ea quæ spectant idoneitatem, cum ad debitum vsum officij concurrat meritum, & autoritas prælationis debeat esse cum sanctitate, maxime tale officium, debet esse ista autoritas cū sanctitate & bonitate. Et ita solum competit ei, qui habet charitatē. Ratio huius est, quia illud officium est, mediatoris & reconciliatoris: &

similiter arbitri, & iudicis. Nullus potest esse mediator bonus, qui est inimicus Dei. Et nullus bonus iudex in causa, in qua est reus. Igitur oportet ipsum esse mundum & liberū à peccato. Alioquin & si sit minister, non tamen est idoneus, & caret officio mediatoris & reconciliatoris idonei, & parum poenitenti proderit, nisi solum virtute illius cuius est arbiter & minister, scilicet Christi & ecclesie, non tamen ex parte meriti suæ personæ. ¶ Ex quo patet ratio quare Christus Petro antequam committeret oues pascendas quæ fuit ab eo charitatem dicendo ter ipsum diligeret. Similiter & Apostolis daturus illam potestatem præmisit dicens. Accipite spiritum sanctum &c. Et ea in causa fuit, vt non solum essent ministri: sed idonei ministri. Iuxta illud Apostoli. Idoneos nos fecit ministros noui & veteris testamenti, videlicet cum autoritate donādo gratiam. ¶ Ex quo libeat attendere, quod & si minister malus non possit auferre liberalitatem Dei in suo sacramento, condonando culpam & relaxādo poenam: tamē si bonus est, multum prodest ex parte sua ad utilitatem poenitentis. Ideo attendere debet ad patrem, in quo ista potestatem confertur, vt ad illum accedat, scilicet autoritatem seu potestatem in ministerio, & simul bonitatem in persona habentem: vt non solum profit in ministrando, sed etiam in reconciliando, vt dicat, vadam, & dicam ei. Pater. Et patet primum.

E secundo, scilicet an ad libitum & pro arbitrio suo hanc debeat exequi potestatem, est notandum, quod communiter dicunt doctores quod sic, si clavis non errat. Quod multipliciter potest intelligi. ¶ Vt quidam canonistæ & aliqui theologici dicunt, quod tunc clavis errat, quando aliquem absoluit, qui non proponit abstinere à peccato, vel remittere offensam, vel restituere, vel petere veniam ab offensa, vel recedere à mala societate: nihilominus ipse absoluit ex ignorantia vel ex alia causa. Et in hoc verum dicunt, & tunc non habet locum arbitratio eius. Ratio iam dicta est, quia non est absolutus à Deo, nec poena inferni commutata in temporale, super quam taxandam ista clavis se extendit (vt dictum est supra). ¶ Secundo alij dicunt, vt quidam Vincentius nomine, quod si super terram in illa autoritate. Quodcūq; solueritis super terram &c. Declarat illud verbū. Quodcūq; solueritis, id est, cū non absoluit aliqua affectio terrena vel timore, quātum absoluit ex terra, & super terrā. ¶ Tertio nos (sal-

De vsupotestatis & extēsiōe ministri ecclesie. 83

uo meliori iudicio) in re tam importanti dicimus, quod cum clavis (vt dictum est) sit instrumentum ad aperiendum, habet duos respectus (loquor de clauē materiali) vnū admouens principale, sine quo mouente non aperiret ianuam: alium habet ad illa quæ aperire debet (quæ vulgariter dicitur in clauisura, scilicet guardas) taliter, quod si non se proportionat illis, nunquam aperiet. Sic in ista clauē isti duo respectus sunt habendi in vte illa. Vnus est ad Deum principalem aperiendam & absoluentē, sine quo ipse nil absolueret potest, nisi quæ Deus absoluit. Ideo semper ad ipsum in absoluendo respicere debet, vt clauē ista vtatur circa illum: quem credit a Deo absolui, & conformabitur sua clavis & potestas principali motori, scilicet deo. Alter respectus ad illum quem absolueret tenetur, id est, ad dispositionem quam inuenit in poenitente, vt adimplere possit, quæ taxare debet, & si non attendit circa ista, clavis errat, sicut erraret illa materialis. Et secū dum illum respectum primum potest esse tertia expositio illius. Accipite spiritum sanctum. vt prima expositio sit de gratia gratis data requisita de necessitate ad receptionem huius potestatis. Secūda de gratia gratum faciente requisita ad idoneitatem, & tertia. de ista conformitate ad diuinam voluntatem in absoluendo & taxando, quam poterit coniectare & cognoscere ex dispositione poenitentis. ¶ Ex quo sequitur corollarium intentū, quod sacerdos euangelicus non potest pro suo libito & voluntate absolueret vel ligare poenitentem, sed quibusdam obseruatis, quæ confessores attendere debent. Primum obseruandum & attendendum est, quod præcedat æquitas, & diuinum iudicium Dei absoluentis. Et hoc patebit sibi ex contritione, vel attritione, & proposito poenitentis. Secūdū est autoritas & potestas in ipso. Tertiū curia approbans, videlicet vt in taxatione conformetur iudicio Christi, si cum illo existeret in iudicando, sic faciat, & secū dum dispositionem poenitentis: quia si meretur tantum & potest adimplere: adimpleat & ei imponat: & si videt magnam habere contritionem (quæ vt diximus secundum feruorem eius remittit de poena) minorem imponat. ¶ Ex quo reprehendendi veniunt, qui ignaros confessores quærunt ad determinandum de grauibus, videlicet de rapinis, vsuris, &c. & putāt se ab illis absolui dicentes, Quid ad me? ipse accepit supra se. Et forte non habent libros, nec quādoque aliquod confessionale, ideo cæcus ducit cæcum, & ambo (teste saluato

re) cadunt in foueā inferni. Alij autē vadunt ad monasteria fratrum sine discretionem quis sit confessor domus, quis autē nō. Putatis fratres, quod omnes sunt confessores qui portāt habitum? Ideo in monasterijs oporteret quærere prælatū illum, & ab eo quærere confessorē idoneum, & eius conscientiam onerare. Alij autē vadunt ad alienas parochias, & quod peius est, ad communicandū. ¶ Ex quo vltimo liquet pro conclusione huius puncti, quod si poenitens inuenit in patre isto, quod est non solum minister quo ad autoritatem, & quo ad executionem habet statum & iurisdictionem, & quo ad vsum bonitatem & idoneitatem: sed etiā in actu sciens taxare arbitrario modo prædicto: fiducialiter poterit dicere verba assumpta, Ibo ad patrem, & dicam ei. Pater. Et tantum de secundo.

E tertio, videlicet an ista potestas se extendat ad purgatorium? Notanda sunt aliqua. ¶ Primum, quod purgatorium est. (Quia isti neoterici illud impie negant) Quod patet ex illo textu secundo, Machabæorum. xij. c. vbi concluditur, Sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur. Defuncti namque qui sunt in inferno, non soluantur à peccatis, cum ibi nulla sit redemptio liberatiua, nec existentes in paradiso, quia existentes ibi non habent peccata, à quibus soluantur: ergo si solutio aliqua est pro defunctis, non est alia, quam in purgatorio, Quomodo cumque velint accipere purgatorium, nos illud dicimus purgatorium. Item Malachie dicitur. Et purgabit filios leui, & colabit eos quasi aurum & argentum. Leui interpretatur assumptus. Significat eos, qui assumuntur ab isto statu, & apponuntur ad patres. Isti probantur per ignem, si quid expiabile deferūt secū. Sicut de argento & auro scoria dimittitur cū colantur. Tandē ratione probatur sic. Quia qui decedit, aut decedit in gratia, aut extra gratiam. Si extra gratiam: aut cū solo originali, & sic vadit ad Lambum puerorum, priuatus semper visione deitatis. Aut decedit cum actuali peccato: & hic descendit in infernum, vbi semper habebit poenam damni & sensus sine redemptione. Ideo pro his non est orandum, nec aliquid agendum. Si autem decedit in statu gratiæ: aut in tanta puritate & perfectione, vt nihil habeat secum cremabile seu purgabile, vt paruuli baptizati. Exēplū, Ioanni purissimo apertū est coelū. Vel vt decedēs in martyrio pro Christo, in cuius signū primo martyri, scilicet Stephano ostesum est

Cirillus.
Echio.

Numeri. xi.

D

ij. Corin. iij.

F

G

ij. Mach. xij.

Malach. iij.

E

Vincētius.

coelum apertum. Similiter etiam ut viri perfecti, in cuius signum Christo baptizato aperti sunt coeli. Aut decedit in statu gratie, deferens secum aliquod veniale: siue quia non satisfecit plene pro mortalibus commissis (& si de illis contritus fuerit) & ita non potest intrare paradysum: non est congruum, ut tali detur poena eterna: ergo debetur ei poena temporalis & ad tempus, & pro his ordinatum est purgatorium ubi illa poena temporalis patitur. Et illum locum dicimus nos purgatorium. De hac materia la-

H tuius dicimus super apocalypsim. ¶ Hinc sequitur, quod quamuis non sit certitudo ex sacra scriptura de loco purgatorij: tamen communis doctorum opinio est, quod sit in visceribus terrae vicinis & contiguus inferno. Verum est tamen, quod ex dispensatione diuina aliquibus datur speciale purgatorium. Tum primo propter leuiorem purgationem. Tum secundo propter celeriore liberationem. Tum tertio, propter culpae perpetrationem in tali loco. Tum quarto propter alicuius sancti orationem. De quibus omnibus vide

Gregorius. Gregorij in dialogorum libro. ¶ Secundo notandum est, quod in illo purgatio generalis sunt quatuor poenae. Prima ex carere diuinae visionis ad tempus cum spe, quae autem spes affligit ex dilatione visionis dilecti Dei, & est tamen in illorum desiderium, quod nullum aliud potest ei aequari. Quantum anxie abatur Iacob ex desiderio videndi filium suum Ioseph? Quantum regina Saba pro Salomone? quantum Simeon videret Christum in carne? Hec secundum Thomam est maior poena in purgatorio. Secunda est afflictio daemonis irridetis pro coram negligetia hic habita, quia cum non habeant ibi animas torquendi potestatem, ad minus irridet illis. Tertia est ignis cruciatio materialis. Quia quamuis ignobilis non agat in nobile, & per consequens corpus in spiritum: tamen ut instrumentum diuinae iustitiae affligit miro modo nobis ignoto.

S. Thomas. Hinc Augustinus, quod si ille ignis non sit aeternus, miro tamen modo grauis est, & excellit omnem poenam quam vnquam quis sustinuit in vita. Et dicitur ille ignis non quantum ad substantiam aeternus, sed quantum ad officium eiusdem naturae cum igne inferni. Quarta poena est negligetia amicorum, propinquorum ad eis subueniendum dicentes illud Iob, Misere mini mei, miseremini mei saltem vos amici mei. Certe magna afflictio esset exilium in aliqua calamitate, conspiciendo amicos potentes succurrere, & non succurrentes. ¶ Tertio, aduertendum, quod sancti, signauerunt Gregorius, quatuor ponunt suffragia quibus eis valere possumus. Primum est oblatio sacer-

S. August. dotum, scilicet missa &c. Secundum est praesces sanctorum, videlicet fidelium, non solum illorum qui sunt in patria, sed in via, & exilium in charitate. Tertium est elemosynae charorum. Hoc dicitur propter consuetudinem, quae & si extraneus id faciat, non minus prodest. Quartum est ieiunia cognatorum. Et sub his comprehenduntur omnes aliae afflictiones, quas ex charitate proficimus sumimus. ¶ Veruntamen ut proposito deseruiamus, precipuum remedium est potestas patris, & sacerdotis evangelici. Et hoc multipliciter. In primo, pro modo intercessionis, quae illo modo nullus alius potest immo & si esset malus. In secundo ex opere operantis, ut minister ecclesiae, in cuius persona (quae chara & dilecta est) offert, & si sit malus. In tertio, opere operantis, etiam si sit in charitate. ¶ Ex quo patet clare patris potestas super purgatorium, non solum super poenas viuis respondentes absoluedo ab illis per commutationem in temporalem hic adimplendam, sed etiam quo ad existentes in purgatorio, qui sunt de corpore mystico ecclesiae plusquam alius prodest. Quia intercedit, & suffragia impedit in persona ecclesiae, quam intuetur Deus: & ad quam maximam habet respectum, ut non solum existens in via merito & intuitu ministri eius mouetur ad indulgendum: sed etiam existens in alio saeculo intuitu matris ecclesiae misereatur, ut patet in euangelio hodierno de isto filio viduae, respectu cuius illum a morte ad vitam reuocauit, ut habetur

Luc. vii. c. ¶ Secunda pars. ¶ Vagelica expositio duobus notabilibus commentum habetur, videlicet, notandum est literalis sensus, & deinde moralis. Dicitur in textu. ¶ Primo, quod ibat Iesus in ciuitatem, quae vocatur naim, & cum eo turba copiosa, & quod filius vnicus matris suae efferebatur mortuus. Hic mortuus erat adolescens. Permittit dominus istos adolescentes mori. Tum primo, ut saluetur: qui forte si uiuerent, ex illorum insolentia damnarentur, ut dicitur sapientiae. Raptus est, ne malitia immutaret intellectum eius. Tum secundo, ut non fiant peiores: & si sint mali, quia prauidet, deteriores faciedos. Psalmus. Viri sanguinum non dimidiabunt dies suos. Et hoc, quia peccata carnalia consumunt corpus. Item, quia ipsi miscent se brigis & questionibus: & si uiuerent, nimis opprimerent bonos. Et ideo quodam modo fit cum eis misericordia relaxans, ut cito uiuentes descendat in infernum. Tum tertio, indignitas mundi (& hoc respicit bonos) quia nec mali parentes, nec mundus dignus erat habere illos, ideo de bonis dicit Apostolus ad Hebraeos quorum dignus non

erat mundus. Tum quarto, ne tales boni adolescentes imitentur scelera parentum. Tum etiam quinto, propter peccata parentum, ut patet in filio Dauid ex adulterio nato. ¶ Secundo dicitur in textu quod efferebatur mortuus, videlicet, ad sepulchrum. Beatus Augustinus in li. de cura agenda pro mortuis, dicit, quod sepultura insignis & pomposa non iuuat mortuos, nisi in quantum est memoria viuis recolentibus ibi deposita corpora fuisse illorum: quos dilexerunt. & sic dicit prodesse illis recommendatio, illis sanctis tanquam patronis, in quorum ecclesijs recondita sunt corpora. Et ita monumentum dicitur quasi mouens mentem. Ratio huius dicti est, quia multa corpora sanctorum terra non tegit, ut Psalmus. Posuerunt mortalia seruatorum tuorum escas volatilibus caeli & bestiis terrae. Nihilominus non minor gloria iudicandi sunt, quam illa quae magnificet tumulata videmus. Similiter malis non solum non prodest, sed etiam obest illis, ut dicit Gregorius. Quarto dialogorum. xiiij. j. c. cum grauius dicit, quod sicut prodest his qui cum leuibus decedunt, sic obest his qui cum grauibus, scilicet mortalibus. Ideo Esaias. Satis adpropolitu dicitur, Quid tu hic? aut quasi quae hic? quae exidisti tibi hic in excelso sepulchro & in petra tabernaculi. Ecce dominus asportari te faciet sicut asportatur gallus gallinae. Quia sicut gallus gallinae caput portatur pedibus ligatis ad forum: sic tu miser in tenebras exteriores ad infernum. ¶ Tertio, dicitur in textu, quod societas erat turba copiosa associans defunctum. Illa associatio prodest, & magnum mentis est apud Deum, quia fouetur charitas Dei & proximi: & specialiter in spiritu Deus remunerat. Et commendatur hoc in scriptura de Tobia. Similiter in nouo testamento de Ioseph ab arimathia & Nicodemo. Et sic computatur inter opera misericordiae. Et ad hoc sunt laudabiles confraternitates. ¶ Quarto dicitur, quod ista mater erat vidua. Viduae namque sunt mediae monachae. Quod monstrat plebs lucet assiduus: habent si quidem statum lucetuosum, sunt iam in medietate in alio saeculo. Quia cum vir & vxor sint vna caro: vno in alio saeculo existente, medietatem illic habet. Ideo viduae honorandae sunt, & ad ipsas respectus habendus. Hinc apostolus. Viduas honorate, quae vere viduae sunt. Veras esse viduas ostendit ligatura capitis, non ligaturas vanas portantes. Item color vestium, scilicet obscurus, non vestes coloratas &c. Item caput coopertum super oculos, lon-

gior tunica &c. Veras viduas ostendit exercitium, scilicet interesse diuinis. Exemplo viduae annae de tribu phanuel, quae lxx. annis in templo viduitate die ac nocte itabat ieiunans: ideo meruit videre dominum Iesum portare & praedicare. Item ad infirmos pia. Item ad educationem filiorum diligentes, quia locum habent patris & matris. Hanc autem respexit dominus, & super illam misericordia motus est. ¶ Quinto, ponitur curatio per plura. Tum primo, quia miserus est, super illam: quia vidua, quia mulier: quia ploras filium, quia filium vnicum. Tum secundo tenet loculum. Tum tertio clamauit dicens. Adolescens. tibi dico surge. Tum quarto, resedit, qui erat motuus. Tum quinto, dedit illum matri suae. Et omnis illa turba magnificabat illum, dicens, Quia propheta magnus surrexit &c. ¶ Secundo moraliter hic denotatur status peccatoris continuantis in peccato, & exilientis in regione longinqua separatus a patre. ¶ Primo, ratione loci in quo inuenitur, quae in porta. Quia licet mors peccati radicaliter sit in anima per voluntatem qua voluntate spiritualiter moritur homo: regulariter tamen ab extrinseco ingreditur per portas quinque sensuum. Stare igitur in porta, est sensibus abutisua abstractus & illeceus. Stare mortuus in porta, est peritios quinque sensus ingressam mortem in animam: ut Psalmus. Appropinquauerunt vsque ad portas mortis &c. ¶ Secundo ratione lecti. Nam lectus est consuetudo peccandi, ubi auferuntur remorsus conscientiae, quae in istis consuetudine in peccato iacet. Psalmus. Surgite, postquam sederitis, non iacueritis. O mortuus homo, qui sentit pulces in lecto, & non sentit morsus conscientiae semper mordentis, & ad optima deprauantis. Ideo non sentit dannna, quae in defecui solent, scilicet mors repentina & subita, confirmatio in peccato ratione continuationis actuum, expoliatio gloriae, & alia quam plura. ¶ Tertio ratione portantium ad tumulum inferni. Primus portator, fiducia longioris vitae. Si cutille, de quo Luc. dicens, Anima mea, multa bona habes, reposita in annis plurimos. Cui dictum fuit. Stulte, hac nocte daemones repetent animam tuam: haec quae congregasti, cuius erunt? Secundus est consideratio culpae aliorum: inde exemplum sumens. Eccl. Secundum voluntatem suam inueniet, comparationem. Melius est accipere exemplum peccatorum. Tertius est indiscreta praesumptio de diuina misericordia. Quartus est adulatione blandientium

erat mundus. Tum quarto, ne tales boni adolescentes imitentur scelera parentum. Tum etiam quinto, propter peccata parentum, ut patet in filio Dauid ex adulterio nato. ¶ Secundo dicitur in textu quod efferebatur mortuus, videlicet, ad sepulchrum. Beatus Augustinus in li. de cura agenda pro mortuis, dicit, quod sepultura insignis & pomposa non iuuat mortuos, nisi in quantum est memoria viuis recolentibus ibi deposita corpora fuisse illorum: quos dilexerunt. & sic dicit prodesse illis recommendatio, illis sanctis tanquam patronis, in quorum ecclesijs recondita sunt corpora. Et ita monumentum dicitur quasi mouens mentem. Ratio huius dicti est, quia multa corpora sanctorum terra non tegit, ut Psalmus. Posuerunt mortalia seruatorum tuorum escas volatilibus caeli & bestiis terrae. Nihilominus non minor gloria iudicandi sunt, quam illa quae magnificet tumulata videmus. Similiter malis non solum non prodest, sed etiam obest illis, ut dicit Gregorius. Quarto dialogorum. xiiij. j. c. cum grauius dicit, quod sicut prodest his qui cum leuibus decedunt, sic obest his qui cum grauibus, scilicet mortalibus. Ideo Esaias. Satis adpropolitu dicitur, Quid tu hic? aut quasi quae hic? quae exidisti tibi hic in excelso sepulchro & in petra tabernaculi. Ecce dominus asportari te faciet sicut asportatur gallus gallinae. Quia sicut gallus gallinae caput portatur pedibus ligatis ad forum: sic tu miser in tenebras exteriores ad infernum. ¶ Tertio, dicitur in textu, quod societas erat turba copiosa associans defunctum. Illa associatio prodest, & magnum mentis est apud Deum, quia fouetur charitas Dei & proximi: & specialiter in spiritu Deus remunerat. Et commendatur hoc in scriptura de Tobia. Similiter in nouo testamento de Ioseph ab arimathia & Nicodemo. Et sic computatur inter opera misericordiae. Et ad hoc sunt laudabiles confraternitates. ¶ Quarto dicitur, quod ista mater erat vidua. Viduae namque sunt mediae monachae. Quod monstrat plebs lucet assiduus: habent si quidem statum lucetuosum, sunt iam in medietate in alio saeculo. Quia cum vir & vxor sint vna caro: vno in alio saeculo existente, medietatem illic habet. Ideo viduae honorandae sunt, & ad ipsas respectus habendus. Hinc apostolus. Viduas honorate, quae vere viduae sunt. Veras esse viduas ostendit ligatura capitis, non ligaturas vanas portantes. Item color vestium, scilicet obscurus, non vestes coloratas &c. Item caput coopertum super oculos, lon-

gior tunica &c. Veras viduas ostendit exercitium, scilicet interesse diuinis. Exemplo viduae annae de tribu phanuel, quae lxx. annis in templo viduitate die ac nocte itabat ieiunans: ideo meruit videre dominum Iesum portare & praedicare. Item ad infirmos pia. Item ad educationem filiorum diligentes, quia locum habent patris & matris. Hanc autem respexit dominus, & super illam misericordia motus est. ¶ Quinto, ponitur curatio per plura. Tum primo, quia miserus est, super illam: quia vidua, quia mulier: quia ploras filium, quia filium vnicum. Tum secundo tenet loculum. Tum tertio clamauit dicens. Adolescens. tibi dico surge. Tum quarto, resedit, qui erat motuus. Tum quinto, dedit illum matri suae. Et omnis illa turba magnificabat illum, dicens, Quia propheta magnus surrexit &c. ¶ Secundo moraliter hic denotatur status peccatoris continuantis in peccato, & exilientis in regione longinqua separatus a patre. ¶ Primo, ratione loci in quo inuenitur, quae in porta. Quia licet mors peccati radicaliter sit in anima per voluntatem qua voluntate spiritualiter moritur homo: regulariter tamen ab extrinseco ingreditur per portas quinque sensuum. Stare igitur in porta, est sensibus abutisua abstractus & illeceus. Stare mortuus in porta, est peritios quinque sensus ingressam mortem in animam: ut Psalmus. Appropinquauerunt vsque ad portas mortis &c. ¶ Secundo ratione lecti. Nam lectus est consuetudo peccandi, ubi auferuntur remorsus conscientiae, quae in istis consuetudine in peccato iacet. Psalmus. Surgite, postquam sederitis, non iacueritis. O mortuus homo, qui sentit pulces in lecto, & non sentit morsus conscientiae semper mordentis, & ad optima deprauantis. Ideo non sentit dannna, quae in defecui solent, scilicet mors repentina & subita, confirmatio in peccato ratione continuationis actuum, expoliatio gloriae, & alia quam plura. ¶ Tertio ratione portantium ad tumulum inferni. Primus portator, fiducia longioris vitae. Si cutille, de quo Luc. dicens, Anima mea, multa bona habes, reposita in annis plurimos. Cui dictum fuit. Stulte, hac nocte daemones repetent animam tuam: haec quae congregasti, cuius erunt? Secundus est consideratio culpae aliorum: inde exemplum sumens. Eccl. Secundum voluntatem suam inueniet, comparationem. Melius est accipere exemplum peccatorum. Tertius est indiscreta praesumptio de diuina misericordia. Quartus est adulatione blandientium

fociorum. Hi portitores ducunt adolescentem ad infernū, & vsque ad desperationē. ¶ Quarto ad hūc fuscitandū venit Christus primo in ciuitatem naym (quę mutabilis interpretatur) Venit igitur ad nostrā mutationē, nō seipsum mutādo, sed aliā formā assumēdo. De qua Apostolus. Habitu inuētus ut homo. videlicet ut hoies mutabiles ad peccata: ad cœlum ex illis reuocaret. Secundo venit ad portas ciuitatis. Heri diximus portas esse obstacula quædam. Appropinquat Christus portæ. Vna est porta natiuitatis, qua fit ingressus, scilicet culpa. De qua Psalmus. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum &c. Altera, qua fit egressus, scilicet mors. Appropinquat igitur Christus veniens ad Naym nostrę mutabilitatis huic portæ, scilicet mortis, dum moritur pro culpa nostra, & ut tollatur. Altera porta, scilicet mors aterna, est obstaculum: quā appropinquando morti illam destruxit, ut in præfatio. Qui mortem nostram moriendo destruxit &c. ¶ Quinto resuscitat mortuum huiusmodi. Tum primo intuitu matris, respiciendo

ad fletum eius, & orationem matris ecclesie. Quia oratio sacerdotū eiusq; potestas multū prodest, & facit ad liberationem. ut Iacobi. Oratio iusti affidua multum valet apud Deum. quanto magis totius ecclesie & ministrorum eius. Ideo ecclesia in canticis appellatur columba, ratione gemitus pro peccatis & morte filiorum. Ideo dicit, misericordia motus super illam. Hic potest esse reprehensio cōtra excommunicatos & præcissos ab ecclesia, quia priuantur suffragiis eius. Exemplum de ramo præcisso. Tum secundo tangit lectulum, flagellando corpus, ut suscitetur spiritus, & dimittit lectū consuetudinis. Tum tertio, clamat interius inspirando, & exterius per prædicatores. Tum quarto, suscitatur interius per contritionem. Tum quinto, tradit matri, scilicet ecclesie, videlicet sacerdotibus & patri, ut eum absolutum ostendat & sanum: & ut a poenis debitis hic & in purgatorio liberet, ut illis solutis, consequatur gloriam. Ad quam nos perducatur ipse Iesus Christus, qui cum patre & spiritu sancto viuunt & regnant in sæcula sæculorum. Amen.

Iacobi. v.

Ad phili. ij.

Psalmus. l.

Sermo trigessimus secundus. Feria sexta post quartā

TAM DOMINICAM. DE POTESTATE COERCIVA

patris ad reducendos peccatores rebelles. Sub isto themate.

¶ Ibo ad patrem meum, & dicam ei, Pater. Ex parabola Lucę. xv. c.



AM declarato sermone præcedenti de vsu potestatis patris, videlicet, quod quo ad essentiā cuiuscumque ordinato tā in via quam extra cōuenit, eo quod fundatur in ani-

ma ratione characteris indelebilis, & quo ad vsu quod requirit statum & iurisdictionem, & conuenit solum in via existenti, atque conuenit bono & malo quo ad necessitatem, quia datur principaliter in communem vtilitatem ecclesie: tamen quo ad idoneitatem, requirit bonitatem sacerdotis.

Similiter, quod illa taxatio non erat ad libitum, sed arbitrarię debebat procedere. Et quomodo eius potestas se extendit ad illos de purgatorio, ut minister ecclesie. In præfatio sermone dicendum est de autoritate & potestate eiusdem circa peccatorem nolentem reuerti ad domum paternam, sed remanere volentem in regione longinqua peccati. Sed prius salutetur virgo Maria.

¶ Argumentum sermonis.

¶ Vponenda est doctrina Magistri Ioan- nis gerson in tractatu de potestate ecclesiastica, quod potestas ecclesiastica prima sui diuisione diuiditur in potestatem ordinis, & in potestatem iurisdictionis. Et rursus, potestas ordinis diuiditur in potestatem super corpus Christi verum, ut est quo ad cōsecrationem eius, (& de

A

Gerson.

hac nil ad propositū) & super corpus Christi mysticum, de qua etiam diximus, quod habet auctoritatem & iurisdictionem. ¶ Potestas autem iurisdictionis est etiam duplex, vna in foro interiori, de qua etiam diximus, scilicet habere super peccatorem poenitentem quo ad illa quatuor, ad quæ extēdi diximus, & in ordine ad purgatoriū, modo prælibato. Hanc declarauimus habere patrē in ordine ad illos, qui sibi voluntarie subiiciuntur, & accedunt ad illum. Hęc autem potestas tam larga est, quod post collationem de illa factam apostolis. Matthæi. xvij. quod totiens quoties venerit peccator, debet facerdos ut illa. Iuxta illud Petro dictum interroganti. Si peccauerit in me frater meus, quotiens remittam ei vsq; septies? Non dico tibi septies, sed septuagies septies (pro quo vide expositionē triplicem supra feria tertia post tertiā dominicā, maxime illam tertiam Ruperti.) Ex quo habemus largum remediū pro peccatoribus audientibus charitatiuam & fraternam correctionem corripientis, & venientibus ad poenitentiam. Verum tamen sunt forte aliqui, vel esse possunt (utinā non essent) rebelles, & obstinati in peccato, & detenti in illa regione longinqua, nolentes audire neq; fratrem corrigentē, nec ecclesiam admonentem, & quos pater spiritualis quo ad illum forum relinquit, non valens illos propter obicem absoluere: Non erit in patre ecclesiastico aliqua potestas ad adducendos illos? erunt ne sine aliquo remedio? Dico quod sic. Quia pro istis relictis a patre spirituali, quos non potest absoluere, nec super eos manus ponere, eo quod superior & principalis, scilicet Deus non apposuit: datur ipsi potestas quædam coerciua, quæ est alia secunda in foro exteriori, ut illi non remaneant sine remedio, (nisi sint diaboli) quæ vocatur excommunicatio. Quæ est quædam potestas coerciua collata sacerdotibus ecclesie, qua peccatores nolentes reuerti ad patrem, sed volentes remanere in obscenitate peccatorū, coerceantur ad poenitentiam. Ideo nō curēt sacerdotes mittere manum super illos, quos absoluere nō possunt, pietate quadā ut nō perdantur, quia non perdentur ex hoc: quoniam adhuc in patre ecclesiastico hanc potestatem oportet confiteri, dicendo, dicam ei, Pater. De qua in præfatio sermone dicemus tria. Primum, vnde ista potestas coerciua (quæ excommunicatio dicitur) habet originem. Secundum, de eius causa, & fine, & pro quibus causis exerceri debeat, ne ad libitum exerceatur. Tertium, de eius damnis & poena, ut peccator

coerceatur ad patrē redire, & dicere ei, Pater.

¶ Prima pars.

¶ E primo supponendum est dictum san- cti Bonauenturę in. iij. distin. xvij. q. j. S. Bonauē. in solutione primi argumēti, quod sicut medicus prudens infirmo indispōsito secundū artem suam prohibet non solum cibos, sed & medicinas (quæ sibi alias conferrent multum ad salutem, si esset dispositus) nam in tali casu vtilius est medicinam subtrahere, quā dare. Immo a tali sic in dispositio medicinam differre vel subtrahere est speciale medicamentum. Sic etiam cum sacramenta sint cibis spiritualis animæ ratione gratiæ in eis cōtenta, & medicinæ quædam ad sanandum defectus & infirmitates animæ: a non volente ad Deum conuerti subtrahere per excommunicationem & separationem a communione fidelium, est salubre & medicinale. Hanc enim artem habet ecclesia. Sicut peritus chirurgus (ut dicit Alexander in quarta parte summę in ista materia) duplici modo curandi vitur: vno per medicinas lenitiuas, scilicet ut per emplastrum appositionē, fomentationē, & oleorum applicationem vulnera leniat & sanet. Altero per aspera medicamenta, videlicet sectionē membri, phlebotomiam, cauterium, &c. sanet infirmitatem corporis. Sic ecclesia duplicem habet corrigendi modū, ut salus acquiratur: Vnus est per correctiones fraternas & amorosas, dulces monitiones, prædicationes, edicta &c. Alter vero est asperius per asperas correctiones & alia remedia. Cuius causa est, quia duplex est genus hominum in modo se habēdi, videlicet, quia quidam sunt bene tractabiles, & applicabiles facilius ad bonum. Alij vero sunt duri & rebelles, in quibus prædicatio, correctio, & monitio nil facit. Ideo ecclesia ultra illum primum modum pro primis, habet & hunc secundum pro alijs, quem ipse institutor ecclesie contulit etiam patri ecclesiastico ex commissione, ut nō tantum habeat medicamenta lenientia, scilicet sacramenta ad curandum voluntarie accedentes: sed etiam habeat gladium spiritus, qui est verbū Dei, & potestatem amputandi & refecandi cōtemptores & rebelles: ut ex ista poena (quæ medicinalis est) coerceantur ad recedēdum a peccato, & accedendum ad Deum, & ad domum paternam, quæ dicitur excommunicatio, & ideo iusta est ista potestas in patre, & ad peccatoris vtilitatem concessa. ¶ Dicit quis, videmus quod ista potestas iuste est in ecclesia: non enim potest illam negare nisi in

C

S. Bonauē.

Alexander.

D

nercundus hæreticus: dicēs q̄ illam inuenit ecclesia, & à se ipsa illam habet, & non à Christo, nec ab apostolis, vt aliæ institutiones humanæ: Dico (saluo meliori iudicio) q̄ illa originem habet, non à se ipsa, sed à multis. ¶ Primo ex Christi imitatione. Tum primo, Nam sicut Deus peccatores, vt ad se conuertat, & ad bonum trahat, dupliciter punit, vt delictum multipliciter flagellando, vt per dura flagella humiles facti, ad Deum, à quo recesserunt, redeant. vt patet in isto filio prodigo, quem cognita miseria ad patrem traxit. Similiter hominem deserendo, & sibi relinquendo, vt gratia subtrahatur, & adiutorio, cognoscat infirmitatem suam. vt patet in Nabuchodonosor, qui velut bellia fuit in nemo-ribus quousq; ad se rediit, vt patet Danielis. Sic ecclesia ad eius imitationem sumit iudicium diuinū in excommunicatione. Nam primo hominē peccantem mortaliter, vel damnificantem alterū notabiliter, vel contumacem cōtemptibiliter, suffragijs & alijs bonis spiritualibus priuat per excommunicationem minorem (quæ est à communione sacramentorum & suffragiorum) vt per humilitatem seipsum recognoscendo, ad ecclesiam redeat. Tandem si adhuc contumax perseverauerit: separatur à communione ecclesiæ per excommunicationem maiorem, & ultra dicta à communione fidelium, & actibus legitimis: quæ omnia poenalia sunt, & medicinalia vt respiscat, & erubescat, & à peccato recedat, ecclesiæque pareat, cuius monitiones contempserit, & ad Deum reuertatur. Quis non reuertetur aspiciens hæc? Verum plures sunt illaqueati in hoc: & causa quare alij non recedunt à peccato (quod facerent) si communicatio interdicta ab ecclesia, ab eis tolleretur, Et certe ponderandum est hoc pro minori & maiori excommunicatione. ¶ Secundo originem habet ex Christi præcepto, qui postq̄ posuit illud medicamentum lenitiuum Matthæi. xvij. cap. de correctione fraterna, in quo ostenditur magna charitas tam ex facto ipso, q̄ ex modo & ordine seruari præcepto, dixit, atq; consequenter continuans præceptum. dic ecclesiæ. Et si non audierit, fiat tibi sicut ethnicus & publicanus. Item Lucæ. x. Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit &c. Item sic videtur Iudam excommunicasse, & maledixisse in illis verbis (quæ de ipso tanq̄ obstinato & rebeli charitatis monitionibus factis dixit.) Vt homini illi, per quē tradar ego. Vt in scriptura idem sonat quod maledictio, & hæc est excommunicatio. ¶ Tertio

originem habet circa rebelles ex ipsis apostolis, vt patet de Paulo, qui tradidit corinthum quendam in potestatem Sathanæ in interitum carnis, vt spiritus eius saluus fieret in die nouissimo domini nostri Iesu Christi. Super quo Hugo cardinalis dicit, q̄ Paulus à domino habuit hanc potestatem, q̄ poterat cogere diabolum, vt vexaret corporaliter, quæcunq; excommunicaret, vt talis exatio corporalis daret intellectum redeundi ad Deum. Vt nam fratres modernis temporibus hoc pro nostra salute permitteret Deus, quoniā magna esset nobiscum misericordia, nec tot excommunicati essent, ad minus appareret ecclesiæ iustificatio circa excommunicatos. ¶ Item habetur ex Apostolo, Si quis frater inter vos nominatur auarus &c. (Vbi per nominationem intelligit excommunicationem. vt exponit Augustinus. ij. q. j. cap. multi cum hoc) Nec ab um fumere debetis, quæ est poena excommunicati. ¶ Item habetur ex apostolo Ioanne, dicente. Si quis non affert hanc doctrinam, scilicet si dei, nolite recipere eū in domo, nec ei dicatis, aue. Et loquitur de hæreticis, qui sunt excommunicati. Si apostolus iam cōfirmatus fugit balnea, ne hæreticus corrumperet eos, quid debet facere peccator? Ex quo etiam deducitur, quia sicut illa potestas in foro interiori immediate traxit originem in apostolis à Christo capite velut in barbam ecclesiæ deinde in oram vestimenti eius, scilicet sacerdotes ecclesiæ: sic ista data fuit primo Petro dicens. Tibi dabo clauis regni cælorū. Tum primo (tibi) tanq̄ capiti (secundum glossam Rabani) vt ordo hierarchicus denotaretur, & vnitas fidei in vno capite originem habens ab vno capite Christo intelligatur, aqua capitis vnitate, qui se separauerit, sciat se nec remissionē peccatorum habere, nec cælum ingredi posse. Tum secundo (tibi) ratione singularitatis, charitatis. Quoniam & si Ioannes præponatur ipsi Petro in charitate erga Christi personam, (ideo dicebatur discipulus, quem diligebat Iesus) tamen Petrus præponitur in dilectione & charitate erga totam ecclesiam: pro cuius defensione (licet capite versus terrā) Petrus crucifixus est, ideo anteq̄ ecclesiam committeret illi, hanc charitatem petijt, dicens, Petre diligis me plus his? pasce oves meas. Quasi dicat, Dilectio tua ostendatur ultra meam personam erga oves meas. Tum tertio ratione singularitatis in cōfessione fidei: quia ille fuit primus cōfiteus deitatem explicite in persona Christi, dicens. Ego dico, q̄ tu es Christus filius Dei viui.

Tum quarto ratione pietatis, quia experientiam miserendi obtinuit ex misericordia à Deo de suo peccato obtenta, vt experientiam in alios miserendi haberet. Maxima ergo Christi prouidentia factum est, vt hæc potestas, & si coerciua sit, fiat ex animo misericordie in homine, qui misericordiam cōsequutus est, & in illo originem habeat, & deinde in alios, vt coercionem simul cū misericordia exequantur. Et tantum de huius potestatis origine.

¶ Secunda pars.

G E secūdo principali, videlicet de eius causa & fine. Et pro isto sit conclusio, q̄ excommunicatio non debet ferri nisi pro peccato mortali graui, & ad illud sequēte seu interueniēte contumacia. Quoniam si aliquando decernitur pro re temporali, non fit nisi pro quanto supponitur, q̄ in ablatione eius vel detentione inuito domino fuit peccatū mortale. Sic etiā dico de mortali pro re parui valoris. Hoc fundatur ex doctrina apostoli Pauli, dicētis sic. Omnino audite inter vos fornicatio, qualis nec inter gentes nominatur, vt habeat quis uxorem patris sui. Ego iudicauī huiusmodi tradere Sathanæ in interitum carnis, vt spiritus eius saluus fiat in die domini nostri. In qua autoritate tanguntur tria ad excommunicationem attendenda. ¶ Primum causa pro qua excommunicatio debet decerni, videlicet peccatū graue, scilicet habere uxorem patris sui: quod nec inter gentes nominatur propter reuerentiam & publicā honestatē. Prohibitum est ab antiquo, scilicet iure diuino, vt nullus contraheret cū matre vel patris uxore, vt patet in Genesi. Propter hanc relinquet homo patrem & matrem &c. id est non cōtrahet matrimonium cum patre aut matre. Ex quo libeat patres hanc potestatem exercentes considerare, vt non pro re vili hanc decernant relictis grauibus, vt sunt vsurarij, maleficiarij, concubinarij publici, non contrahentes matrimonia nisi clandestina, non recipiētes benedictionem ab ecclesia. ¶ Secundum requiritur q̄ sit omnino peccatū: quia dicitur. (Omnino auditur inter vos peccatum.) Illud nāq; (omnino auditur) quod est per monitionem exhortatum, vt discedat. Et ita erit peccatum omnino auditum, contumacia, quæ apud dominos iuristas ponitur triplex. Prima, cū nō vult venire ad iudicium, facta citatione peremptoria, & contemnit, vel maliciose se occultat. Secunda, quando venit & non vult stare iuri. Tertia, quando offensa est manifesta, & iussus à iudice nō

vult emendare, hoc autem vtitur in curia illa exteriori & temporali. Sic in ista curia, vbi tractatur de peccato, præcedit contumacia. Quia citatus à prædicatoribus, monitus à fratribus ex charitate, coram patre iudice nō vult comparere, & ecclesiæ remedia contemnit. Similiter quia non vult stare iuri diuino, & iudicio ecclesiæ tantam potestatem super illo habentis. Tandem nec emendam Deo nec proximo vult facere, iuste potest excommunicationis poenæ subijci, & eijci à sacramentorum spiritualium & bonorum participatione, vt respiscat ab hoc peccato omnino audito. ¶ Ex quo sequitur, q̄ aliquando excommunicatio est iniusta ex tribus. Primo ex causa. Quia aut nulla, aut parua, aut non vera: vel si vera, non est sufficiens & rationabilis. extra de sentē. excōmu. ca. sacro. lib. vj. Secūdo iniusta ex animo, quia nō, ex zelo iustitiæ, sed indignationis & odij. Ideo consilium esset pro illo qui offenditur, q̄ nō per se decernat hanc censure: sed per aliu. Et si oportet per se iudicare, non illico decernat, sed sinat totaliter recedere humorem cholericū. Tertio iniusta ex ordine, quia forte nō præcessit sufficiens monitio, vel nō fuit facta corā personis idoneis. Quia quomodocunq; proferat, scilicet si aliquo istorum modorū iniuste feret, & grauius peccat, & diuersimode à iure punitur. Hinc Christus reprehendit Petrū, dicēs Matthei. Mitte gladium tuum in vaginam. Tum, quia causa non erat iusta, videlicet impedire diuinam ordinationem. Quod Christus tetigit, dicens. Calicem quem dedit mihi pater, nō vis vt bibā illum? Tum, quia procedebat ex amore ad Christi personam. Tum, quia non præcesserat correctio, quam Christus fecit, dicens, Amice, ad quid venisti? Similiter alijs, dicens, Tanq̄ ad latronem existis cum gladijs & iustibus &c. Hoc tamen notandum, q̄ licet decernēs ex huiusmodi causis grauius peccet, tamē sententia tenet quantum ad ecclesiam militātem, nisi lata sit à non suo iudice. ¶ Tertium requiritur finis, quia dicit, vt spiritus eius saluus fiat in die, &c. videlicet vt excommunicatus delictū recognoscat, & ad Deum redeat: Hinc attendere debet excommunicati permanentes per annū, quia suspecti sunt in fide, & procedēdū esset cōtra illos sicut contra sentientes male de sacramentis ecclesiæ & eius potestate: & quod peius est, confitentur & cōmunicant. Ecce ergo potestatem pro rebellibus, quia si nō fit diabolus, cōuertetur: ad minus si non iam amorē, erit huius poenæ timore. Ideo confide

Quinta clausula. Sermo. xxxii. Feria. vi. post. iiii.

randam est ista potestas in patre, & cōfistenda, dicendo. Ibo, & dicam ei, Pater. Et tantum de secūdo.

¶ Tertia pars cum euangelio.

DE tertio, videlicet de damno in quo sunt isti rebelles nolentes per istam potestatem ad patrem redire, in genere ponuntur septem damna. ¶ Primum est, quia separatus est à coelo. Nunquam enim in illo intrabit, nisi absoluitur ab ea. Ratio est, quia ligatum à patre sacerdote, ligatum dicit Christus esse in coelis, & per consequens ligatum à Christo in coelis, tota curia approbante, erit ligatum, etiam si iniuste ligatur: non quia iniusta est, sed ratione cōtemptus.

S. Chriſto. Quia secūdo Chryſostomum non ligat homo sed Deus, qui hominibus talem potestatem dedit. Secus in alio foro. ¶ Secundum, quia separatur ab omni sacramento. Ratio huius est, quia est extra ecclesiam numero: & sacramenta solum conferuntur exiſtentibus intra numerum fidelium. Et tales secundum sanctum Thomam nec possunt confiteri nec absolui, nisi prius ab excommunicatione absoluitur: & si absoluerentur, nil fieret, & iterum essent absoluituri. Nec tales possunt matrimonium contrahere: Si tamen contraherent, teneret matrimonium, sed mortaliter peccarent contrahendo. ¶ Tertium separatur ab omni suffragio ecclesiae. Et secundum Magistrum incurrit triplex damnum. Tum, quia non augetur gratia in eo. Tum, quia subtrahitur specialis protectio dei ab eo. Non enim excluditur à generali, sed ab illa, quae specialiter filios ecclesiae protegit. Tum quia non defenditur, sed exponitur cuiusque tentationi, & accipit maiorem auctoritatem sibi in eum ipse daemone, ut patet in Iuda. ¶ Quartum, quia separatur à diuino officio: & quoties ingreditur ad illud, ratione cōtemptus peccat mortaliter. ¶ Quintum, quia separatur à fidelium consortio, quia cum eis non potest conuersari, videlicet comedendo, salutando, orando &c. ut patet de illa Samaritana dicente, Non contantur Iudei Samaritanis. Secus in casibus, scilicet vxor, filij, & quærentibus illius conuersionem, & casu necessitatis. ¶ Sextum, separatur ab omni actu legitimo: quia nec testificari, iudicare, accusare, nisi solum admitti ad prædicationem. ¶ Septimum, separatur à fidelium sepultura & officio, & sicut animal brutum in sterquilinio sepeliri debet. Hoc autem totum est, ut ad cor reuertatur, & ad Deum redeat. Magna profecto & saluberrima est hæc ecclesiae potestas, & ordinata

ad conuersionem peccatoris rebellis, ut ad Deum venire possit, & Dei auxilium inuocet: & si non potest per se, ad minus per alios habeat, quoniam ita subtractio beneficiorum ecclesiae non fit nisi ad bonum eius, ut patet in facto euangelij. Nam cum Lazarus infirmaretur in Bethania, saluator subtraxit suam presentiam ab illo, ut interea moreretur, ut interueniret fororū eius oratio, & exinde eius resurrectio celebraretur. Dans nobis intelligere per hoc, quod ista subtractio suffragiorum & bonorū ecclesiae licet sit pœnalis, fit tamen ad bonum excommunicati, ut suscitetur à peccato, & tenti exercitio, ut patet. Ioannis. xj. cap. In quo euangelio tria tanguntur tanq̄ principalia puncta.

Primo ponitur ipsius peccatoris rebellis infirmitas. Notandum est literaliter, quod inter partes hereditatis fororū Lazari & ipsius, Bethania cecidit in partem ipsi Marthae: & licet Lazarus moreretur in Hierusalem, ueniens Bethaniam uisurus forores, interea infirmabatur ibi. Sorores uero eius miserunt nuncium in Galilaeam ubi Christus erat, dicentes, Domine, ecce quem amas infirmatur. Quasi dicerent, Curare debueras tu, qui omnia nosti, quia amatus à te infirmatur. Mittunt enim ad pedes Iesu ipsam infirmitatē fratris, quasi ex parte earum ostendentes necessitatē, & ex parte Christi allegantes motiuum, quod sanare debeat, dicentes, quia quem amas infirmatur. Breuem siquidem epistolam mittunt, sed in ueritate multū efficacem & fidelem. Tum, quia confitentur in Christo potestatem, dicentes, (Domine.) Tum motiuū curandi, dicentes, (quem amas.) Tum ipsius necessitatem, dicentes, (infirmatur.) Quibus saluator rescripsit dicens, hæc infirmitas non est ad mortem, id est finis huius infirmitatis non est mors, sed gloria Dei, scilicet ut credatur Christus, qui est gloria Dei. Diligebat Iesus Martham &c. ¶ Myſtice & moraliter Lazarus interpretatur adiutus à Deo. Duos enim legimus Lazaros. Vnus est ille medicus portatus ad coelum: & hic, qui sepultus in tumulo quadriduanus erat, & fœtēs. Per quos significantur duo status peccatorum, quos Deus adiuuat per suos ecclesiae ministros, sine quorum adiutorio nullus potest à regione longinqua peccati exire. Primus est status peccatorum sponte & uoluntarie ad patrem venire uolentium. Et isti quanto indiguerint adiutorio in attritione & contritione & in institutione sacramenti in concessione potestatis patris, clare uidimus supra. Et apostolus dicit,

Euangelij. Ioan. xj. ca.

Lucæ. xvj.

De potestate coerciua patris ecclesiae. 87

Ipse enim spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Secūdo est status peccatorum rebellium & obstinatorum sepulorum in consuetudine peccandi, qui fuerint Deo, & ecclesiae sanctae, & hominibus: non ad proprium interitum aduertentes. Et pro his habet Christus adiutoria in sua ecclesia, videlicet duas sorores procurantes suam salutem & resurrectionē à morte peccati. Prima foror est charitas fraterna, significata in Magdalena. Altera est correctio & potestas coerciua & punitiua, scilicet excommunicatio, quae eicit hominem à Bethania, id est à domo obedientiae ab ecclesia, & mittit ad Christum, significata in Martha, dicente, Domine, ecce quem amas infirmatur. Tum primo (ille) propter quem uenisti à coelo ad domum obedientiae, ut factus patri obediens, fieres homo infirmitate

Ioannis. iij. Ioannis, Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum pro nobis daret, infirmatur. Tum secundo (ille) quem amas secundum naturam, & odis secundum statum & rebellionem in peccato. ps.

ps. cxvij. Iniquos odio habui. Et propheta, Odio est impius deo, & impietas eius, infirmatur. Tum tertio (ille) quem non odis propter aliquam passionem (quae in te sit) sed propter suam culpam, infirmatur. Tum quarto (ille) qui sine tuo adiutorio non potest exire à peccato, infirmatur. Tum quinto (ille) quem adhuc exercendo peccata amas, dando potestatem ecclesiae ut reducatur, infirmatur. Sequitur Christi responsio, Hæc infirmitas non est ad mortem. Primo, ut exponatur de ueniali, quae de se non est ad mortem, ex non imputatione ipsius Dei (ut suo loco diximus.) Alia uero, scilicet peccati mortalis infirmitas, est ad mortem. Ezechielis. Anima quae peccauerit, ipsa morietur. Secundo ut exponatur ad nostrum propositum, quia illa infirmitas peccati, à qua timore excommunicationis receditur, non est ad mortem, quia Deus illum misericorditer recipit: sed illa in qua obstinate uiuitur, est ad mortem aeternam. Tertio ut exponatur de intercessione illarum fororum, videlicet quia illa infirmitas non est ad mortem, pro qua sananda, duae sorores mittuntur, scilicet charitatiua correctio, & punitiua excommunicatio. O quot tendunt ad mortem aeternam peccatores, ad quos nulla istarum fororum mittitur?

Ezec. xvij. ¶ Secundo ponitur huius ecclesiae potestatis confessio. Sequitur in textu, quod ibi mansit duos dies, & cum illo & alio in quo Lazarus suscitatur sunt quatuor. Non ex contemptu negligens, quia dicit, quod diligebat Iesus Martham, Mariam, & Lazarum: sed

ut mors omnibus nota fieret, ut gloria Dei in miraculo manifestaretur. Sequitur quod dixit discipulis. Eamus iterum in Iudæam. Quasi in hoc ostendens infirmitatem & potestatem. Infirmitatem quidem: quod timore recesserat, quia nondum uenerat hora eius. Potestatem uero: quia uoluntarie & in trepide pro patris gloria redijt. Cui discipuli responderunt, Rabbi, nunc Iudæi uoluerunt te lapidare, & iterum vis ire? Sequitur. Nonne duodecim horae sunt diei? Exponitur primo. Sicut dies uariatur & mutatur horis suis duodecim, sic uoluntas Iudeorum me lapidare uolentium potest mutari. Ideo si quis ambulat in luce, non offendit: sic uos qui luce illuminati estis, sequimini lucem, & non offendetis. Secundo exponitur de Christo. Dies enim constat ex mane & uespere, ut in hymno dicitur, Qui mane iunctum uespere diem uocari præcipis. Et in Genesi. Factum est uespere & mane dies unus. Dies

Genes. i. Christus ex mane diuinitatis & ex uespere humanitatis constans, factus unus dies, id est unus uitate personae. Duodecim horae sunt duodecim apostoli. Dico ergo, sicut horae non dimittunt diem, sic nec uos me debetis dimittere: alioquin ambulantes sine hoc die, offendunt. Et causam itineris tangit dicens, Lazarus amicus noster dormit, uado ut à somno excitem eum. Quasi dicat. Quia amicus est, non est deserendus: & licet mortuus sit hominibus, sed non mihi, quia dormit, & ita facillime suscitare possum, ac si solum dormiret corporali somno. Responderunt, Si dormit, saluus erit. Ac uiuocant in somno. Ideo declarat rem clarius, dicens, Lazarus mortuus est, & gaudeo propter uos. Non eo quod gaudeo sit de morte alicuius, sed propter confirmationem ipsorum illud dixit. Sequitur. I hominum responsio, Eamus, & moriamur cum illo? Aliqui uolunt exponere, ut sit uerbum magnae desperationis, quasi dicat, moriamur cum illo, scilicet Lazaro. Sed ego potius dicerem fuisse magni feruoris uerbum dicens, Eamus & moriamur cum illo, scilicet Christo. Quasi dicat, Moriamur cum illo, qui propter nos uenit mori. Tandem ponitur ipsius aduentus, quia dicitur, quod erant multi ex Hierusalem. Similiter exitus Marthae, dicens, Domine, si fuisses hic &c. Ecce ergo potestatis confessio. Quasi dicat, Non potuisses pati mori, si praesentialiter adesses, quem praesens tantum amabas: sed scio quia non solum potes praeseruare uiuentem, sed & mortuum suscitare. Sequitur, scio quia quaecumque poposceris à Deo, dabit tibi Deus. Quasi dicat, Scio quia dese-

Genes. i.

Ioan. iij. ca.

M

Quinta clausula. Sermo. xxxii. Feria. vi. post. iiii.

ris ad tempus, propter vtilitatem illius quem deseris. Sequitur, Resurget frater tu⁹, quasi dicat. Ideo absens fui, & interea moreretur, vt præsens resurgeret, vt gloria Dei manifestetur. Nam ego sum resurrectio & vita. Resurrectio quidem: quantum ad omnes vt Apostolus inquit, Si Christus resurrexit, & nos resurgemus. Vita autem, quantum ad prædestinatos & credentes. Et ponderandum est in hoc, q̄ eadem fere verba dixit etiam Magdalena, & vtraq; confitetur Christi potestatem dicit, Ego credidi quia tu es Christus &c. quasi dicat. Magnum fuit damnum nobis de tua absentia, magna nobis fuit spes de tua beneuolentia: verum nobis magna est fides de tua potentia, quia credimus, q̄ tu es Christus filius Dei viui, qui in hunc mundum venisti. ¶ Mystice. Iste somnus significat dissimulationem peccati. Dormiunt enim in peccatis, qui se in illis esse non aduertunt, nec huius infirmitatis processum considerant. Nam primo est languor, nam istæ passionēs faciunt animam languere in Dei seruitio: quia (teste saluatore) caro est infirma. ps. Vniuersum stratum versasti in infirmitate eius. Verum si cōsensus non assit, infirmitas hæc nō est ad mortē: si vero consensus superuenit, fit infirmitas ad mortem eternam. Si autem delectetur in his quæ carnis sunt, fit somnus noxius & periculosus. Si etiam hoc vertatur in consuetudinē, deputatur iam in sepulchro. Et sic tandem sequitur foetor infamiae, qui est odor corruptus: sicut bonū exemplum vocat Apostolus odorem bonum Christi. Ex quo sequuntur quatuor dies. Primus diminutio conscientiae. Nam ex frequentatis actibus peccati diminuitur, vt experientia in plerisque videmus. Secundus obduratio mentis contra diuinam providentiam, dum non conuertitur flagellis, nec beneficijs. Tertius est contemptus veniæ promissæ. Quartus fauor suæ malitiæ, aut excusando factum, aut laudatur tanquā benefactum, vt Esaiæ. Væ qui dicitis bonum malum, & malum bonum. Ille iam nō reuocatur ad vitam, sed foetens manet in sepulchro. De quibus Christus Lucae, Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Et ps. Sicut vulnerati dormientes, in sepulchris, quorum non est memor amplius, & ipsi de manu tua repulsi sunt. Istis autem non est remedium, nisi illæ duæ sorores (quas diximus) videlicet correctio fraternæ & potestas patris coerciua: quæ si fuissent, nō esset mortuus. Ideo illam oportet confiteri dicens, dicam ei, Pater.

1. Cor. xv.

Matt. xxvj.

Psal. xl.

1. Cor. ij.

Esaiæ. v.

Lucæ. ix.

ps. lxxxvij.

¶ Tertio ponitur ipsius potestatis sacerdotis collatio, dum sequitur in litera, quod quærens vbi illum posuerint: non vt ignoraret, sed vt ostenderet se non fecisse mortem, tēcit quinq;. Primo fremit, id est indignatur de morte, quia ipse illam non fecerat: nihilominus occupabat homines, & ad hoc venerat, vt illam sua morte occideret, & sua morte vitam nobis condonaret, vt propheta, O mors, ero mors tua. Et ita indignatur de morte propter causam eius, scilicet peccatum & culpam, secundo turbatur. Quia sicut ex compassione indignatus est morti, & condoluit hominis miseriæ, inquam ipsum peccatum traxit: & ita eius turbatio nostri est compassio. Istæ passionēs, scilicet turbatio & alia, non fuerunt in Christo, quæ in nobis præuertunt iudicium rationis, & sic insurgunt: in Christo autem sunt regulatæ à ratione, quæ nullo modo insurgere possunt, nisi illæ pro nostra salute dispensatiue & voluntariæ illas assumat. Tertio lachrymatur de nostra miseria. Cuius passio pro illa liberanda erat proxima, cuius occasio sumenda erat ex ista resurrectione Lazari (vt dicemus) & sic plura peccata præuidebat in hoc sequenda in Iudeis & in alijs. Quarto clamauit, quia ille clamor fuit effectus orationis pro nobis, vt illum exaudiat vt Apostolus, cum clamore valido, & lachrymis, & exauditus est pro sua reuerentia. Quinto iubet solui ab Apostolis, & libere abire. ¶ Moraliter. Ita sunt necessaria, & seruantur in resurrectione peccatoris consuetudinarij & rebellis. Primo, vt accedat Deus per gratiam præuenientem omne meritum hominis. Psalmus. misericordia eius præueniet me. Secundo, consolatur sorores per gratiam gratum facientem, ne desperent, aqua spes. Tertio lachrymatur ex attritione vel contritione Psalmus. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam. Quarto, iubet aperiri sepulchrum, videlicet vt non sit cor peccatoris lapideum & rebelle: per excommunicationem. Quinto, iubet sacerdotibus solui, si respiscat: quia attollitur lapis per potestatem excommunicandi collatā, vt ille soluatur, & redeat ad Deum, & poenitentiam salutarem iniungant, vt sic liberum abire permittant, per recuperationem, hic gratia, & in futuro gloria. Ad quam nos perducatur Christus Iesus, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum.

Amen.

N

Osee. xij.

Hebræ. v.

Psal. lviij.

ps. xvij.

De loquela sacramentali corā patre ecclesiæ. 88

Sermo tricesimus tertius. Sabbato post quartam dominicam. De loquela sacramentali coram patre facienda. Sub isto themate.

TAM DOMINICAM. DE LOQUELA SACRAMENTALI CORAM PATRE FACIENDA. Sub isto themate.

¶ Dicam ei, Pater, peccaui in coelum coram te. Ex parabola Lucae. xv. cap.



Ermonibus præteritis declarauimus primam conditionē huius clausulæ, videlicet de diligentia habenda redeūdi ad patrē cōfitendo in illo autoritatē, dicendo ei, Pater, scilicet arbitrandi inter deum & peccatorem, quo ad peccatores voluntarie à peccato recedere volentes: & potestatem coerciuam quo ad rebelles. In præfenti sermone dicendum est (vt breuitati propter dierum paucitatem studeamus) de tribus alijs conditionibus in confessione corā patre requisitis, videlicet de propriæ iniquitatis cōfessione, dicens, dicam ei, Pater, peccaui. Similiter suæ vitæ explicatione secundum veritatem, dicens, in coelum. Tandem explicationis diuersitatem dicens, coram te. Sed prius salutetur virgo Maria.

¶ Argumentum sermonis.

A Vpponendū est, q̄ loquela seu loqui solum conuenit naturæ intellectuāli & cognoscitiuæ, quæ triplex est, scilicet diuina, angelica, & humana. ¶ Primo naturæ diuinæ conuenit loqui, & non nisi vnica locutione (loqui enim in sua generalitate dicit quādam explicationem alicuius manifestabilis) ideo in diuinis loqui erit manifestatio vnica, ratione cuius omnia manifestata sunt. De qua ps. Semel loquutus est Deus, & duo hæc audiui, quia tibi domine potestas & misericordia. Nota semel, id est vnica locutiōe, qua protulit verbum diuinum pater: qua manifestauit plenitudinem perfectionis paternæ: & ita verbum non est nisi quædam explicatio fontalis essentiæ & bonitatis Dei, quam pater habet à se, & explicat in illo verbo æterno: & quia illa est infinita, sic verbū perfecte manifestatum est infinitum. Ratione cuius locutionis æternæ, omnia quæ hic expli-

Psal. lxj.

cantur, sunt loquutiones Dei, id est manifestationes diuine bonitatis, licet finitæ, secundum quod à diuina voluntate & bonitate participant, vt ps. Verbo domini coeli firmati sunt. Et ps. Ipse dixit, & facta sunt &c. Et quia omnes explicationes in creatura reducuntur ad duo, videlicet ad manifestandum Dei iustitiam, vel misericordiam: ideo dicit, q̄ duo audiuit, scilicet misericordiam, & potestatem siue iustitiam. Verum de hac loquutione nil ad præsens. ¶ Secundo loqui conuenit nature angelicæ secundum illud Apostoli. Si linguis hominum loquar & angelorum. Nunquid angeli habent linguā? Dico q̄ licet inueniatur eos loquutos fuisse non in verbis in corporibus assumptis sensibilibus (vt Abraham, virgini, & alijs) verum hæc loquela fuit non propria eorum, sed ficta, id est in illis corporibus formata. Locutio tamen illorum propria est, vt sibi inuicem manifestent conceptus, velut vnū speculum alteri representando quæ à diuina voluntate habent, & hic est vnus actus illorum hierarchicus (de quo in sermone sancti Michaelis in sancturali diffuse dictū est.) ¶ Tertio loqui conuenit homini soli inter creaturas sensibiles. Et licet asina Balaam ad confusionem illius prophætæ locuta fuerit, non tamen erat loquela eius, sed ex miraculo factum fuit, vt angelus moueret linguā illius, nam non intellexit quæ dicebat (vt istæ aues domesticæ loquentes.) Verum tamen homini sic conuenit loqui, vt finis eius sit expressio veritatis conceptus & voluntatis illius interius existentis, adeo, vt proferat veritatem, alteri homini reuelando cogitationes secretas cordis, quæ alias ab homine sciri non possunt. Et iste est finis loquelæ hominis. Ideo Aristot. j. perihermenias, Sunt ea quæ sunt in voce, earū quæ sunt in mente passionum notæ, id est signa. Hinc est q̄ homo mendax non loquitur vt homo, sed vt diabolus: qui ab initio (teste saluatore) mendax est, & pater mēdacij. Ex quo potest formari repræhensio pro hominibus qui mendaces sunt, maxime in perniciosis, quomodo tales non vtuntur lingua humana, sed diabolica: cum

ps. xxxij.

ps. xxxij.

1. Cor. xij.

B

Num. xxij.

Aristote.

Ioan. viij.

Quinta clausula. Sermo. xxxiii. Sabbato post. iiii.

humana naturaliter ad hunc finem ordinetur, vt explicentur per illam conceptus interiores. ¶ Verumtamen vltra istum finem naturalem & omnibus communem: altiore habet finem loquela hominis christiani, qui respicit loquelam hominis poenitentis, videlicet ad manifestationem triplicis veritatis, scilicet ad manifestationem suorum peccatorum, ad ædificationem proximorum & eorum vtilitatē, & ad Dei laudem. Quam & ipsi pharisæi in Christo cognouerunt dicentes Matthæi, (& si non cognouerunt, ad minus explicuerunt illam.) Magister, scimus quia verax es, & viā Dei in veritate doces. Non enim est tibi cura de aliquo, nō respicis personas hominum. In quo triplicem veritatem necessariā christiano explicant. Prima est veritas vitæ dicens (scimus quia verax es) scilicet in vita: non simulator, nec in te quicquam falsi, sed in te omnia vera: quia verus Deus, verus homo, vera anima, vera caro, vera vita, vera passio, vera mors, vera resurrectio, vera ascensio, & finaliter omnia vera. Secunda est veritas doctrinæ dicens (viā Dei in veritate doces.) Quasi dicat, Non abscondis veritatem, non sinistra intentione aliquid dicis, sed omnia ad vtilitatem proximi. ps. neq; nocebo in veritate tua. Tertia est veritas iustitiæ dicēs, (non respicis personas hominum) ideo sumus certi, q̄ tributum dices dari Cæsari. ¶ Applicando ista in loquela christiana, hanc triplicem veritatem homo explicare debet, videlicet manifestare veritatē vitæ, vbi necessitas & vtilitas se offert pro salute sua propria. Similiter veritatem doctrinæ, quā ædificationi & vtilitati proximi & eius necessitati viderit conuenire. Tandem veritatem iustitiæ, cum eius administrationi se offeret cōuenire. Dimissis igitur duobus vltimis (quæ proposito non faciūt) de prima manifestatione, scilicet veritatis vitæ, pro ut poenitenti conuenit, in præsentī dicendum est, videlicet, de manifestatione veritatis vitæ poenitentiæ, de qua dicemus tria in præsentī sermone. Primum de necessitate & origine istius obligationis, scilicet vt confiteatur, & manifestet patri sacerdoti veritatē vitæ suæ in omnibus que deliquit, quia dicit (dicam ei, Patēr, peccaui.) Secundum de eiusdem manifestationis clara & expressa cōfessione, quia dicit (in cœlum) id est clare sicut cœlum claret omnibus. Tertium de circumstantiis eiusdem explicationis vt clara sit, dicens (corā te.) Cum aliquali expositione hodierni Euangelij.

¶ Prima pars.

DE primo, videlicet de origine & obligatione huius manifestationis & cōfessionis sacramentalis sacerdoti faciendæ, ne nobis videatur res noua in lege euangelica, probabimus ipsam esse de lege naturæ, etiam in lege euangelica. Quod non erit parum id facere, cum circa hoc nobis bellum cum pluribus est, maxime cum modernis hæreticis. Et pro huiusmodi deductione præmittenda sunt quædam supposita secundū sanctum Bonauenturam in. iij. distin. xvij. q. j. & ij. S. Bonauent. ¶ Primum suppositum est, q̄ duplex est cōfessio, scilicet mentalis & vocalis. Confessio mentalis est recognitio offensæ & peccati. Hæc autem est de dictamine legis naturæ per se, secundum q̄ rationalis naturæ est. Nam & canes dū aliquid male agūt, verecundantur se male fecisse: quantomagis homines de quacunq; re male acta. Vltra hoc recognitio offensæ in Deum commissæ est de dictamine legis nature adiutæ aliquo modo per fidē. Quo modo enim sciet se offendisse Deum, quem nō videt, nisi per aliquē radium fidei hoc recognoscatur? Quomodo autem cognoscet Deum per præuāriationem offendisse, & ab eo misericordiā petendam esse, nisi culpam cognoscatur? Ergo cognitio se aliquid male egisse, ex dictamine nature est. Quod illa sit contra Deum, est etiam illius, sed adiutæ dono fidei. Igitur confessio mentalis (quæ est ista recognitio offensæ se male egisse) est de dictamine legis naturæ. ¶ Est etiam confessio vocalis explicatio illius recognitionis per vocem. Et hæc est duplex. Vna quæ fit Deo, altera quæ fit homini. Ad primam vocalem quæ fit Deo, dicitur natura & naturalis ratio, non simpliciter, sed in casu, vt puta quando exigit. Sicut exegit ab Adam in Genesi dicens. Adam, vbi es? cur fecisti? cur comedisti? Vbi glo. Verba sunt non ignorantis, sed confessionem exigentis, seu ad confessionem cogentis. Similiter de Cain, Vbi est Abel frater tuus? Ad alteram autem confessionem vocalem, quæ fit homini, dicitur natura: nō in speciali, nisi in generali, videlicet, quia omnibus modis oportet reconciliari Deo, quibus ipse statuit. Vnde natura dictabat, q̄ si Deus arbitrum institueret inter se & peccatorem, quilli culpa esset reuelanda: quam ipsi Deo si exigeret, reuelare tenetur. Et ita spectat vocalis manifestatio ad legem naturæ in speciali si Deus requireret, & in generali faciendā homini, si Deus hominem arbitrum institueret. Dices, Cōtra ius naturale est manifestare secretum amicum: ergo contra ius naturale

De loquela sacramentali corā patre ecclesiæ. 89

erit manifestare secretum proprium & proprios defectus. Ratio huius est, quoniam magister tenetur diligere seipsum, ad minus non minus, quā proximum: ergo si peccata secreta proximi manifestare est contra ius naturale, ergo & propria. Dico quod reuelatio peccati secreti potest fieri dupliciter. Vno modo ad sui ipsius commendationem & ostentationem, & hoc peruersum & diabolicum est, vt faciunt pessimi homines, de quibus Prouerborum: gloriantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis. Et propheta, peccatum suum sicut sodoma prædicauerunt. Et ista est contra ius naturæ. Quod certe faciunt illi, qui se infamant, & alios. Quod certe maxime contingit inter milites, qui otij vacant: iniquum est, & ad prouocandam Dei inimicitiam & in ipsorum verecundiam & confusionem. Altera reuelatio est ad Dei gloriam, & suam salutem procurandam, & habendam diuinam propitiationem, & ad curanda vulnera animæ: & ista non est contra ius naturale, imo secundum ipsum. Exemplum. Sicut si quis haberet vulnus in parte secreta, tenetur ex dictamine iuris naturalis detegere illud medico, alias esset occisor sui, & diceretur fecisse contra ius naturale, si ex hoc moreretur: nam & animalia leguntur hoc fecisse, vt patet in leone sancti Hieronymi. Multo magis natura dictabit, si institueretur homo, qui vulnera animæ sanaret, illa eidem reuelare: Et si ex hoc æternaliter moreretur, diceretur contra ius naturale fecisse. Habemus ergo ex dictis, quod confessio vocalis est de iure naturæ in generali, videlicet, si Deus institueret arbitrum, quod eidem teneretur manifestare peccatum ad illius expiationem habendam.

E ¶ Secundum suppositum sit, quod in lege scripturæ fuit vocalis confessio secundum tamen modum illius legis. Nam in illa lege secundum Apostolum omnia in figura contingebant illis, & in quadam vmbra. Ideo in Leuitico omnia illa sacrificia & oblationes pro peccato tam principis, quā totius multitudinis, tam sacerdotis, tam ignorantis quā vnus particularis hominis, quæ coram sacerdote legali fiebant: non erant nisi quædam manifestationes exteriores suorum peccatorum secundum modum illius legis. Vt etiam patet in Leuitico de hirco emissario, super quo vtraque manu posita sacerdos debebat confiteri omnes iniquitates filiorum Israel, & vniuersa delicta & pec-

cata eorum. Ponderandum est hic, videlicet quomodo poterat ille sacerdos legalis confiteri omnes iniquitates & vniuersa delicta, nisi illi prius confiterentur illa? Fuit ergo ibi confessio vocalis exterior peccatorum, licet non ita clare, sicut in lege euangelica: secundum tamen modum illius. Ideo ibi non solum fuit insinuata, sed instituta illo modo, vt patet clare. ¶ Tertium suppositum, quod cum confessio vocalis ordinetur ad duplicem finem: primus est ad deletionem peccati: & iste est finis confessionis in se. Peccator enim dū male agit, odit lucem. Et ideo in remissione oportet ad iustitiam reduci, & redargui opera tenebrarū, vt Apostolus inquit, quæ autem arguuntur, à lumine manifestantur. Hoc autem fit per confessionem, ideo debuit clarius in ea lege institui, in qua est manifestatio veritatis, & in qua verbū caro factum est, vt intelligibile fiat sensibile & manifestum. De quo Ioannes, qui incepit prædicare poenitentiam in remissione peccatorum dixit, quod non erat illi lux: & sic verbum quod erat nobis occultum, fuit manifestatum. Ideo consequens fuit, vt & occulta & quæ sub vmbra & in figura fiebant, manifestari deberent: illa maxime, quæ ad deletionem peccati faciunt. Psalmus. Incerta & occulta manifestasti mihi. In illa ergo lege vbi deus factus est homo, vbi lux quæ ante erat sub modio, posita est super candelabrum: ista vocalis manifestatio fieri debuit ratione huius finis primi, scilicet peccati deletionis. Alter finis confessionis est ad reconciliandum Deo, humano arbitro mediante: ideo ista confessio vocalis fit homini, vt homo sit arbiter inter Deum & peccatorem. Ille homo fuit Christus, quem oprabat Iob, dicens, Non est qui manū possit ponere in ambobus. Reuera talis non potuit esse, quousque Deus factus est homo: quia homo deificatus datus est nobis mediator & arbiter, qui potuit manum ponere super vtrumq; cum Deus esset & homo. Verum quia discessurus erat ab ecclesia sua, ascensurus in cœlum (quoniam nō erat conueniens præsentialiter nobiscum esse) posuit homines arbitros, rectores videlicet ecclesiæ, quibus hanc (vt diximus) concessit potestatem arbitrandi, & reconciliandi: quod ante eius aduentum non potuit, nec decuit esse, ideo hic in lege euangelica confessio vocalis instituta est.

¶ Ex quo primo sequitur ex his fundamentis, quod illa confessio vocalis, quæ de iure naturali ex-

Quinta clausula. Sermo. xxxiii. Sabbato post. iiii.

dictamine legis naturalis in generali erat facienda homini, si illum Deus institueret arbitrum (vt patet in primo supposito) in lege euangelica est facienda, ubi institutus est arbiter. Tum primo ratione obligationis vnius ad alteram, scilicet mentalis ad vocalem. Patet. Quia ex lege naturali mentalis erat facienda Deo, & vocalis homini, si institueretur arbiter homo: & hoc vt reconciliaretur, & sanaretur à vulneribus animæ (vt ibi dictum est.) Ergo ubi Deus factus est homo, & arbiter institutus est, ex isto duplici fine, de præcepto & iure naturali facienda est confessio vocalis, vel Christo homini supræmo arbitro, vel ipso absente vicario suo constituto ab ipso in arbitrum. Cum igitur non possit negari hos arbitros in sua Ecclesia instituisse, vt patet Ioannis vicefimo capitulo, & in pluribus locis Euangeliorum: ergo nec potest negari quod non sit obligatus homo peccator arbitro confessori manifestare vocaliter & sensibilibiter (quod dico propter mutos) peccata sua, & ita ex ipsa arbitri institutione cadet obligatio confessionis vocalis. Tum secundo ratione necessariæ reuelationis. Quia supposita institutione arbitri vicarij à Christo, quia purus homo est, non possunt sciri ea super quibus arbitrari ex commissione tenetur sine miraculo, nisi illi reuelentur occulta: non possunt ei reuelari nisi à peccatore: ergo supposita commissione, quam non potest negare (si christianus est) tenetur peccator vocaliter & sensibilibiter illi peccata sua manifestare. Tum tertio ratione assecurationis. Quandoque sunt duo remedia ordinata ad vnum tertium esse & tum, minus certum non sufficit sine acceptione magis certi, & periculo se exponeret. Exemplum. Si ad sanandam aliquam infirmitatem remedia sunt phlegma, & phlebotomia: si magis certum remedium esset phlebotomia, periculo se exponeret infirmus, si dimissa phlebotomia fusciperet aliud. Cum igitur toti communicati præfigendum est remedium magis certum, illo præfixo, oportet suscipere illud: alias periculo se exponeret: sed ad dimissionem peccati sunt toti communicati peccatorum duo remedia, vnum est confessio interior, videlicet recognitio peccati cum detestatione (quæ est cõtritio vt diximus) alterum est exterior sacramenti susceptio, certius & securius est receptio sacramenti (licet aliud efficacius) ergo toti communitati legis Euangelicæ dandum erat, & præcipien-

dum remedium certius, scilicet sacramenti absolutionis susceptio. Et hoc non potest fieri nec recipi, nisi præuia vocali confessione: ergo ex institutione remedij certioris, & in præcepto dati, datum etiam fuit præceptum præambuli & prærequisiti ad absolutionem. Igitur ex institutione vicarij à Christo sequitur alterius institutio.

H Dices, Quare ergo non inuenitur præceptum formaliter à Christo, sicut & alia, cum illud sit maioris grauitatis, & quod magis onerare videtur existentes in Christi ecclesia, quàm alia quæcunque à Christo instituta? Dicere enim quod hoc est institutum ab Ecclesia, non videtur recte dictum, cū & ipsi non habuerunt potestatem instituendi sacramentum aliquod, nec aliquid quod sit pars integralis sacramenti vt est confessio, cum hoc sit & pertineat ad potestatem excellētie Christi (quam diximus solum habuisse & cõmunicare nõ potuisse hominibus) ad minus nõ communicauit illam? Ad hoc dubium dico, quod istud præceptum non debuit à Christo pro illo tempore, quo ipse vivebat, institui nec publicari, sed illud dari in mandatis ipsi apostolis, vt ipsi tempore suo promulgarent. Et ad hoc assignatur triplex ratio.

Hugo. Prima est Hugonis, videlicet quia in confessione duo sunt. Vnum formale & completiuum: & hæc est absolutio, siue potestas absoluendi: & hæc ipse instituit, dando clauas, (vt declaratum est.) Alterum est materiale, scilicet detestatio peccati & morbi: hoc non instituit, sed insinuaui. Ratio est, quia sufficit egroto exponere medicum & medicinam. **S. Bona.** Secunda ratio est melior, & est sancti Bonaventuræ distinctione decima septima, quæ distinctione secunda quarti. quod Christus ipsam confessionem publice non instituit, eo quod est remedium recidiantium. Vnde quia Christus Ecclesiæ erat fundator, & omnes veniebant ad baptismum (vbiferebat omnium peccatorum remissio) ideo tantum venientibus præcipiebatur vt crederent, & baptizarentur. Si ipse illo tunc toti communitati explicasset confessionem (quod erat remedium recidiantibus) daret quodammodo occasionem recidiantium: ideo illo tunc satis erat instituere arbitros, dando potestatem: vt cum ad illos esset recursus pro reciduo, tunc explicarent Christi voluntatem cognitam. Ideo à Christo est instituta ipsa vocalis confessio, & ab Apostolis præcepta & promulgata, vt patet in Iacobi. v.

De loquela sacramentali corā patre ecclesiæ 90

Iacobi. v. bo episcopo Hierosolymitano, dicente, Confitemini alterutrum peccata vestra. Et sic indita est, & vsque nunc cum reciduo continuata.

Tertia ratio est, quia confessio opus humanum est (licet Deus specialiter per suam gratiam cõcurrat inspirando illuminando &c.) nec ex se habet virtutem, sed in sacramēto ad quod ordinatur est virtus supernaturalis (vt dictum est) ideo non debuit pronuciari a Christo nisi illud, quod in se cõtinet virtutē, vt est sacramētum: hoc autem sufficiebat dicere apostolis esse præambulum ad absolutionē necessarium. Ecce ergo ipsius necessitatem & originem. Ideo dicit, dicam ei, Pater, peccavi. Patet primum.

¶ Secunda pars.

I E secundo ponitur magistralis definitio sic. Confessio sacramentalis est secreta delinquentis accusatio suorum cõmissorum peccatorum corā sacerdote super eum iurisdictionē habente, cum spe veniæ consequendæ. In qua ponuntur quinque clausulæ quæ requisita ad ipsam manifestant. **¶** Primo dicit (sacramentalis) ad differentiam aliarum confessionum, vt illa quæ fit soli Deo in secreto cordis: quia in illa morbus non aperitur, scilicet latēs peccatū, quia Deo apertū erat. Etiam illa quæ fit iudici seculari, quia illa non fit cum spe veniæ: quoniam cõfessio sacramentalis ordinatur ad absolutionē, quia non habet aliā formā, nisi. Ego te absoluo, & ita in illo debet esse spes de venia, cū sit curia misericordiæ. Tum, quia in curia seculari qui confitetur delicta, puniuntur conformiter ad confessionem. In hac autem, quæ sacramentalis est, quantomagis confitetur, tantomagis absoluitur. Tum secundo, quia in illa iudicatur secundū testium depositiones: nec confitenti creditur, nisi ad condemnationem eius. In hac autem creditur conscientia & dicto confitentis, nec admittuntur testes. Tum tertio, quia per illam liberatur à furca inferni: & est sicut si ab illo qui ad furcam ducitur abscinderetur funis à collo eius, & ficeriperetur de manibus tortorum. Tum quarto, quia in hac arbitrare proceditur, quæ sunt de integritate confessionis sacramentalis. **¶** Secundo dicit (secreta) ad differentiam confessionis generalis, quæ ab omnibus publice fit: quia si per illam confitens venialium remissionē consequatur, non est sacramentalis, quia debet esse secreta. Secundo dicit (secreta) ex parte confessoris, quia tenetur se

creta confessionis omnino celare: etiam si licentia tur à poenitente, non debet vti tali licentia. Tum, quia de iure diuino & naturali est seruare famam, & non se infamare: ideo nec licentiam alteri potest dare, vt ipsum infamet. Tum, quia nec confessor, nec licentia poenitentis possunt præiudicare sacramento, & idcirco cum ista confessio sacramentalis ex sua ratione includat: nec poenitens nec confessor possunt illi licite præiudiciū inferre, nisi esset magna necessitas & multum in generali. Ideo ego non multum crederem canonitatis in hoc, qui in materia matrimoniali & circa cõtrahentes vtuntur, & dicunt licite posse confessores vti tali licentia. Ratio, quia cum sit vicarius Dei, tenetur se illi conformare (qui peccata dimissa tegit.) Verum si ei dicatur extra confessionem illud quod in cõfessione audiuit: videat ne sigillo confessionis præiudicet. Tertio dicit (secreta) vt pertinet ad poenitentem. Tum propter cõseruationem famæ eius, quia nulli licet diffamare seipsum. Ecclesiastici, Curam habe de bono nomine. Ex quo reprehendendi sunt illi, qui consulunt furibus, vt peccata secreta dum sunt in patibulo, publice coram omnibus confiteantur. Tum ne alijs peccandi occasionem tribuant. Tum ratione verecundiæ & præiudicij vxori, filijs &c. Tum ratione scandali & rixarum, quæ inde oriri possunt. **¶** Tertia dicit (accusatio) quia ibi non debent adduci excusationes, quia illud nõ ordinatur ad absolutionem: nec laudes, enumerando bona quæ fecit, vt illæ Pharisæus. Luca. xvij. capitulo. Hinc dicit saluator, **Luc. xvij.** Ite, ostendite vos sacerdotibus. **Luc. xvij.** Per illud verbum, Ite, notat accessum ad patrem. Per illud, ostendite, excludit torporem quorundam dicentium, interrogate me vos, cum debeat esse accusatio non interrogatio, nisi quando oportet, & ex defectu procedit cõfitentis nesciētis se accusare. Per illud, vos, notat accusationē sui non aliorum. **¶** Quarta dicit (suorum peccatorum) tangit materiam confessionis. Nam non habens conscientia peccati mortalis, non tenetur confiteri ex præcepto Christi & diuino: bene tantū semel in anno ex præcepto ecclesiæ. Primum patet. Quia præceptum diuinum Christi de confessione, diximus fundari ex institutione arbitri in illa cõmissione Ioannis. Quorum remiseritis peccata &c. in qua fundatur necessitas confessionis pro recuperanda gratia (secundū Scotum) & ratione præcepti dilectionis Dei (vt ille la te deducit.) Ille qui non habet conscientia peccati

Quinta clausula. Sermo. xxxiii. Sabbato post. iiii.

mortalis, non tenetur ad recuperandam gratiam, cum supponimus habere illam: ergo non de præcepto diuino immediate. Secundum autem patet, quod tenetur ex præcepto ecclesiæ de confitendo semel in anno, quod rationabile est. Primo, ad euitandum scandalum, quia alij dicerent nolo confiteri, quia non habeo conscientiam peccati &c. Secundo tenetur adminus se coram patre præsentare, & facere suam generalem confessionem, ut præceptum adimpleat, & ad communionem admittatur. Tertio etiam obstinatus tenetur se præsentare, ne no uo peccato transgressionis præcepti ecclesiæ peccet: quanto magis, quid scit si propter illam obedientiam Deus tæget cor illius ad emolliendum illud? vel quid operabitur confessoris prudens consilium? Ex quo patet, quod peccatorum debet esse confessio, scilicet manifestorum, occultorum, priorum, & relictorum ac eorum radicum. ¶ Quinto dicit (iurisdictionem habente sacerdote.) Nam extra casum necessitatis, proprio sacerdoti confitendum est: & in casu necessitatis non oportet confiteri laico, quia illa confessio non ordinatur ad absolutionem, cum lucus non habeat illam potestatem, sed soli sacerdotes (ut diximus) & in illo casu sufficeret Deo confiteri, cum proposito confitendi sacerdoti, si poterit illum habere. Ecce ergo quidditatem confessionis vocalis, ratione cuius accedens ad patrem dicit, dicam ei, Pater, peccavi. Et sic patet secundum.

¶ Tertia pars.

DE tertio videlicet de diuersitate & claritate huius explicationis & loquelæ dicit (coram te) id est ut omnino manifestentur tibi. Pro hoc notandum est, quod dicitur ad perfectam naturalem, & humanam loquelam secundum Aristotelem & Petrum hispanum requiruntur quædam naturalia instrumenta pro illius formatione clara & distincta: sic suo modo transsumptiuerequiruntur in loquela christiana poenitentia. ¶ Primo requiritur guttur habens duo canalia, quorum per alterum ingreditur cibus, & per alterum emittitur aer ad vitam & loquelam necessariis: & quando impediuntur, fit singultus. Per hoc notatur, quod ista locutio sacramentalis debet esse uoluntaria. Quia sicut per canale uoluntatis peccata habuerunt ingressum, (ut dicit Augustinus:) sic per illud egressum debent habere. Ideo attendere debent, qui timore poenæ confitentur, vel æternæ vel temporalis. Quia secundum Augustinum oportet non solum timere iudicem, sed anxiam pro glo-

ria. Ideo poenitentia in fine uitæ dubia habetur à doctoribus. Et (ut mihi videtur) etiam illa quæ fit in fine quadragesimæ, videlicet quod si finis quadragesimæ non ueniret, non confiteretur, signum est, quod non est uoluntaria simpliciter: sicut de alijs dimittentibus pro alijs respectibus. Similiter signum uoluntariæ confessionis est, cum fit illico, quod peccauit: quia licet non teneatur ex præcepto peccati mortalis nisi pro tempore ab ecclesiâ determinato, nisi in casibus suscipiendi sacramenti, periculi, dubij de copia confessoris postea habenda: tamen multum confert ad expeditam locutionem. Exemplum de confessore, qui poenitenti dedit exemplum illico confiteri, ex duabus ollis plenis luto: quarum alteram quotidie mundabat, reliquam non: à qua postea non potuit extrahere lutum, nisi fracta olla. Ideo deberent adminus in festis principalibus Christi & uirginis confiteri.

¶ Secundo requiritur lingua, quam dedit Deus porosam, mollem, ut facilius penetraretur cibus ac aer emissus, & habet neruos tenues. Notatur in hoc secunda conditio confessionis, scilicet quia debet esse humilis. Tum primo interius, videlicet ut impleat Dei præceptum, & ecclesiæ matris eius, & sui confessoris: quia tantum habebit de merito, quantum de humilitate & obediencia. Tum etiam interius, ut sibi ascribat peccata. Tum humilis exterius, scilicet capite discooperto, non super altare, in uestibus humilibus, & genibus flexis. Tum etiam exterius in modo loquendi, quia non ex iactantia, nec alleuando peccata, quia signum superbiæ est: & signum humilitatis, cum illa confitetur etiam, quæ scit confessorem alias scire.

¶ Tertio requiritur palatum cum quatuor dentibus. Nam oportet linguam percutere palatum, ut uox sit clara: etiam dentes faciunt discernere loquelam. Notatur per palatum materia confessionis, scilicet peccata, quæ lingua debet tægere, ut supra dictum est. Per dentes notatur discretio. Tum primo, in eligendo confessorem discretum. Tum ut distincte dicat peccata, & grauiora cum maiori ponderatione. Tum dicere circumstantias: maxime illas, quæ speciem peccati mutant. ¶ Quarto requiruntur duo labia. Labia enim sunt ad claudendum & adaperiendum os. Officium est dæmonis claudere os peccatoris ne confiteatur, ut dicitur de tribus dæmonibus, quorum unius officium erat claudere cor, scilicet ne homo coteratur de peccato, alterius: claudere bursam, ne restituat: alterius uero

De loquela sacramentali coram patre ecclesiæ. 91

claudendi os, ne confiteretur: ideo confessio debet esse clara, & ore aperto. Confessio insuper claudit plura ora. Primum confessoris, qui pro nullo casu potest reuelare peccatum sibi confessum, ut patet de illo confessore, qui à fratribus suis occisus fuit, eo quod noluit dicere an quidam qui sibi confessus fuerat, occidisset patrem suum: & post mortem nunquam etiam potuerunt eius os aperire. Secundum os diaboli, qui non ualet accusare de iam confessis, ut patet de illa muliere, quam de adulterio accusabat: & ipsa illico confessa in stabulo, postea dicebat se nunquam illam accusasse. Quartum os conscientie, ne remordeat de peccato. Hinc. Psalmus. has circumstantias confessionis tangens dicit (Dixi) scilicet uoluntarie confitendo (confitebor) scilicet humiliter interius & exterius (iniustitiam meam) uidelicet peccata, ut sit loquelæ pulchritudo (& tu remisisti impietatem peccati mei) quo ad clausuram multiplicis oris. ¶ Ex quo patet, quomodo necessarium est illud dicere, (Pater, peccavi) uocaliter, uidelicet, ut manifestetur ueritas uitæ, quæ luce clarior debet esse in lege euangelica. Tum ratione instituentis, scilicet Christi, qui lux est manifestans omnia: & ita in statu legis naturæ non esset necessaria, nisi cum requirebatur: & in lege scripta in illis ceremonijs, quia tunc uerbum adhuc caro factum non erat: sed luce posita super candelabrum ecclesiæ, & uerbo incarnato, omnia debent ei manifestari, vel illi cui committendum duxit. ut patet in factio Euangelij præsentis Ioannis. viii. capitulo, dicens, Ego sum lux mundi &c. In quo ponuntur aliqua per ordinem, licet breuiter illa expeditamus.

Euageliū.
Ioan. viii.

L Rimo ponitur bonitas lucis. Quatuor habet lux. Primo est comunicatiua sui ipsius. Ideo dicit, Ego sum lux mundi. Nominis mundi intelligitur homo (qui est secundum Gregorium omnis creatura.) Christus enim secundum naturam diuinam est lux de luce, Deus de Deo, lumen de lumine. Ioannis. j. Deus lux est, & tenebræ in eo sunt nullæ. Ista lux de se non est uisibilis, ut Apostolus. Lucem habitat inaccessibile & incommunicabilem. Non ratione sui, sed ratione nostri: & quia à nobis uideri non poterat, sub nebula carnis se posuit. Lucæ. j. Et uirtus altissimi obubrabit tibi inquit angelus uirgini. Ex quo uerbum manifestum se fecit. Eze. xxxiiij. Solem nube tegat. ut ipso manifesto, & manifesto eius ministro ab ipso instituto, ipso absen-

Gregorius.

Ioannis. j.
i. Timo. yj.

Lucæ. j.

Eze. xxxiiij.

te, manifestem? nostras occultas culpas, ideo Christus lux de luce paterna, & sacerdos lux communicata à luce Christo per potestatem sibi concessam. Ex quo non solum ad ipsum Christum debet fieri peccatorum manifestatio interius, sed ad aliam lucem de luce, uidelicet sacerdotem, quia alias esset ambulare in tenebris, quia dicit, Qui sequitur me, non ambulat in tenebris. Peccatores enim dicuntur in tenebris ambulare, carentes ista luce: ubi dum confitentur, dicuntur esse in luce, ut Apostolus. Fuiſtis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Sed quia dicitur, Qui sequitur me &c. Nota, quod quidam præcedunt hanc lucem, ut superbi, nolentes confiteri, nec humiliari. Alij obuiant isti luci, ut hæretici, dicentes confessionem non esse necessariam: sunt ut papiliones cæci, qui à luce exuruntur. Alij sunt retrocedentes, ut sunt pusillanimes, ut trepidantes eicere concubinum, facere restitutionem: & non ualentes sequi Christum, redeunt ad pristina peccata. Ecce ergo bonitas lucis confessionis: in qua ad lucem peccata deducuntur, & ad lucem ueram, scilicet patrem reducuntur, & per consequens non ambulant in tenebris. Tum ignorantia, quia ipse est ueritas. Tum nec culpa, quia ipse est uita. Tum nec gehennæ, quia ipse est uita. Tum illum sequentibus dat triphicem lucem, scilicet intelligentiæ earum quæ ignorauerunt per instructionem patris: & gratiæ, per administrationem sacramenti absolutionis: & gloriæ, per relaxationem obligationis ad poenam temporalem. Ista ergo manifestatio peccati est tantum boni comunicatiua in arbitrio, & illa est attractiua bonorum spiritualium, est remotiua nocimenti peccatorum, & inductiua omnis boni spiritualis & gratiæ: quæ erant conditiones lucis (quia lux est comunicatiua, attractiua, remotiua, & adductiua.) ¶ Secundo ponitur ueritas lucis, quia sequitur quod dixerunt Pharisei. Tu de teipso testimonium dices, & testimonium tuum non est uerum. Quasi dicerent, Res inopinabilis uideretur, quod aliquis de seipso perhibeat testimonium, maxime se laudando: tu autem te laudas, dicendo te esse lucem mundi. Secundum iura. C. de testibus. l. omnibus. Nullus debet esse testis in causa propria. Responso Christi sequitur. Principia (ut dicit Aristoteles) debent supponi, & non probari: quia alias esset processus in infinitum, si unum principium probaretur per aliud. Inquit, Ego principium, ergo non per alterius testimonium probari deo. Similiter lux

Eph. vj.

Aristoteles

Quinta clausula. Sermo. xxxiiii. Dñica de passione.

non potest manifestari per aliam lucem, sed se ipsa: immo illa est causa, quare alia manifestetur. Item loquela non potest manifestari per aliam loquelam. Christus autem verbum est patris, ideo nullus potest testimonium de illo bene proferre, opera manifestat veritatem eius. Ideo sequitur, Opera quae ego facio, testimonium perhibet de me. ¶ Morali- ter. Testimonium quod peccator dicit de se ipso, verum est, quia illi creditur, & nulli alteri contra illum: & quanto magis confitetur contra se, tanto magis est pro se. Similiter ipse scit quo venit, aut quo vadit. Et nemo est iudex, nisi ipse: & ipse ibi ne minem debet iudicare: quia ad praesens Christus non iudicat quemquam premiando, sed gratiam conferendo. Restat ergo, quod in praesenti iudicio solus pater spiritualis est iudex, cui manifestare debet peccata, ideo dicit quod neminem iudicat, hic, sed

iudicium dedit patri, ut dicat, Pater, peccavi. ¶ Tertio ponitur potestas huius lucis, quia dicitur in textu, quod quarebant, quod ubi esset pater eius? quoniam dixit quod pater debebat testimonium de illo perhibere? Respondit, Neque me scitis, neque patrem meum: nam si me sciretis, forsitan & illum sciretis. Et sequitur quod noluerunt illum apprehendere, quia nondum venit hora eius. ¶ Morali- ter notatur in hoc huius confessionis potestas ratione sigilli & secreti: quia neque poenitentem, neque patrem nemo potest scire in isto foro, & ita nemo potest in eum mittere manum, neque apprehendere quantum sit culpae, nec quantum sit de gratia acquisita in illa confessione, & per consequens quantum de gloria. Ad quam nos perducatur Christus Iesus, qui cum patre & spiritu sancto vivit & regnat in secula seculorum. Amen.

Sermo tricesimus quartus. Dominica de passione.

NE. DE QUINTA CONDITIONE HUIUS CLAUSULAE, VIDELICET DE SATISFACTIONE QUO AD EIVS ORIGINEM & EIVS QUIDDITATEM. Sub isto themate.

¶ **I**am non sum dignus vocari filius tuus, fac me sicut unum de mercenariis tuis. Ex parabola Lucae. xv. cap.



VATVOR conditionibus huius clausulae sermonibus praecedentibus declaratis, videlicet de confessione potestatis ipsius patris, & de loquela poenitentiali quo ad eius originem, obligationem, quidditatem, & perfectam explicationem. In praesenti sermone incipienda est quinta conditio eius & secundum quod in contritione habuit in voto & promisso, videlicet de satisfactione sacramentali ante comparitionem coram patre facienda, videlicet refarciendo damnata contrafacta in illa regione longinqua peccati, quae significatur in his verbis, dicens, fac me sicut unum de mercenariis. Et declaratur in hoc istud verbum, de mercenariis. Sed prius salutetur virgo Maria.

¶ Argumentum huius sermonis.

Declearare oportet ipsum vocabulum, scilicet satisfactio, & exinde significationem eius. Et ita supponendum secundum sanctum Thomam in quarto distinctio. xv. quod sicut homo hominem offendens duplicem defectum incurrit & contrahit. Primo, quia facit contra amicitiam debitam in affectu, eo quod affectum sibi debitum non impedit, videlicet diligendo ipsum sicut seipsum ad quod ex debito charitatis obligatur. Secundo, quia facit contra iustitiam & eius aequalitatem in quantum rem alteri debitam subtrahit. Ex primo amittit gratiam proximi, ex secundo obligatur ad poenam satisfactionis illius, quod subtrahit. Sic peccator per separationem in regionem longinquam peccati, duplicem incurrit defectum. Primo, quia amicitiam dei violavit, non impendendo ei debitum affectum ratione commissorum sibi, videlicet creationis, redemptionis, & aliorum innumerabilium, quae Deus ex puro amore illi contulit, per quae ratione gratitudinis tenebatur illum reamare &c. Tu ratione creationis, quia licet beneficium ex parte termini sit finitum: & ita obligatio finita. Tu ratione modi

De satisfactionis origine & quidditate. 92

& potestatis ostensa est infinita. Quia cum inter non esse & esse sit distantia infinita, non potuit reduci nisi per infinitam potentiam (quod Aristoteles non potuit capere, & sic negavit creationem & posuit mundum esse perpetuum) quantum magis producendo illum creaturam infinitam in duratione a parte post. Tum ratione redemptionis. Quia licet illa, quae Christus in corpore pro nobis pertulit essent finita: tamen ratione personae fuerunt meriti infiniti, & ita ex hac parte beneficium infinitum, & obligatio infinita. Quantum magis, quia ratione sufficientiae sunt infinita, eo quod pro infinitis sufficiens fuit: & multo amplius ratione magnitudinis charitatis, quia pro uno solo peccatore (si solus fuisset) eam pertulisset, ut cuilibet peccatori tota cedat passionis & redemptionis obligatio. Tum etiam ratione glorificationis nobis praeparatae & promissae, quam ut Apostolus & Propheta inquit, nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quae praeparavit Deus diligentibus illum. Quod certe est infinitum, cum obiectum beatitudinis obiectivae sit infinitum, & ipsa beatitudo extensivae infinita, & ita ratione impensis debiti obligatio erat & est infinita. Secundum, quia subtractum fuit infinitum, eo quod servitia quae Deo debentur, scilicet subiectio, honor, sunt infinita non solum quae de praesenti poterat: sed in futuro exhibenda, quantum est ex parte peccatoris subtrahit, & ita debitorem se constituit, non solum quia non reddidit quod debebat, sed detraxit quae Deo pertinebant. Hinc est quod ratione primi amittit gratiam, & incurrit offensam. Ex secundo incurrit debitum, quod ratione dicta est infinitum, & sic post cessationem actus peccati supra diximus eum infinitae poenae esse reum & obligatum remanere. ¶ Verumtamen primum, videlicet offensam, remittitur in contritione, ratione illius displicentiae, interueniente merito contritionis Christi Deo dilecti. Secundum vero spectat ad satisfactionem. Unde sicut inter homines solet offensam gratiose remitti & laesos placari in animo, & recipere offendentem in pristinam amicitiam: tamen nihilominus exigitur de damnis illatis, & rei detractae & ablatae restitutio. Sic etiam contingit hic. Quia ratione detestationis & emendationis in proposito, & confessionis, dimittit Deus offensam, & restituit gratiam, & ex liberalitate etiam remittit poenam debitam in inferno aeternaliter, commutando tamen illam in poenam hic in praesenti, vel in purgatorio explendam. Quanta

autem illa sit, scit Deus. Dicitur, quod septennis pro quolibet mortali. ¶ Ex hoc oritur dubium, quia quis pro non impenso debito affectu, pro liberaliter donatis, & illa triplici portione male dissipata dicat quod non meretur vocari filius, eo quod debitum honorem & recognitionem patri tam liberali largitori non impendit: verumtamen ratione secundi, videlicet subtractionis illorum, quae includunt debitum infinitum, dubitat si potest satisfacere: quia quantum erit ex parte sui ad quodcumque se exponet, ideo dicit, Fac me sicut unum de mercenariis, id est, paratus sum quo ad hoc ad omne mihi impositum. Hoc ergo dicemus in praesenti sermone pro ipsius poenitentis informatione. An possit de his Deo satisfacere, an non. Duo faciendo. Primum de origine & possibilitate huius satisfactionis ratione subtracti, & an dicatur satisfactio, an relaxatio. Secundum, de eius quidditate, & quid sit. Cum expositione evangelica.

¶ Prima pars.

Ro primo supponenda est descriptio beati Anselmi, quam de satisfactione ponit dicens, quod satisfactio est redditio aequivalens alias indebiti. In quo ponuntur duo, quae ad satisfactionis integritatem requiruntur. Primum, quod reddatur aequivalens. Alterum, quod illud quod redditur, non sit alias debitum. Ex hoc sumitur impossibilitas satisfactionis erga ipsum Deum. Primo, quia cum satisfactio sit opus iustitiae, & ita requirit aequalitatem inter subtractum & id per quod satisfit: clarum est quod homo, & si per totum vitae suae cursum laboraret in poenitentia, non potest Deo satisfacere, quia nihil habet in se aequivalens Dei debito: ergo hac ex parte non potest satisfacere. Hinc Bernardus dicebat. Quod retribuam domine tibi pro omnibus quae mihi dedisti? Si me ipsum, Totum tibi debeo. Si mundum, tibi debeo. Si bona spiritualia, a te recepi. Verum quia te ipsum pro me dedisti, quid erit in me, quod reddam pro te? Quasi dicat. Nihil aequivalens habeo. Secundo etiam ex alia parte est impossibile. Quia homo illa quae potest dare, alias debet Deo: & omne quod redderet, esset alias debitum ipsi deo: quomodo ergo potest inveniri hic ratio satisfactionis? ¶ Ad hoc est responsio sancti Thomae ubi supra, supponendo unum, videlicet, quod duplex est debitum. Unum, quod debetur alicui debito decetiae, ut videlicet illi debeo omnia, a quo omnia quae habeo recepi. ut exemplum potest poni in aliquo, qui ex se nihil

Quinta clausula. Sermo. xxxv. Dñica de passione.

habeat, rex tamen exaltauit illū: ille omnia ex de-
centia deberet regi. Alterū est debitū necessitatis,
videlicet illud, ad quod præcipere reddendū ille, à
quo omnia recepit: & sic ex debito teneretur pro
debito adimplere illud, & etiam teneretur ad illa,
quæ bono modo potest pro illo facere. Hoc suppo-
sito, licet homo debeat omnia quæ habet, & quæ
habere potest ipsi Deo debito decēte, nō tamen à
Deo exigitur vt faciat debito necessitatis & præce-
pti, taliter q̄ reddat & faciat totū quod potest. Im-
mo secundū Scotum est impossibile in hac vita, vt
homo totū posse in vnum aliquod expēdat, cum
secundum Christi sentētiā circa multa sollicitē-
mur, dicētis. Martha circa multa sollicita es, & tur-
baris. Porro vnum est necessarium. Pondera vnū
esse necessarium debito decentiæ, non debito ne-
cessitatis. ¶ Ideo quædam mensura constituta est
à Deo ipsi homini ad quam tenetur, & ab eo exi-
gitur debito necessitatis & est. Tum primo obser-
uantia decem præceptorum decalogi, pro corre-
spondentia beneficij creationis, & beneficiorū ge-
neralium: vt illorum impletio, teneat ipsum in re-
cognitione sui creatoris, & eius supremi dominij.
Tum pro beneficio redēptionis, quo nobis in ne-
cessitate extrema constitutus propter nimiam suā
charitatem succurrit, obligat ad opera charitatis
proximo in necessitate extrema constituto exhi-
benda. Cætera autem vltra hæc, licet ei debeamus
debito decentiæ, non tamen debito necessitatis,
quin ex illis possimus opera supererogationis fa-
cere, & de illis ad satisfaciendum pro peccatis nos
adiuuare. Potuisset namq; Deus obligare nos ad
omnia, adeo, vt nihil nobis restaret ad superero-
gandum. Tamen considerata fragilitate nostra,
miseria, & tarditate, immo difficultate ad bonum,
(pondera ista, scilicet difficultatem, & tarditatem)
noluit (vt dicit Scotus) nos vniuersaliter obligare
nisi ad decalogum, & ad illa mandata, quæ ad de-
calogum reducuntur, ex debito præcepti. De illis
autem quæ sunt supererogationis, vt possimus sa-
tisfacere. Quæ opera (secundū Scotum) sunt gene-
raliter sex, & ponderāda ipsi poenitenti. ¶ Primū
est contritio siue tristitia de peccatis concomitans,
quæ tāta potest esse, quæ post cōtritionem totalē
poenā debitā merebitur remittere, vt patet de con-
tritione exhuberātī (vt supra diximus cū exēplo
de Magdalena.) Ideo in superioribus dixi (præci-
pue in nostro funiculo) quod nitatur poenitēs re-
cordari de peccato etiam dimisso, & sæpius conte-

Scotus.

Lucæ. x.

Scotus.

D

ratur de illo, & displiceat illud comisisse: quoniam
licet prima contritio fuerit ad deletionem culpæ,
aliæ autem detestationes & displicentiæ erunt ad
satisfaciendum de poena. Ideo culpas ad memoriā
reuocare, magna satisfactio est, dum displicent, &
multum affecuratur de satisfactioe: maxime si
adeft corporalis afflictio, lachrymæ, gemitus &c.
¶ Secundum opus satisfactoriū est confessio. Quan-
do enim peccata sunt dimissa per contritionem, &
postea de illis confitetur, ex illa humilitate volun-
tatis qua subijcitur cōfessori homini propter deū,
& tot vilia de se sentiēs coram illo se accusat, mul-
tum minuit de temporalī poena. Hinc est, q̄ pec-
cata quæ semel confessa sunt, cū requisitis ad con-
fessionem seruatis, licet non teneatur si non vult
iterum confiteri: tamen si voluerit, propter illam
humilitatem propter Deum, erunt in diminutio-
nem poenæ (illis iam dimissis quo ad culpam) de-
bitæ. ¶ Tertium opus satisfactorium est quoddā
consequēs ipsam confessionem, scilicet erubescen-
tia, quod est opus poenofum. Quæ (vt dicit Magi-
ster in. xvij. dist. iij. allegans Augustinum) habet
partem remissionis. Intellegitur partē, scilicet poe-
næ temporalis, vel purgatorij. ¶ Quartum opus
satisfactorium est corporalis afflictio, vt disciplina,
ieiunia, cilicia, peregrinationes, & cætera, quæ car-
nem macerant, & illi poenalia sunt. ¶ Quintum
opus satisfactorium est oratio, vbi missæ, sacrificia,
& alia quæ ad eleuationem mentis in Deum fa-
ciunt, & castigationem spiritus, ne in his terrenis
verferur. ¶ Sextum opus satisfactoriū est eleemo-
syna, & subuentio proximi extra casum extreme
necessitatis (quia in illo iam ex præcepto vt dictū
est tenetur.) Hic ratio ponitur, quia hæc pos-
sibilia sunt, vt de illis fiat satisfactio. Tum primo ra-
tione præcepti, inquit Christus, Facite fructus di-
gnos poenitentia. Nota fructus, id est, opera poeni-
tentialia pro satisfactioe, quæ ex interiori velut
ex arbore procedūt. Et beatus Hieronymus, Ana-
thema sit, qui dixerit præcepisse Deum aliquid im-
possibile, Ergo si dixit fructus dignos poenitentia,
ergo possibile erit. Tum secundo ratione reconci-
liationis. Quia deus incomparabiliter est magis mi-
sericors quā aliquis homo: sed homo potest ho-
mini satisfacere, ergo & poterit Deo. Tum tertio
ratione punitionis condignæ & debitæ. Satisfacit
homo Deo, quando æqualem poenā culpæ respon-
dentem voluntarie assumit: sed contingit homini
aliquam æqualem vel maiorem poenam quā esset

Magister.
Augustin⁹

Lucæ. iij.

Hierony.

De satisfactionis origine, & quidditate.

93

delectatio in peccādo, assumere: ergo possibile est
peccatorem Deo satisfacere de poena (dimitto cul-
pam) Et hoc sufficiat quantū ad illam partem quā
ratio satisfactiois includit, videlicet, quod debet
esse de his quæ non sunt debita. ¶ Sed est dubium
maxime quo ad illam partē, videlicet, quod debet
esse æquivalentis redditio, cū probauimus debitū
quod deo debemus ratione subtractū fuisse infini-
tum. ¶ Pro quo est notandū, quod æquivalentia
aliquorum adinuicem potest tripliciter considera-
ri. Primo secundum valorē rerum naturalem con-
sequentem earum virtutem & quātitatem: & isto
modo res diuersarum specierum nunquam erunt
æquales. Quia sicut nō possunt esse eiusdem spe-
ciei, sic nec eiusdem valoris, & per consequens in-
ter eas nō est aliqua æqualitas. Potest exemplum
poni in numeris, quia nō sunt eiusdē speciei, nō pos-
sunt esse æquales. Et Aristoteles dicit, q̄ species re-
rū sunt sicut numeri. Itē in tritico, & vno &c. auro
& lapide. Secundo earum valor considerari potest
per respectum ad vsum & commodum humanū,
eo modo, quo attenditur præcium ad appræciata
(vt alio die diximus) & sic possunt due mēsuræ or-
dei æquialere vni mensuræ tritici. Et ita istis duo-
bus modis non potest haberi æquialētia actionis
cuiuscumque assumptæ pro peccato, & poenæ pec-
cati ad expiationem & satisfactioem. Tum, quia
non sunt eiusdem specie moris, scilicet illa actio &
peccatum: nā peccatum cum sit defectus quidam,
non est in specie moris. Tum, quia peccatū non po-
test referri ad commodum humanum. Tertio mo-
do earum valor potest considerari vel æqualitas at-
tendi secundum iustitiam distributiua & æqua-
litate strictam, videlicet, vt tantum detur in sa-
tisfactione, quantū subtractum fuit in peccato. Si-
cut per homicidium nō satisfit per amputationem
pedis, quoniam iustitia distributiua respicit poenas
æquales demeritis præcedentibus, & ita non solui-
tur centū per nonaginta. Vel potest attendi æqua-
litas secundum acceptationē voluntariam & æsti-
mationē illius rei, ab illo, cui debet fieri satisfactio,
vt si is cui satisfit acceptat nonaginta pro centum.
¶ His habitis dico, quod cū dicitur ab Anselmo,
q̄ est redditio æquivalentis, nō debet sumi illa æqui-
ualentia secundum iustitiam distributiua strictam,
vt tantum debeat reddi quantum debetur, sed se-
cundū æquialētiā in acceptatione diuina: quia
sic nulla actio vel passio poenitētis æquualet offen-
sētū veniali (modo quo suo loco diximus se-
-

Aristoteles.

G
Doctores.

Durandus.

Mat. xvij.
Ioannis. xj.
Hebræo. vj.
Mat. xxvj.

H

Quinta claus. Sermo. xxxiiii. dominica de passione.

tam, quia fit pro infinito Deo placando, concurrente eius infinita misericordia. ¶ Secundo prouenit à virtute poenitentiae & operis poenalis seu passionis Christi deo dilecti mediatorisque nostri, quae fuit medium & causa acceptationis nostrae satisfactio- nis: eo quod meritum eius est infinitum, quia per- sona infinita, & suppositi infiniti: cum actiones sint suppositorum, vt supra posuimus exemplum de car- bunculo infuso in petra auri, qui aurum facit vale- re. ¶ Tertio prouenit ab opere poenitentiali volun- tariæ assumpto. Quia licet tibi non sit æqualentia se- cundum debitum decentiae, est tamen secundum possibilitatem: & ideo à Deo acceptatur, quia ille nō exigit qđ potest simpliciter, sed qđ potest in respec- tu: maxime cum illud taxatū est & arbitratū ab ar- bitro à se instituto, videlicet sacerdote. Qđ est mul- tū pōderandū p̄ iniungēdis poenitentijs & assumē- dis. Ita igitur dicit iste adolescēs, qđ dicit patri, non sum dign⁹ vocari filius. Quasi dicat. Nō ingredior ad debitā satisfactiōnē secundū æqualentiam stric- tam vt merear ingredi domum paternam secun- dum strictam recompensationem: sed sicut merce- narius, cui (eo quod fecit secundum suam possibi- litatem) pater familias ex liberalitate vni sicut alte- ri tribuit. Et sic patet primum.

¶ Secunda pars cum euangelio.

I ¶ Secundo, videlicet de quidditate satis- factio- nis, ponitur magistralis definitio sic, Satisfactio est actus hominis, volun- tate assumptus, ad punitionem peccati ordinatus, à se commisi, cum spe veniæ consequēda. In qua ponuntur quinque particulae. Prima dicit (actus ho- minis) videlicet vt sit cum discretione. Sūt enim in nobis aliqui actus, quibus cum brutis communica- mus, scilicet in comedēdo, ieiunando, dormiendo, &c. sed in his ab illis differimus, quia bruta sine ratio- ne illos faciunt, nos autem cum discretione, & tūc dicuntur actus hominis. Sic autem in actu peniten- tiali satisfactorio requiritur discretio. Tum primo ex parte poenitentis, quia in omni actu, quo Deo sacrificam⁹, requiritur discretio, vt Apostolus. Ra- tionabile sit obsequium vestrum. Et in lege præci- piebatur in omni sacrificio apponi sal. (qui discre- tionem significat) ideo non placent Deo immoderata & indiscreta poenitentia. Tum secundo ex parte imponentis requiritur discretio: quia in iniun- gēda poenitentia, debet attendere si est in reme- dium futuri, an in punitionem præteriti peccati. Et secundum istam considerationem aliquando pro-

minori culpa imponenda est maior poenitentia, vt patet in sene & iuvene in peccato luxuria: quia licet maius peccatum sit in sene, cæteris paribus: ta- men iuveni maior poenitentia imponēda est, vt nō solum sit in satisfactiōnem præteriti: sed in reme- dium futuri. Tum tertio requiritur discretio pro- pter debitam poenam taxandam, quia pro volun- tate sua nō debet (vt supra diximus). ¶ Secūda di- cit (voluntarie assumptus) (vt diximus de contri- tionis dolore) Ratio Scoti est, quia videt quod ali- qua poena satisfit, & aliqua non: immo cum mi- nori satisfit, & non satisfit cum maiori, vt pa- tet de inferno & purgatorio. Nō videt unde sumat- ur causa huius, nisi penes voluntariū & in volun- tariū. (Videatur supra in definitione contriti- onis) Ideo ps. Volūtate sacrificabo tibi &c. ¶ Ter- tia dicit (ad punitionem peccati ordinatus) ideo sa- tisfactio debet esse per opus poenale. Nam in vna & eadem elemosyna hanc differentiam ponere pos- sumus. Quia ad meritum attenditur ad charitatē ex qua fit, & ad satisfactiōnē ad poenalitatem, ideo diuersa est ratio formalis meriti, & satisfactiōis. Ra- tio meriti attenditur penes charitatem, satisfactiō- nis vero penes poenalitatem. Ideo dicit quod ordi- netur ad punitionem peccati, vt secundum glorifi- cationem & delectationem in delictijs, tantum de- tur ei de tormento poenitentiali & poena. Quae poe- na erit auaro ieiunium? ipse enim in hoc delectatur, vt offeratur occasio ne tantum expendat, Quid lu- xurioso elemosyna? Quid superbo ieiunium? Cō- traria dicunt medici contrarijs curantur, ideo aua- ro elemosyna iniungēda, quia sibi poenalis est: lu- xurioso ieiunia vel disciplina: superbo oratio hu- milians &c. ¶ Quarta dicit (à se commisi) Quomā si poenitentia de tur in remedium futuri, non pote- rit alius pro illo adimplere: quoniam ieiunium Pe- tri nō macerabit carnē Ioānis. Si autē pro peccato præterito, poterit alius ex confessoris cōsilio secun- dum Magistru tribus tamen concurrentibus. Pri- mo, quod ambo sint in charitate. Secūdo, quod de- tur maior poenitentia. Tertio autoritate imponē- tis arbitrij. Hoc solum consulerē vt cum infirmis, qui non possunt: cum alijs autē raro, nisi casus exi- geret hoc. ¶ Quinta dicit (cū spe veniæ consequē- da) Quoniam hoc requiritur, vt interueniat Dei misericordia, quae (vt diximus) non requirit satis- factiōnem strictam, ideo non debet excludi spes de eius misericordia, quia alias nō fieret. Quod pa- tet in illo desperato Iuda, quia huiusmodi spe ca-

Scotus:

Psal. liij.

Apoc. xvij.

Magister.

De satisfactionis origine & quidditate. 94

Mat. xvij. ruit, cætera nil profuerunt, Ipse enim habuit con- tritionem interiorē, quia dicit euangelista. Quod poenitentia ductus. Similiter habuit confessionem sui peccati, & Christi innocētiæ, dicēs, Peccauit tra- dens sanguinē iustā. Quae confessio circumstantio- nata fuit quo ad omnes eius particulas (vt videre poterit quis). Tandem satisfactiōnem, dicens, retu- lit triginta argenteos, scilicet æqualitatem in quan- titate, qualitate: quia denarios eosdē restituit, quos accepit: & eisdem, à quibus habuit. Tamē remissio- nem non obtinuit, quia non cū spe veniæ fuit. Ec- ce ergo quid satisfactio secundū quam dicit, quod fiat ei non sicut filius, sed quod imponatur onus si- cut fit mercenarijs, qui laboribus expositi sunt.

¶ Vnde tanta patris benignitas, vt tantam poenā relaxet, parūque recipiat pro satisfactiōne æqui- ualente? Totū hoc prouenit ex poenitentia Chri- sti, qui habens veritatem vitæ, quia sine peccato, ve- ritatem doctrinæ sine fictione & deceptione, & ve- ritatē iustitiæ sine diminutiōe, pro omnibus nobis voluit poenitentiā pati. Tū in vita, vt poena ei para- retur, tanquā si peccator esset. Tum in doctrina re- pelleretur, nec audiretur tanquā si seduceret. Tū in veritate iustitiæ: vt in ipso lapidaretur, tanquam si esset Dei patris offensor. Quod luce clarius patet in præsentī euangelio Ioannis. viij. c. vbi Christo re- præhendenti in pharisæis vitæ falsitatem, obijciūt in propria. Et proponenti doctrinæ veritatem, res- pondent derisoria. Atque prædicanti patris æter- nitatē, intentāt crudelia, videlicet iacere lapides in- eum. Quae sunt tria notanda in euangelica expo- sitione.

Euāgelij.
Ioh. viij.

k ¶ Rimo, pponit veritatē vitæ. Pharisei cō- cluserunt super morte Christi, eo quod sumpserunt causam, & occasionem ex ipsa lazari resuscitatione. Nā totus mun- dus conuertebatur, & post Christum abibat ratio- ne illorum, quae lazarus dicebat in alio sæculo vidif- sede Christo. Et credebatur lazaro, eo quod nobi- lis esset, & homo verax, & magnæ reputationis. Ideo Christus ostendens eorū malitiam, & sui ip- sius diuinitatem & innocentiam dicit, Quis ex vo- bis arguet me de peccato? Querit causam huius an- esset propter eius malam vitam, an propter falsita- tem doctrinæ eius. Quasi dicat. Quoniam causa propter quam aliquis non est credendus in doctri- na est eius mala vita, secundū Gregorium in qua- dam Homelia. Cuius vita despicitur, restat vt eius prædicatio contemnatur. Et idem, Vox operum

Gregorius.

fortius sonat, quā verborum. Ideo dicit. Quis ex vobis arguet me de peccato? Secundum origenem **Origenes.** nemo ista verba confidēter dicere potest, nisi Chri- stus. Tum propter naturam diuinam, secundum quam per naturam impeccabilis est. Tum pro- pter humanam, quae etiam ratione vnionis omni- no impeccabilis est. Tum ppter visiois gloriā, dicit etiā. Quis arguet? Nā aliud est imponere peccatū, aliud arguere de peccato. Nā imponere, est ex calū- nia. Pluries namque peccatum Christo imposue- runt, vt patet Ioannis. Hic peccator est. Item Ioan- nis cæco dixerunt, Scimus quia hic peccator est. Et **Ioannis, ix.** Io. Si non esset hic malefactor &c. Arguere vero **Io. xvij.** est, scilicet rationabiliter aliquē convincere. Quod & si cōtra Christū tētaissent, nō tamen valuerunt. vt patet Matthæi. Quia cum multos testes addu- **Mat. xvij.** xissent cōtra Christū, Inuenerunt, quod non erāt conuenientia testimonia illorum. Ergo quod do- ctrina Christi repellatur, nō est causa eius mala vi- ta, ideo, Quis ex vobis arguet me de peccato?

¶ Secundo nec etiam est causa falsitas in ipsa do- ctrina, ideo, proponit veritatem doctrinæ dicens, Si veritatem dico vobis, quare nō creditis mihi? (Si, pro quia) Quia veritatem dico salutis vestræ expe- dientem, & ego qui verbum sum patris, qui ad hoc natus sum, & ad hoc veni, vt testimoniū perhibeā veritati, qua nil excellentius, quia teste propheta. **Ioan. xvij.** Super omnia vincit veritas, nil etiam securius **Psal. iij. Eldre. iij.** Scuto circūdabit te veritas eius. Cōquentur Chri- **Psal. xc.** stus, si veritatem dico, quare non credūt. O delitio- si, quare nō creditis Christo veritatem dicenti. Poe- nitentiā agite, & aprouinquant in vos regnū Dei? Quare non creditis Christo ieiunium verbo & fa- cto cōmendatē? O ambitiosi, quare non creditis il- li dicenti. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram? O cupidi, quare non creditis illi dicen- ti. Beati pauperes spiritu &c. O iracundi, qua- re non creditis illi dicenti. Beati qui persecutio- nem patiuntur &c. O seculo dediti, quare nō cre- ditis illi vitā aternā abrenunciantibus promitten- ti? ¶ Tertio dat causam horū, dicens, Quia qui ex Deo est, verba Dei audit: propterea vos non auditis, quia ex Deo nō estis. Formatur syllogismum hy- potheticum. Assumit maiore, dicens, Qui ex Deo est, verba Dei audit, id est, credit. Accipit mino- rē, scilicet, vos non auditis, id est, non creditis. Con- cludit, ergo ex Deo non estis. Nota quod aliud est esse à Deo, & aliud esse ex deo. a. notatur principiū productiuum, ideo esse à Deo, est esse ab eo in esse

Roma. xij.
Leuit. ij.

Quinta clausula. Sermo. xxxiiii. Dñica de passione.

naturæ. ex vero dicit moueri secundū instinctum ipsius. ideo qui ex Deo est. credit Deo & operatur secundum eius voluntatem. Et isto modo isti non

Joan. ij.

M bis. Et loquitur de discedētibz. ¶ Ad propositiā vitæ veritatem isti iudæi obijciunt impropria decentes. Bene dicimus nos q̄a Samaritanus estu. & dæmonium habes. Nota. quia cōtra illud quod dixit. scilicet non habere peccatum. nec de illo posse argui ab illis. obijciunt dicētes illum esse samaritanū. Non genere (quia bene sciebāt vnde erat. secundū carnem) sed more. id est. peccatorem Deo odibilē. sicut apud ipsos erant samaritani. Similiter quia dixerat nec argui posse de veritate doctrinæ: obijciunt. dicētes quod dæmonium haberet. Quia dæmon. vt dicitur Ioannis. In veritate nō stetit. & mē dax est. & pater mendacij. Hoc autem ex hoc dicebant. quia eorum consilium & determinationem secretam reuelabat. tanquam alias non potuisset scire nisi ex dæmonis reuelatione. His respondet Christus. tacendo ad primum obiectum. videlicet quia vocauerunt illum Samaritanum (secundum communem modum exponendi) eo quod samaritanus potest in bonam partem interpretari. Tum primo ratione nominis. quia Samaritanus custos interpretatur. Quod conuenit Christo custodien

Psal. cxv.

Lucæ. x.

ti ecclesiæ domum. ps. Nisi dominus custodierit ciuitatem. frustra vigilat. qui custodit eā. Tum. quia ipse cōparauit se Samaritano misericordiam faciēti cum illo qui descēdit ab Hierusalem in Hierico. Tamen respondit ad illud quod dicebant se habere dæmonium. quia nullam interpretationem habere poterat bonam. ¶ Veruntamen (saluo meliori iudicio) dicimus. quod ad vtrumque respondit. Primo ad illud de dæmonio dicit. quod nō querit propriam gloriam. sed patris honorificationē: vbi dæmones propriam. & non Dei gloriam querunt. Secundo ad illud de Samaritano dicit. quia si quis sermonem eius seruauerit. non gustabit mortem. Tum corporalem. quia erit resurrectio ad vitam. Tum spiritualement. propter gratiā vitam. quæ illum seruātibus datur. Tum infernalement. propter liberationem ab omni pœna. ¶ De secundo. videlicet quomodo respondet ei derisoria. dicunt. Num

N

quid tu maior es patre nostro Abrahamā. qui mortuus est. & propheta mortui sunt. & audierunt sermonem Dei. quem te ipsum facis? Quibus respōdit dicens. Abraham pater vester exultauit vt videret

diem meum. vidit & gauisus est. Ex quo intendit Christus ostendere eis veritatem iustitiæ. quam ipse habet. Tres namque dies in exultatione spiritus vidit Abrahamā. qui sunt dies Christi. Primus est dies æternitatis. in illa visione. quæ habetur in Genesi. vbi dicitur. quod tres vidit. & vnum adorauit. Secundus dies est mysterium incarnationis. de quo. Nū celare potero Abrahamā. quæ facturus sum? Et ita dixit ei. In semine tuo benedicentur omnes tribuster ræ. Tertius est dies passionis. in immolatione Isaac vbi dicitur. quod ipso Isaac seruato. immolatus est aries (dimitto expositionē ad hoc) Et quia ista non fuerunt sine fide Abraham. ideo vidit. scilicet in fide: & exultauit. quia non virtute propria illud cognouit: & gauisus est. videlicet spe certa. Obijciunt isti dicentes. Quinquaginta annos nondum habes. & Abraham vidisti? Nota istorum malitiam. Ipse nō dixit quod vidit Abraham. sed quod Abraham vidit diem eius: & ipsi imponunt ipsum dixisse quod Abraham viderit. Quasi in hoc volentes ipsum reprehendere. quod se faceret maiorem Abraham: quia maiores non vident dies minorum. sed e conuerso. Quasi dicerent. Non es tu tantæ nobilitatis vt Abraham viderit te: sed tu ipsum. Contemplantur hic quidā. & bene. austeritatē personæ Christi: qui cum trigessimū tertium annum nō attigerit. reputabatur quinquaginta fere habere. Aliam expositionem si placet poteris habere. quod d'annus iubilei est quinquagesimus. qui iubileus incœpit ab Abraham propter victoriam quā habuit de quinq; regibus. Et ita ab Abraham vsque ad Christū fluxerunt anni quatuor mille. & plus: & sic multi iubilei fuerūt ab Abraham vsque ad Christum. qui adhuc non attigerat ad vnum iubileum. & ita ponunt quinquaginta annos. Ideo dicebant. quomodo poterat se Abraham vidisse. cum vnum iubileū adhuc non attigisset. & per tot iubileos Abraham illum præcessit? Quibus respōdit Christus. dicens. Antequam Abraham fieret. ego sum. Duo dicit. Vnum. videlicet se esse antequam Abraham: scilicet quo ad esse. dicens (ego sum) quod esse deitatis importat. Exodi. Ego sum qui sum. Alterum. quod secundum productionem vel generationem in humana natura ex tempore est posterior Abraham. quia dicit (fiet) quæ fieri dicit actum temporalem. Ideo licet sim posterior quam Abraham secundum humanitatem: tamen prior sum illo. secundum deitatem: & ita maior. quia æternus. ¶ De tertio. videlicet declarata eius deitate intētant ciu-

Gene. xvij.

Gene. xvij.

Gene. xxij.

Gene. xiiij.

Exodi. ij.

De satisfactionis origine. & quidditate. 95

delia dicit quod tulerunt lapides. vt iacerent in eū: sed Iesus abscondit se. & exiit de templo. Tum. vt esset exēplum persecutis declinandi. ne ex resistētia detur occasio vterioris peccati. Tum. quia hora eius adhuc non venerat. Tum. quia illo genere mortis nō elegerat mori. O Christi patientia. vt absconderet se tanquam si esset in ualidus. nec potens se valere? Vnde tanta modestia. vt quasi timidus discederet? Vnde tāta humilitas. vt quasi victus nō appareret? Diuinitas ab eis absconsa est. quia veritatem suæ diuinitatis lapidibus occultari voluerunt: atque pro nobis. vt ex eius patientia. nostræ satisfi-

ationes acceptarentur. vt essent veræ satisfiaciones in his quæ deliquerimus in veritate vitæ. doctrinæ. & iustitiæ. Illis inquit. qui habent actum hominis in sua satisfiacione ex auditione verbi Dei. Item qui voluntarie assumunt poenitentiam propter honorificationem patris. Item qui se ipsos puniūt poenaliter. vt in honoratio patris placetur. tādē qui poenitentia lapides duros suscipiunt. & cū spe veniæ de peccatis. & de collatione hic gratiæ. & futuro gloria. Ad quam nos perducatur ipse Christus Iesus. qui cū patre & spiritu sancto viuunt & regnant sæcula sæculorum. Amen.

Sermo trigessimus quintus. Feria secūda post Dominicam de passione. de remedio et potestate

patris quam habet pro peccatoribus negligentibus. aut pro non valentibus satisfacere. Sub isto themate.

¶ Fac me sicut vnum de mercenarijs tuis. Ex parabola Lucæ. xv. c.

¶ Fac me sicut vnum de mercenarijs tuis. Ex parabola Lucæ. xv. c.



Sermo prærito declarauimus satisfiacionis possibilitatem. & quomodo in illa redditur equiualens. in acceptatione diuina. interueniente ad hoc merito nostri mediatoris Christi. Et tandem explicauimus eius quidditatem & diffinitionem. In præsentis sermone dicemus de quodam remedio. quod in expotestate patris nobis remanet. si aut in adimpletione poenitentia nobis imposita negligentes fuerimus. vel ex impotentia illam adimplere non valeamus. Cuius cōsideratio facit accessum habere ad patrē. & dicere ei. fac me sicut vnum de mercenarijs tuis. Sed prius salutetur virgo Maria.

¶ Argumentum sermonis.

Suppositis duobus remedijs. quæ peccatoribus supra assignata fuerunt ex potestate patris ecclesiastici. Primum pro volentibus ad Deum conuerti. videlicet potestas ministerialis patris. quam clauas appellauimus iuxta Christi & sanctorum traditionem. Secundum fuit

pro rebellibus & obstinatis. videlicet excommunicatio & potestas coerciua vt medicina quædā. Veruntamen si cōtingat esse defectum in patre (quia homo est) circa taxationem poenæ & arbitrationē eius ex illius ignorantia vel propter poenitentis negligentiam. vel impotentiam eius. nunquid nō erit remedium? remittetur ad purgatorium. vbi atrocissimæ poenæ. vt alio die assignauimus? Dico quod ad hoc sunt in potestate patris in ecclesia ipse indulgentiæ. de quibus in præsentis sermone dicemus tria. Primum de earum origine. & vnde efficaciam habeant. Secundum quid vel quantum profunt. Tertium quibus profunt. Cū expositione euangelica.

¶ Prima pars.

De primo supponendum est fundamentum. quod passio Christi habuit duplicem effectum vel actum. Primus fuit mereri pro omnibus. vt Ioannis. Gratia & veritas per Iesum. scilicet merendo. vt homo vnitus deitati. & in ratione capitis. Secundus actus fuit pro omnibus satisfacere. Ratio huius est. quia suppositum illud non solum agebat. sed patiebatur: & ita fuit duplex actus. vnus merēs. & alter patiens. vel satisfaciens. Et forte istam duplicem actionem vel effectū ostendit saluator in horro. videlicet satisfiacionem. in magnitudine tristitiæ eius assumptæ pro culpis omnium & poenis quas præiudicauit in verbo. dicēs. Tristis est anima mea vsq; Mat. xxvj.

A

Ioannis. j.

Mat. xxvj.

Quinta clausula. Sermo. xxxv. Feria. ii. de passione.

Lira. ad mortem (vt Lira exponit) non solum extensue sed etiam intensue. Alteram vero merentem, in illo sudore sanguineo, & illis guttis sanguinis decurrentis in terram (vt Euangelista dicit) vbi explicuit illam particularem applicationem virtutis & meriti eiusdem benedictę passionis efficaciter omnibus predestinatis, cuius virtute effectum suę predestinationis, scilicet gloriam valere acquirere (vt in funiculo nostro late diximus). Habuit igitur Christus actionem meritoriam & satisfactoriam: quia non solum agebat merendo, in quocumque instanti vitę suę, immo in somno. Iuxta illud Cantico-
Cantico. v. rum. Ego dormio, & cor meum vigilat. Sed & patiebatur ab instanti conceptionis, in quo acceptauit omnes poenas pro nobis, ideo dicitur nūquam risisse. Ex quo ergo habemus, quod per passionem suam Christus nō solum nobis meruit vitam eternam: sed etiam pro nobis satisfaciēs fuit pro poenis debitis. ¶ Ex quo etiam supponendum censemus, quod saepe & sermone præterito diximus, quod istius passionis Christi meritum & satisfactio est infinitum ratione suppositi infiniti quod agebat, & patiebatur. ¶ Secundo principaliter est aduertendum, quod primi actus vel actionis virtusque merendi, seu ipsa Christi merita recondita sunt pro nobis in sacramētis ecclesię a Christo institutis, vt ibi sit gratia Christi & virtus recondita pro dignis suscipientibus illa, & in merito Christi, & secundum dispositionem & modum a Deo ecclesię suę traditum. Et ita illa virtus passionis, vt ibi non principaliter recondita est ad satisfaciendum, sed gratis ex sola sacramenti susceptione cum dispositione recipientis respectiue requisita, datur, & sic liberatur a culpa, & recipit gratiam, & relaxatur aliqua vel tota poena solum ex liberalitate Dei dantis, & Christi merentis. Et ponderanda est ista liberalitas Dei circa applicationem meriti Christi, & eius reconditionem in sacramētis ab eo institutis, vt principaliter conferatur in eis gratia, & remittatur, licet ex consequenti aliqua poena. ¶ At vero virtus actionis secundę, videlicet patientis Christi vel poenaltatis eius, reponitur in thesauro ecclesię, ad comunicandum illam illis, quibus opus est communicare pro satisfactioe culparum eorum, vel relaxatione poenarum suarum. Et hic est vnum maxime considerandum, quod cum vtraque actio, videlicet merens, & patiens, seu satisfaciens, sit infinitę virtutis: ideo sacramēta ecclesię pro deletione culpę & ibi reposita gratia est ad quancumque culpam abluē-

dam & remittendam. Et sic infinitus thesaurus cōmittitur ministris ecclesię in sacramētis, & in exhaustibilis, sufficiens ad infinitas culpas si essent. Sic etiam thesaurus ecclesię pro relaxandis poenis ad dispositionem & distributionem ministris ecclesię (cui conuenit secundum ordinem hierarchicum talis dispensatio) est infinitus & inexhaustibilis. Quæ duo Apostolus tetigit, dicens, Sic nos exilimet ho-
i. Cor. iij. mo, vt ministros, scilicet quo ad primum, & dispensatores ministeriorum Dei, quo ad secundum, scilicet ratione dispensationis huius thesauri. ¶ Ex quo patet, quod non est ex insufficientia, quod passio Christi vel virtus eius in sacramētis recondita, vel per susceptionem illorum non remittat totam poenam, sicut & culpam. (Poenam dico, temporalem & purgatorij) sed ex Dei ordinatione disponentis non remitti totalem, sed aliquam partem virtute clauium (vt diximus) & aliquam ex dispositione suscipientis. Nam dicere quod in sacramētis non remittatur aliqua poena, est dicere Deum non esse liberalē, & ita gratis dimittitur illa, quę virtute clauium relaxatur. Ideo si in sacramētis dimittitur pars poenę, illa dimissio gratis est, non autem ex solutione. Quia & si pro peccato generali totius naturę humanę Christus soluit cōplete: non tamen pro mortali particulari vnius cuiusq; taliter, quod non oporteat aliquid soluere. Oportet ergo residuum illius poenę commutate, videlicet æternę in temporalem, soluere. ¶ Verum dices, Illa est magna, quis poterit soluere? vel vnde habebit tantum thesaurū, vt possit? Dico, quod ecclesia habet thesaurum infinitum & inexhaustibilem, vt non solum ratione meriti Christi excessiui repositi in sacramētis remittatur culpa & commutetur poena æterna in temporalem, de qua aliqua pars virtute clauium remittatur: sed virtute passionis Christi in ecclesia est thesaurus reconditus: qui si a thesaurario communi ecclesię cōmunicetur, sufficit ad omnem poenam relaxandam. ¶ Qui ecclesię thesaurus est ipse Christus secundum istam considerationem, vt patet actuū tertio. De Petro dicente clauo ad portam templi existenti. Argentum & aurū non est mihi, quod autem habeo hoc tibi do. In nomine Iesu Christi nazareni surge, & ambula. Christus est ille thesaurus, de quo dicitur Matthæi. q
Matth. xij. fuit bis absconditus. Nam prima absconditio est virtus meriti & passionis Christi, abscondita in sacramētis ecclesię visibilibus, ad dandum nobis liberaliter modo dicto. Et secunda absconditio est virtus

De remedio pro negligentibus in patre ecclesię. 96

eiusdē, & poenaltates excessiue, reconditę in thesauro ecclesię, ad comunicandum nobis pro relaxatione poenarum. Et est tantus iste thesaurus, quod dicit Bernardus, quod vna gutta sanguinis Christi, & quęcūque poenaltas eius, sufficiebat ad redimendum mille mūdōs, si essent peccatores. Ex quo patet, quod hic in isto thesauro non datur ipsum meritum Christi, sed excessiue poenaltates eius, & hæc est origo thesauri ecclesię. ¶ Secundo sunt qui dicunt nil de gloriosa virgine reconditum in isto thesauro. Et rationem assignant, quod si plene meruit: etiam plene fuit premiata, ideo de meritis eius nil est hic. Sed (saluo meliori iudicio) tenendum videtur, quod & si verum habeat eorum dictum de meritis, non tamē videtur quo ad poenas quas passa est, cum ipsa poenis (ad quæ teneretur) non indigebat, & illę passę fuerunt in gratia: non erat decens, vt inutiles essent, ergo ad reponendum in hoc thesauro. ¶ Tertio consequenter venit dicendum de poenis excessiuis sanctorum martyrum, quibus non indiguerunt ad meritum eorum, nec ad satisfactioem. Et similiter confessorum, vt patet de sancto Fracisco patre nostro, de quo dicitur in quodam eius responso & legenda, quod quadransille nouissimus culparum sibi cœlitus dimitti reuelatur, tamen postea magnam poenitentiam fecit. Item de beata Magdalena, cuius peccata quo ad culpam & poenam ex Euangelio legimus dimissa, tamen postea triginta annis in deserto arduissimam egit poenitentiam. Tandem de sancto Ioanne baptista, qui nec venialiter etiam secundum aliquos peccauit: tamen poenitentiam fecit, & ad quid, nisi ad reponendum in isto thesauro? Ratio ad hoc esse potest. Quia opus factum ex charitate, maxime poenale, non solum prodest facienti, sed pro alijs. Ecce ergo huius thesauri primam & principalē originem. ¶ Secundo origo huius thesauri prouenit ex cōmissione plenissima facta ecclesię sine aliqua conditione ibi Matthæi decimo octauo. & Ioannis vigesimo. Quodcūque solueritis &c. Vbi conceditur omnis commissio in quacunque materia relaxandi, & absoluendi culpam & poenam. Tum primo, quia in illa ponitur signum distributiū absolute, & ita in quacunque & quodcūque. Tum secundo, quia non solum in poenam sed in culpam, vt minister (vt supra diximus) Quia cui concedit magis, cōcedit & minus: min⁹ est poena quā culpa: ergo potest in poenā. Tum tertio, quia non solum in poenam æternam commutando illam virtute sa-

cramenti in temporalem, maxime in attrito: sed relaxando temporalem ex dispensatione huius thesauri. ¶ Tertio origo huius thesauri etiam prouenit a dispensante, vnde valorem sumunt in effectu & actuillarum. Pro quo aduerte, quod aliqui dixerunt, quod valor istarum indulgentiarum vel quantitas attenditur secundum deuotionem suscipientis. Sed hoc non potest stare, quia illas prædicantes peccarent, dicentes valere tantum & tantū. Bene verum est, quod deuotio suscipientis facit ad meritum illius actus: non tamen ad maiorem vel minorem relaxationem poenarum. Alij etiam dixerunt, quod attenditur ex dato & quantitate rei quę datur. Sed nec hoc potest stare, quia poena nō remittitur nisi pro commutatione alicuius rei pro illa: & ista debet esse taxata ab habente auctoritatem dispensandi, ergo non ex re sed ex taxatione illud erit. Alij dixerunt, quod attenditur ratione causę mouētis, scilicet vt pro hospitalibus, fabrica &c. Sed nec hoc potest stare, quia pro eadē causa datur maior vel minor indulgētia (vt quotidie videmus). ¶ Restabit ergo, quod tantum detur de isto thesauro, quantum ipse dispensator concesserit, materuenientibus quatuor. Primum interueniat auctoritas in dispensante. Et supramus ecclesię hierarcha potest plenarie, alij autem magis & minus secundum ordinem suum. Secundū charitas in recipiente. Ideo conceduntur secundum formam, ad minus cōtritis. Tertiū pietas in causa: honor Dei, vtilitas ecclesię &c. Ideo friuole dicitur esse indulgentia in quodam loco pro re turpi cōcessa. Quartū effectus in opere, videlicet, vt fiat illud, pro quo indulgētia datur. Et sic intelligi potest dum dicitur quod pro sint defūctis per modū suffragij, id est pōtēte suffragatur illi operi p applicationē, tātū aut tātū de thesauro ecclesię sibi credito & ita fit suffragatio operi determinato immediate, videlicet, vt tale opus tantum valeat: & anime pro qua fit, mediate, videlicet, vt a parte vel a tota poena purgatorij liberetur, quod est ponderandum in hac materia & pauci aduertunt ad hoc. Et sic patet primum, videlicet, de indulgentiarum origine.

¶ Secunda pars.

D E secundo, videlicet ad quid vel quantū se extendat indulgētia, dicimus primo, quod in peccato consideranda sunt quatuor. Primum est culpa actualis. Secundum habitualis macula, derelicta ex actu peccati, inclinās ad malum, Ioānis. Qui facit peccatum, seruus est pec-

Ioan. viij

Quinta clausula. Sermo. xxxv. Feria. ii. de passione.

Lucæ. vij.

cati. Tertium est reatus ad poenam, qui remanet actu peccati transeunte, vt Magdalenz. Deleta culpa dictum est, Remittuntur tibi peccata tua. Inteligitur quo ad poenā. Quartū est offensa & inimicitia Dei. Hæc large declarata sunt supra in secunda Clausula huius primæ partis trilogij. ¶ His suppositis dicitur, quod indulgentia ad nullum istorū valet ex se, sed solum ad poenam. Quod patet. Tū primo, quia non extēditur ad culpam, quia solum à Deo remittitur principaliter, & à sacerdote ministerialiter, ministrando Sacramentum. Ex quo patet, quod nulla est indulgentia à culpa & poena. Ratio, quia sicut poenitentia Sacramentū respicit culpam: sic indulgentia respicit poenam. Ideo culpa solum duobus dimittitur, aut cōtritione sufficenti (vt dictum est in contritis) aut Sacramento & absolutione, vt in attritis. Ex quo hoc dici potest. Quia in ecclesia talis forma, scilicet absolutio à culpa & poena, non inuenitur in indulgentijs. Similiter nec talis forma inuenitur in sacra theologia. Itē quia militabit contra Sacramentum, illud euacuando, si indulgentia absolueret à culpa. Ideo indulgentia nil facit contra culpam, vel circa illam. Veruntamen dices. Quare ergo ponitur in tenore indulgentiæ? Dico (saluo meliori iudicio) quod ego nō ponerem, nec crederem etiam theologū hoc facere, Tamen propter reuerentiam ministrorum, qui illud ponunt, & autoritatem materiz, de qua loquimur dico, quod si ponitur, hoc erit, quia in bullis communiter papa cōcedit aliquos casus sibi referuatos, de quibus ipse sacerdos non posset absoluerē sine tali concessione, & hac ratione potest extendi indulgentia ad culpā. Et propterea debent ministri earū ponere illud. Verum hoc est multum indirecte, nec indulgentia hoc facit, sed iurisdicctio, quæ sacerdoti datur, vt possit absoluerē illum &c. Quantum autem ad alia tria quæ sunt in peccato, videlicet macula, offensa, & reatus poenæ æternæ, ad hæc nil facit indulgentia (vt liquet). ¶ Quo ad aliud, videlicet quantum valeant? communiter dicitur, quod tantum valent, quantum sonant, scilicet in forma concessionis. Pro quo notandum, quod ille solent sonare tripliciter. Primo secundū mensuram dierum vel annorum, vt cū dantur quadraginta dies, vel anni de indulgentia. Secūdo respiciunt certam portionem peccatorum, vt medietatem, vel tertiā partem. Tertio respiciendo aliquādo ad totam, vt datur remissio omnium peccatorū quod est indulgentia plenaria. Si primo, tantū dierū vel annorum re-

mittitur, quātū ibi cōtinetur. Et ita dicatur de alijs. Sed summo opere aduertendū est, quādo indulgentia ponitur de iniūctis poenitētijs, vel de poenis peccato debitis, quia si dicit de iniūctis, intelligitur sicut sonat de illis: si autem indeterminate, intelligitur de omnibus quæ pati tenebatur in purgatorio, pro iniūctis, hic non adimpletis, & venialibus secūdam illam quantitatem quæ ibi continetur, ideo solet cōcedi indulgentia omnium peccatorum. ¶ Ex quo patet, quod illa differentia que ponitur de indulgentia plena, plenaria, & plenissima, nil est in effectu: nisi velint dicere, quod indulgentia plena est respectu poenarū quæ ex mortalibus dimissis relinquuntur, scilicet illa, quæ commutata est temporalis de æterna in contritione vel in Sacramento. Et plenaria de istis, & etiam respectu venialium. Plenissima autem respectu poenitentiarum iniūctarum, & quæ iniungi debuerunt, ad quas non potuit ex ignorantia confessoris, vel ex impotentia poenitentis. Et vltra hoc additur in iubileo commisso casuum referuatorum, & communicatio stationum, vt communiter fit. Magnum certe remedium est in Christi ecclesia hæc potestas concessionis indulgentiarum, ratione quarum confidenter potest accedere ad patrem ipse poenitens, dicens, Fac me sicut vnum de mercenarijs tuis. Et sic patet secunda pars.

¶ Tertia pars.

Restat alterū declarādum, videlicet quibus indulgentiæ valent. Et pro hoc dicendum est, quod ille non profuit, nisi illis qui sunt idonei ad recipiendum, dicente domino concedentibus illas Lucæ. x. Si sibi fuerit filius pacis, requiescit super eum pax vestra &c. Et sic ponuntur quatuor impedimēta, quæ qui habuerint, non erunt idonei ad indulgentiam. Primum est ex defectu fidei secundum Augustinū in libro de doctrina christiana capitulo primo. Christus dedit clauēs ecclesiæ, vt qui non crederet in ea dimitti peccata, non dimittantur ei. Secundo ex defectu acceptandi, videlicet, quando non est in diuina gratia, eo quod ad poenam æternam obligatus est. Tum, quia non fit remissio poenæ manente culpa per indulgentias. Tum, quia sicut membrum mortuum non recipit influentiam à capite & ab alijs membris: ita qui est in peccato mortali non potest suscipere indulgentias ex membris & actione viuorum. Tertio ex defectu comunicandi in-

De remedio pro negligētibus in patre ecclesiæ. 97

Euāgelij.
Ioannis. vij.

uicem in suffragijs ecclesiæ, vt sunt excommunicati. Quarto ex defectu contritionis & confessionis (si ponatur in indulgentia). Circa ergo indulgentiarum remedium totum fundamentum est fides. Ideo Saluator istis incredulis excommunicatis, volentibus illum occidere & thesaurum pro nobis fabricare, inquit, Modicum vobiscum sum, quia vado ad eum qui misit me. Ioannis. vij. c. In quo ponitur tres transitus. Primus est ipse Christus ad patrem pro recondendo huiusmodi thesauro. Secundus transitus est ipse ad gentes pro ipso thesauro publicando. Tertius est transitus ipse ad ecclesiā, pro illo thesauro communicando.

M

Ro primo est sciendum, quod iam determinauerant Christū tradere morti, nec audebant. Tum, quia plebem timebant. Tum, ne viderentur malitia concitati. Ideo dicit Euāgelium, quod miserunt ministros, vt illum caperent. Quibus Christus quatuor dicit. Primum, adhuc modicum vobiscum sum. Nam qui perdere ipsum quærebant, patientius expectarent: & qui eum cupiebant audire, ardentius quærerent. Ponit ergo suæ mortis dilationem, sed modicam. Quasi dicat, Expectetis modicum in hoc quod vultis facere, quia illud facietis, & si modicū distuleritis. Hoc est vt vobiscum sum, id est, ad vtilitatem vestram. Secundo dicit terminum sui motus, quia vado ad eum qui misit me. Tum ad mortem. Quia ire est mori. Tum ad patris propositum implendum, coniungendo mortem suam cum patris voluntate, & quasi ad reducendum effectum in causam. Tum vado, vt merito illius transitus cognoscat filius Dei. Quod de facto cognouit Centurio dicens, Vere filius Dei erat iste: & fideles ex hoc patri copulentur. Tum ad gloriam corporis vado, quia merito passionis & huius transitus adeptus est immortalitatem (secundum multos doctores). Tum causaliter, vt pro nobis thesaurus effunderetur duplex, & reponendus in sacramentis, & in indulgentijs. Quod virtute huius transitus factum est (vt vidimus de illo duplici effectu & actione). Tertio dicit modum sequendum, dicens, Quæretis me, videlicet plangendo ratione aduersitatis vobis ventura. Vt patet in planctu eorum de quo Christus fleuit super Hierusalem, vt dicitur. Dicit eorum indignitatem, dicens, Quia vos non potestis venire, videlicet quia increduli, excommuni-

Lucæ. xix.

cati, & incapaces tanti boni: non possunt venire ad illud modicū remediū, quod restat, videlicet vt de indulgentijs gaudere possint. ¶ Secūdo ponitur transitus ad gentes, dicētes, Nunquid in dispersionē gentiū iturus est? Gētilēs enim dicebātur dispersi. Tū, quā nō habitabāt recolecti sicut iudei. Tū, quia erant dispersi in superstitionibus diuersis & varijs. Tum rationē diuersi modi viuendi. Christus autem iturus erat in dispersionem gentium, videlicet ad congregandos illos in vnum veri Dei cultum, & modum viuendi, vt propheta, inquit. Eleuabit signum, & dispersos Israel congregabit. scilicet in vnam fidem, & in vnum cultum vnius veri Dei. Et hoc, dando fidem, & publicando euāgelicā veritatis viam. Hoc etiam officium est indulgentiæ, congregare, scilicet poenas dispersas, vt vna totalis, & integra indulgentia habeatur: nam poenæ distinctæ, & dispersæ erāt. Nam altera, quæ resalutabat, ex mortali per poenitentiam dimissa: altera, quæ per arbitrium patris iniungitur: altera, quæ pro venialibus debetur: omnes istas vna indulgentia plenaria congregat, vt dimittantur & relaxentur. ¶ Pro tertio transitu, videlicet ipsius ad ecclesiā & in animam vnus cuiusque fidelis dicitur, quod in illo magno festiuitatis die clamabat Iesus. Si quis sitit, veniat ad me, & fient in eo flumina, & de ventre eius &c. Iam alio die diximus quod ascendit die festo mediante: nunc autem dicitur quod in nouissimo illius festi clamauit. Nouissimum festi poenitentiæ est ipsa satisfactio & indulgentia. Ideo adhuc clamat. Si quis sitit, veniat, id est, si quis desiderat suam salutem & fontem omnis boni, & ditari huiusmodi thesauro, veniat. Ecce præconium. Sed quid daturus est pro illo? Non aliud, nisi quod sequitur: quia qui credit in me, fient in ventre eius flumina aquæ viuæ. Quatuor sitientes, & quatuor flumina fient. Prima sitis, de indulgentia peccatorum: & huic fiet flumen lachrymarum. Secunda sitis, vt opera sint satisfactoria, & fiet flumen diuinæ acceptationis (vt heri diximus). Tertia sitis est comparandi apud patrem: & vt recipiatur, flumen est collatio indulgentiæ, vt liber ab omni poena fiat in flumen gloriæ. Ad quam nos perducatur Christus Iesus, qui cum patre & spiritu sancto viuunt & regnant in secula seculorū. Amen.

Esaiæ. lvj.

Quinta clausula. Sermo. xxxvi. Feria. iiii. de passione.

Sermo tricesimus sextus. Feria tertia post Do-

MINICAM DE PASSIONE. DE QUALITATE SATIS-
factionis, & partium eius assignatione. Sub isto themate.

¶ Fac me sicut vnum de mercenarijs tuis.
Ex parabola Lucæ. xv. c.



In pre-
cedentibus
tractaui-
mus de sa-
tisfactioe
ipsa qua-
tu ad eius
originē,
possibili-
tatem, &
quiddita-
tem, & de
quodā re-

medio pro poenitentibus negligentibus, aut non
valentibus agere poenitentiam, videlicet de indul-
gentijs. In presenti sermone prosequentes mate-
riā satisfactionis, dicemus de qualitate eius, & qua-
lis debeat esse. Quod notatur in verbis assumptis,
dicens, Fac me sicut vnum de mercenarijs &c. De-
claratur in hoc sermone istud verbum (tuis). Sed
prius saluteretur virgo Maria.

¶ Argumentum sermonis.

Supponendum est ex dictis vnum, quod
in hac materia difficultatem facit, videli-
cet, quod satisfactio vt vere habeat ratio-
nem satisfactionis & non relaxationis, non sumit
rationē ex parte operis: quia quodcunque tale fit,
est alias Deo debitum, nisi ratione illorū quæ sunt
supererogationis. Nec ratione æquivalentiæ, nisi
pro quanto acceptantur. Et finaliter totum redu-
citur ad diuinam acceptationē, taliter quod ideo
habent æquivalentiam, quia a deo acceptātur. Ex
hoc insurgit dubium, quod cum opera alicuius nō
acceptentur a Deo nisi operans sit in gratia, vt pa-
tet in Genesi de Abel, de quo dicitur quod respex-
it Deus ad Abel & ad munera eius: ad Cain autē
& ad munera eius non respexit. quasi primo respi-
ciat personā & per consequens opera. Ergo ex hoc
videtur, quod operans cuius opera debent accepta-
ri debeat esse in gratia, sic poenitentivt opera eius
poenalia in satisfactioe acceptētur, & p cosequens
sint satisfactoria. Tum etiam insurgit dubiū ratio-

Genesi. iij.

ne periculi. Quasi dicat, Ego certus sum, quod secū-
dū qualitatem meorum delictorum arbiter iniun-
gere tenetur poenitentia: aliquando poenitentiam
multorum ieiuniorum, aliquando multarum ele-
mosynarū, maxime respectu præteritorum & in-
remedium futuri (vt supra dictū est) & illa teneor
implere sub poena peccati postquam acceptauero.
Ex alia parte ille cuius cui seruiebam, non cessat me
inducere, vt ad peccati regionem redeam. Similiter
porci ratione consuetudinis clamant. Effet possibi-
le me iterum in peccatum cadere ante impletionē
poenitentia mihi iniuncta. Ego vero, vt alio pecca-
to non peccem, scilicet patris præceptum transgre-
diendo: adimplebo ieiunia, eleemosynas &c. & ni-
hilominus in isto casu ero in peccato. Dubito an
illa adimpletio sit sufficiens, an teneat iterum re-
diēs ad gratiam illa reiterare: Quia ratione diuine
acceptationis, id est, vt acceptentur, videtur quod
sic. Ex alia parte videtur quod nō. Quia supra dixi-
mus, quod ad impletionē præcepti diuini, non re-
quitur quod sit adimplens in gratia, nisi ad meri-
tum: nihilominus adimplet, ergo multo minuste-
nebitur in adimplitione præcepti confessoris. Ex-
emplum Nabuchodonosor, cui dictum est, Pecca-
ta tua eleemosynis redime. Et Christus, Date elec-
mosynam, & omnia munda sunt vobis. ¶ Secun-
dum dubium est. Quia dictum fuit secundum Sco-
tum plura esse opera per quæ possumus Deo satis-
facere, vt erant illa sex poenalia: quia cum poenitē-
tia sit medicinalis, debet fieri p opera poenalia. Ve-
rum quia opera poenalia sunt plura, & diuersa, vel
lem informari (inquit adolescēs) per quæ opera de-
beam satisfacere: immo & si seruadē sint aliquę cir-
cunstātiæ. De his ergo duobus dicendū est in præ-
senti sermone primo, an poenitentia imposta à cō-
fessore, & acceptata à poenitente, teneatur impleri
in statu gratiæ, taliter, q si extra illū statū impleue-
rit: teneatur iterum reiterare illam, vt sit expiatiua
poenæ purgatorij & adimpletiua mādati patris. Sc-
cundū, quæ opera sunt, per quæ satisfacere debeat,
& de eius circumstantijs. Et tandem euangelium.

Danie. iij.
Lucæ. xj.

¶ Prima pars.

De satisfactionis qualitate & assignatione partiū .98



De primo supponendum est quod dixi-
mus, quod tota ratio satisfactionis &
æquivalentiæ eius est diuina accepta-
tio. Et quantum ad hoc omnes concor-
dant, quod satisfactio immortalis facta, sicut nec alia
opera generaliter non valent in foro Dei, videli-
cet ad placandum & reconciliandū cū illo, vel tol-
lendā aut diminuendā poenam purgatoriam:
quia cum non sit in amicitia Dei, tale opus non ef-
fet Deo acceptum. Sed quantum ad forum eccle-
siæ & ministri eius est dubium, & quo ad impleti-
onem præcepti a patre impositi: quia nō, videtur sa-
tisfacere ministro Dei, qui Deo non satisfacit. Ideo
ad huius dubij solutionem notādi sunt diuersimo-
di dicendi doctorum, cum resolutione in hac ma-
teria, quæ tantum importat ipsi poenitenti. ¶ P ri-
mus modus est Ricardi, quod indifferenter omnis
illa poenitentia quæ in peccato mortali adimpleta
fuerit, non satisfacit, & tenetur eam iterare, cum ad
statum gratiæ venerit. Ratio eius est illa quæ in op-
positum pro dubio diximus, de acceptatione ope-
rantis & operis. Et addit sanctus Bonauentura, q
satisfactio facta extra charitatem scienter, id est,
quia scit se esse in mortali, iterum repetenda & rei-
teranda est quasi non facta: quia per illam nil poe-
næ debita pro peccatis dimittitur, licet aliq; alius
fructus sequatur (sicut de operibus bonis in pecca-
to factis) Sed dicit sciēter, quoniā si quis nesciret se
esse in mortali, nō habēs conscientia de illo, & face-
ret, nō teneretur, ad eius reiterationē in foro eccle-
siæ licet in foro Dei nō sufficeret. Intelligēdo de cō-
missio erga Deū. Quia de satisfactione, pximo fa-
cta in statu peccati mortalis, seu extra gratiā, secus
esset: quia si satisfaceret decem, non esset iterum sa-
tisfaciendum per alia decem. Verum iste modus
dicendi nimis rigidus est, & contra illum esset ra-
tio supra allegata de adimplitione præceptorum
extra gratiam, quia satisfacit præcepto Dei, vt non
peccet, licet non mereatur. ¶ Secundus modus est
sancti Thomæ in. iij. distin. xv. q. xix. videlicet,
quod aliqua sunt opera per quæ satisfacimus, ex
quibus remanet in nobis aliquis effectus post ipsa
opera facta: sicut ex ieiunio, maceratio carnis. Ex
eleemosyna, substantiæ diminutio, & sic de simili-
bus. Et tales satisfactioes per ista opera factas in
mortali crimine non oportet iterare, eo quod quo
ad illud quod manet, per poenitentiam sequentē ac-
ceptatē erūt à Deo. Alia vero sunt opera quæ post
quam illa fecerimus, non relinquunt aliquis effe-

B
Ricardus.

S. Bonauē.

S. Thomas.

ctus in nobis, vt oratio, dimissio iniuriarum, &c. Et
tales oportet q iterentur: quia actus interior, scilicet
contritio, oratio, &c. (qui trāsiit) nō viuificatur,
& ita oportet iterari. Quos modos sanctus Bona-
uentura tractans, dicit primum modum securio-
rem, & secundum minus probabilem. Quanto ma-
gis, quia illa ratio de viuificatione ita currit in ope-
ribus relinquētibz effectum, sicut in alijs, si vtraq;
sunt extra charitatem. ¶ Tertius modus est Sco-
ti, qui stat in vna propositione, videlicet, quod qui
verē poenitet, & recipit poenitentiam iniunctā à
ministro ecclesiæ clauē non errante: (vt supra ex-
posuimus) quantum eun que postea recidiet, nun-
quam tenebitur nisi ad illam vnicā satisfactionem
iniunctā & acceptatā adimplere. Ratio huius
stat, quia aliud est poenitentiam placatiuā imple-
re, & aliud satisfactoriam. Poenitētia quæ fit in sta-
tu gratiæ, non solum satisfacit ad quod se obligauit
sed etiam placat, & meretur gratiam, cum sit opus
poenale, & fit propter Deum (quod supponimus)
Illa autem quæ fit extra gratiam: non placat, nec
meretur, nihilominus satisfacit. Ex quo primo in-
fert, quod implens non tenetur iterare, nisi cōsciē-
tiam facere de nouo peccato, quia non adimpleuit
in charitate, vt potuit. Et ista cōsequētia non valet.
Ista satisfactio est mortua, ergo non satisfacit. Sed
bene sequitur, quod non placat, nec per illam me-
retur, quia mortua est. Pōnit exemplum. Nam in
humanis non exigitur, vt ille qui poenam legis de-
bet, vt illam adimpleat (vt de obligetur ab illa) &
fit in amicitia iudicis aut legislatoris: quanto ma-
gis hic vbi misericordia super exaltat iudicium (vt
inquit Iacobus) Et Psalmus. Misericordia tua
vsque ad cœlos. Secundo infert, quod si quis dam-
naretur pro peccato sequenti, esset obligatus pro
illo ad poenam æternā, tamen pro illa poeniten-
tia acceptata, non nisi ad temporalem ibi satis-
faciendam, eo modo, quo ipse tenet de peccato
veniali in inferno. Quia dicit, quod secundum
plenam iustitiam Dei punitiuā, poena tempo-
ralis semel fuit imposita pro illo peccato de
vere poenituit: nunquam ergo pro illo peccato te-
nebitur, nisi ad poenam tēporalem: qua soluta, ad
nullā aliā tenebitur. ¶ Quartus modus est Duran
didicētis primā opinionē duram, secundā autē mi-
nus securā. Et dicit, q in remissione pēti poena eter-
na cōmutata fuit in poenā tēporalē: nō simpliciter,
sed in poenā tēporalē i charitate explēdam. Et ideo
si nō soluitur in charitate, manet reatus ad eternā,

S. Bonauē.

Scotus

Iacobi. ij.
Psal. lvi

Quinta clausu. Sermo. xxxvi. Feria. iiii. de passione.

Ideo si quis recidians nondum solvens poenā temporalem totam pro prius dimissis impositam: damnatur. Quia punitur pro peccato dimisso poena in finita: non ratione status: sed quia debetur pro illa non solutione ratione conditionis inclusa. Exēplū. Si quis liberaliter suo debitori remitteret mille sub conditione quod solueret centum infra mēsem: si debitor negligit sic solvere post mēsem: posset exigi mille. Quia pactum sub conditione nullum est, conditione non seruata. Et ad exemplum Scoti supra adductum dicit, quod non est simile de satisfactione faciendā homini & Deo: quia in prima est equalitā rei ad rē, & in secūda nō: sed secundum acceptationem à voluntate diuina (vt dictum est) ergo si nō acceptat pro mortali adimpletam in mortali, nō erit satisfactio. Si enim hæc opinio & modus dicendi durandi probaretur ex scriptura, maxime quo ad illam conditionē quam dicit includi in remissione peccati: pro veriori haberem illam quam modum Scoti. Verū quia ex scriptura non probat, nec illa conditio potest constare ex illa, opinio Scoti videtur magis cōcordare misericordie diuine, vt supra diximus ex Iacobo in canonica, quod misericordia super exultat iudicium.

C Et similibus. ¶ Veruntamen ad tollendas ambiguitates quæ ex diuersis modis dicendi in re tā importanti & necessaria oriri possent, & pro concordia tantorū doctorum & patrum, quibus & quorum dictis debetur reuerentia (saluo meliori iudicio) videtur præmittēda quædam distinctio. Nam aut loquimur de satisfactione faciendā proximo, aut Deo. Si proximo, tunc in quocūque statu fiat satisfactio & sufficit, nec iterum teneretur, vt in exēplo in modo dicendi Scoti adducto patet. Si autem loquimur de satisfactione faciendā Deo, quia regulariter imponitur à ministro ipsius Dei & ecclesie, scilicet sacerdote: ab eius arbitrio & voluntate dependet, vt trum reiterare debeat, an non. Ratio huius est, quia ex hoc habet acceptationē à Deo, quia ex merito Christi acceptatur, & meritum Christi applicatur nobis in poenitētia, quia à ministro eius taxatur potestate arbitraria plenarie sibi cōcessa: ergo totū reducitur ad ei⁹ taxationē & arbitrationē. Ideo poenitētia iniuncta ratiōe hac est multū satisfactoria, & poenitentia assumpta volūtaria magni meriti, & hoc prouenit secundum diuersas radices.

D ¶ Ex quo vltimus infertur, quod si constat de eius voluntate, scilicet istius arbitri, standum est illi: & si secus facit, non satisfactio. Si vero non constat, stan-

dum est coniecturis. Et in hoc intrat modus sancti Thomæ, quod recurrendum est ad considerationem illorum operum. Quia si illa opera, quæ fuerunt imposita à confessore, relinquunt effectum, vt ieiunia, elemosynæ, & disciplinæ, peregrinationes &c. Non credendum est arbitrasse vt reiterarentur. De alijs vero quæ non relinquunt, vt cōtritio interior, seu detestatio, vel oratio &c. secus. Sic etiam Scotus videretur sentire, quod oratio & alia quæ imponuntur, & imponi debent (& est credibile quod imponantur) non solum in satisfactionem, sed ad placandum & reconciliandum Deo, oportet quod in charitate impleantur: & si non oportet reiterare. Alia vero que effectum relinquunt, etiam si in peccato satisfactio, eadē ratione qua supra. ¶ Sed ad remouēdum huiusmodi dubium esset salubre consilium, vt securitas in conscientia habeatur, quod prudens confessor poenitenti iniungat aliquam poenitentiam, quam exequatur, & in statu gratiæ (vt etiam fit in tempore quo absoluitur) & illam quam cōiecturari poterit possibile impleri ab illo: & ex inde addat quod sibi videtur, quo ad reliquam satisfactionem successiue implendam: & declarat ei si illam debet iterare, aut non, & tunc clarum erit quod Durandus dicit. Quod certe est maxime ponderandū. Et quārtæ efficacitæ sit hæc arbitratio sacerdotis: ideo dicit, Fac me sicut vnum de mercenarijs tuis, id est, à te impositis: quia tu mercenarius illius eris, cū poenitentiam impleuerit, secundum modum ab eo iniunctum. Ex quo etiā patet quomodo illæ satisfactiones (de quibus heri diximus, videlicet cōfessio, contritio, erubescencia, humilitas confessionis, quæ sunt opera super erogationis) debent intelligi fieri debere in statu gratiæ, alia autem non (vt dictum est) Et sic patet primum.

¶ Secunda pars.

E secundo supponēdum est quomodo supra definitionem assignauimus poenitentia (q̄ sit satisfactio) In qua quinq; particulas posuimus: & erat quodāmodo generalis ad poenitentiam generaliter & stricte sumptam, vbi includebantur illa sex opera, per quæ (secundū Scotū) possum⁹ Deo satisfacere. Tamē loquēdo de poenitētia stricte sumpta, videlicet p̄ illa q̄ à sacerdote iniūgitur: talis datur à doctorib⁹ descripto, videlicet, Quod est op⁹ poenale, exteri⁹ à sacerdote iniunctū, & à poenitēte ex voluntate acceptatū, ad punitionē peccati à se commissi, in recepētam diuinā in

Quinta clausu. Sermo. xxxviii. Feria. iiii. de passione.

inriæ. Et isto modo accipiēdo, sunt in genere (secundū doctores) solū triplicia opera satisfactoria poenitentia, quæ ipsis poenitentibus iniunguntur, videlicet ieiunium, elemosyna, & oratio. Vnde per ieiunium debet intelligi omnis corporalis afflictio, siue abstinentia à cibo, siue vigiliæ, peregrinationes, disciplinæ, etiam flagella, quibus in hac vita punimur: quæ licet nobis nō infligamus, cū tamen nobis aliunde inflicta fuerint, acceptamus, & patienter sustinemus propter Deum, & in satisfactionem nostrorum peccatorum. vt Apostolus dicit, Tribulatio patientiam operatur, patientia probationem. Glo. id est, purgationem peccatorum. Per orationem vero intelligitur omne opus exterius ad cultum Dei pertinens, & ad latram: vt per hæc homo adiutus & stimulatus contemplatione ascendat in Deum, vt oratio vocalis, Psalmodia, sacrificia oblationes &c. Per elemosynā autem intelligitur omne opus, quod ex misericordia impeditur proximo, & ad eius vtilitatem, quo necessitati illius corporali aut spiritali subuenitur. ¶ Quorum sufficientia sumitur ex multis. Primo ex parte termini, à quo est motus satisfactionis. Quia per ieiunium, remouemur à concupiscentia carnis: per elemosynam, à concupiscentia oculorum: per orationem, à superbia vite. Secundo ex parte termini ad quem. Quia per ieiunium homo ordinatur bene in seipso: per elemosynam, ad proximum: & per orationē, ad Deum. Tertio ex parte materie de qua est satisfactio. Quia elemosyna fit de bonis substantiæ temporalis: ieiunium, de bonis corporis: oratio, de bonis anime & mentis. Quarto ex parte modorum satisfaciendi. Quia satisfactio tripliciter potest fieri. Aut per punitionem, & sic est ieiunium. Aut per redemptionem, & sic est elemosyna. Aut per supplicationē, & sic est oratio. Quinto ex parte effectus inde prouenientis. Quia ad impetrationem gratiæ, valet elemosyna, propter multitudinē intercessorum, quos ex illa obligauit. Ad remissionē poenæ, ieiunium, quia opus poenale. Et ad expiationem reliquiarū culpæ: est ipsa oratio. ¶ De primo opere videlicet orationis, est notandum, quod conuenit orare tribus. Primo Christo in quantum homo. Tum in cælo, vt Apostolus inquit, Qui etiam interpellat pro nobis & Ioannis, Aduocatum habemus apud patrem &c. Et Ioannis, Ego rogabo patrem, & alium paraclitum dabit vobis. Verum ista non est oratio poenitentialis, sed effectiua, vt etiam illa. Matthæi. Si possibile est, transeat à me,

&c. Alia est exemplaris, vt illa de qua dicitur, quod Lucæ. x. erat pernoctans in oratione. Et illud Matthæi, q̄ Mat. xiii. ascendit in montem orare. Alia postulatiua, vt illa Lucæ. Pater, in manus tuas commendo &c. Et Io. Lucæ. xii. annis. Pater gratias tibi ago, quia semper me au- Ioannis. xj. dis. Secundo compræhensori, vt angelis bonis & sanctis in cælo, eo quod sunt in charitate, qua ecclesia vitur, dicendo, Sanctæ Petre &c. Tertio uicarij tam iusto quā peccatori. Et si dicatur, quod Ioannis. ix. peccatores Deus non exaudit, intelligitur quo ad desiderium eius in quantum peccator. Veruntamen dimissis his modis, homini poenitenti conuenit orare in satisfactionem, quod est ei magnum remedium. Quia secundum Thomam duplex poenitur oratio. Quædam est contemplatiuorum, quorum conuersatio est in cælis: verum quia de- Phil. iij. lectabilis est tota, nō est satisfactio. Alia est, quæ pro peccatis gemitus fundit, & talis habet poenam, & est pars satisfactionis. Tamen melius videtur dicendum, quod que libet oratio habet satisfactionis partem: quia licet habeat suauitatem spiritus, habet tamen aliquam afflictionem carnis, & membrorum. Quia secundum sanctum Gregorium, Gregorius. dum crescit in nobis fortitudo amoris, infirmatur fortitudo carnis. Hinc patet aliqui effectus orationis. Primus est acquisitio meriti, quia est opus factū in charitate. vt Christus dicit, Ego posui vos, Ioan. xv. vt eatis, & fructum afferatis &c. Quasi dicat, Ego posui vos vt eatis, scilicet per bona opera: & fructū afferatis, scilicet meritorium: & fructus vester maneat, scilicet in vitam æternam. Secundus fructus est consolatio mentalis. Patet in sanctis, quia non potest aliter declarari Psalmus. Memor fui Dei, & delectatus sum. Tertius fructus est ad impetrationem petiti. Exēplum in Moyse, qui petijt aquā de petra, & sic de alijs. Quartus fructus est ad propositum, videlicet satisfactio pro peccatis, qui fit in charitate, & est opus laboriosum & poenale: quia laborat mens meditando spiritalia, & à se phantasmata impediendo: similiter corpus loquendo. Item in genuflexionibus, prostrationibus, inclinationibus, & huiusmodi.

¶ De ieiunio autem nota quod triplex est, scilicet corporis, à cibo materiali. Et afflictionis, abstinendo à gaudijs & consolationibus temporalibus (quod est ponderandum, & quomodo esset vnum genus ieiunij multum satisfactorium, plus quā à cibis). Et à peccatis, Et istud corporale, pro eo quod assumitur in opus poenale & carnis ma-

Quinta clausula. Sermo. xxxvi. Feria. iiii. de passione.

cerationem, imponitur in satisfactione. Quod debent comitari boni comites, videlicet largitas in pauperes (vt dicit Hieronymus) Ita letitia metis, vt non fiat sicut hypocrite tristes. Item hora & mensura, vt non sit ieiunium Christiani (vt dicitur ab ethnicis) qd̄ habet tria bona prandia, & excessiua.

Item abstinentia ab illicitis. ¶ De elemosyna, ponitur etiā triplex. Vna cordis, & est compunctio erga seipsum. Eccle. Miserere aīe tuā beneplacēs Deo. Ideo satisfaciēs peccator studeat cor contritū habere, vt possit elemosynā suā acceptam Christo offerre. Altera est in corde, videlicet cōpassio proximi, qua compatitur fratris necessitati, & alienis, aduersitatibus. Vnde Gregorius. Plus dicim⁹ nō nūquam compati ex corde, quā dare. Qui ergo diuitijs carent, dent ad minus compassionem. Alia vero est manualis, de qua Christus, Elemosynam date, & omnia mūda sunt vobis. Vnde sanct⁹ (Augustinus, Sultitia est illa relinquere, vnde exiturus es, & illuc nō praemittere, quo iturus es. Et hęc manualis describitur sic, Elemosyna est quo datur ali quid indigenti propter Deum. In qua ponuntur, Primo principium, videlicet ipsa indigentia. Secundo ponitur actus eius: videlicet dicens (quo datur) quia est communicatio propriorū bonorum videlicet iuste acquisitorum, & de iuste retentis. Secus qui de alijs, vt de lenocinio, seu prostitulo, cōtra illud. Non offeres mercedem prostituli. A quibus non vult Deus vt elemosyna recipiatur, vel oblatio, vt propter verēcūdiam conuertatur, ac ne reputent se satisfecisse vili officio. Tertio ponitur modus, scilicet ex compassione, quia passio de miseria aliena. Quarto ponitur fructus dicens (propter Deum) & tunc est meritoria. Verum nota, quod illa elemosyna vt sit poenitentialis debet esse extra extremam proximi necessitatem, quia alias nō esset de supererogatione, quod requiritur (vt diximus) quia in casu necessitatis extrema debita est.

k ¶ Sed est dubium. quod illorum trium sit magis satisfactorium? Dico quod habent se sicut excedētia & excessa. Quoniam ad impetrationē gratiā, plus valet elemosyna ratione multitudinis intercessorū. Ad remissionem poenarum, plus valet ieiunium, quia opus magis poenale. Ad purgationē reliquiarum culpā, plus oratio. Veruntamen absolute loquendo multum valet elemosyna, quia subtrahit de necessarijs, & affligit corpus, & rationes aliarum includit, & subuenit indigentiae proximi, & fit quaedam manifestatio poenitentiae

& satisfactionis interioris, quod requiritur in vera conuersione ad Deum. Quia contritio & alia sunt in occulto: satisfactio vero, & ista opera poenalia, sunt in manifesto. Quod illi parentes Christi ipsi consulebant dicentes, Transi hinc, & vade in iudaeam, vt discipuli tui videant opera tua. nemo quidem in occulto quicquam facit. Quasi per hoc datur intelligi, quod hucusque omnia fuerunt secreta, scilicet contritio, confessio. Ideo oportet se manifestare per opera penitentialia imposita a patre, vt per ieiunium, orationem, elemosynam &c. adeo, vt sicut ex peccato proximum scādalizaunt, sic ex poenitentia ista exteriori edificetur. Quod notatur in Euangelio presenti Ioannis. vi. c.

Ro cuius intelligentia est sciendū, quod inter iudaeos erant in triplici differentia. Nam primo erāt quidam maligni, qui volebāt Christū interficere. Secūdo alij erāt vanagloriosi: qui mundi gloriā querebant, & isti dicebāt, Vade in Iudaeā, & manifesta te mūdo. Tertio alij erant timidi, qui scilicet in Christū credebant, & timore iudaeorum non audebant illum confiteri publice. De quibus dicitur, quod dicebant, bonus est &c. ¶ Propter primos dicit, quod ambulabat in Galileam. Non enim volebat in Iudaeam ire, quia Iudaei volebant illum interficere. Subtrahebat eis suam praesentiam. Tum ex parte tui, quia non venerat hora. Tum in exemplum ex parte nostri, vt consolaretur fragilitatem nostram ex fuga. Tum ex parte Iudaeorum, ne ad iracundiam eos concitaret: & ita loca tutiora voluit eligere, scilicet in Galileam, & ad illam refugium habere. Nam tria loca erant refugij citra Iordanē, & alia tria vltra, vt habetur in Deuteronomio. Deute. xix.

¶ Moraliter. Omnia peccata secundum impietatem iudaicam quærunt interficere animā nostrā: ideo transmigrandum est ad loca tutiora. Loca tutiora antequā ad patrē praesentis, & citra absolutionē sacramentalē, sunt tria: Duo in actu, & aliud in proposito. videlicet, contritio, confessio, & satisfactio, & alia tria vltra absolutionē, quae sunt tres partes poenitentiae, videlicet oratio, elemosyna & ieiunium. Ideo nō vult ire in Iudaeā, scilicet regionē longinquā, vbi ille ciuis, & porci volūt ipsum interficere: sed transire Iordanē poenitentiae, vbi fit transigratio a culpa in gratiam, & ab offensa in amicitia, per illas tres primas, & a reatu poenae in liberationem, per alias tres partes. ¶ De secundis, videlicet qui erant vanagloriosi, dicitur, quod in illo fe-

De satisfactione circa proximum.

100

sto scenophegia, id est, tabernaculorum dicebant, Transi hinc, & vade ad festum hunc, & manifesta te mundo &c. Isti erant cognati secundum carnē, nec in ipsum credebant: volebant etiam, vt ipse ascenderet, ibique se manifestaret, vt inde ipsi gloriā haberent. Et tria imponunt ei. Primum, quod esset formidolosus, & ex timore non audebat comparere in talifesto, sed ambulare in occulto, ideo dicunt. Nemo in occulto aliquid facit. Secundū astiti mant ipsum ad vanagloriam posse induci, queren-tes palam esse. Tertium de miraculorum falsitate arguunt, Si hęc facis, scilicet vere, manifesta te mūdo: nam occultum miraculum videtur suspectum. Sed ponitur Christi respōsio dicens, Tēpus meum nondum aduenit, vestrum autem semper paratū est. Duo motiua habuerunt isti parentes Christi inducendi illum vt ad festum ascenderet, vnum vt captaret gloriā & fauorem populi, alterum forte vt ipsum proderent pharisaeis (qui vbi esset, scire cupiebāt.) Ad primum dicit, quia gloriā fallacis tempus semper paratum est (quam & ipsi querebant) sed gloriā eius veracis, videlicet resurrectionis, nōdum aduenit: vbi dādum erat ei nomen super omne nomen &c. Omundani, tempus vestrum gloriā, deliciarum, & voluptatum, semper paratum habetis in toto anno: tempus autem Christi, videlicet quadragesimae (in quo exercitari debetis in

operibus poenitentialibus) cur nondum aduenit? Apostolus inquit, Ecce nunc tempus acceptabile, ij. Cori. vj. ecce nunc dies salutis &c. Litera clara est. ¶ Moraliter. Vnicuique rei est suum tempus, videlicet vbi illi prospere cedunt aliqua. Ideo mundanorum res sunt in isto tempore transitorio: iustorum vero extra tempus est eorum successus: quia hic non habent tempus suum, sed expectant in futuro saeculo, quod erit extra tempus. Ideo sicut Christus noluit acceptare consilium eorum, scilicet deserendi galileam, & ad festum ascendere: sic nos non debemus deserere hęc opera poenitentialia (quibus fit transitus ad patrem) propter aliqua temporalia. ¶ De alijs autē videlicet timidis, dicitur, quod postea ascendit, & quasi in occulto: & iudaei querebant eum dicentes, Vbi est? Alij dicebāt bonus est, alij vero nō, sed seducit turbas. nemo tamen loquebatur de illo propter metum iudaeorum. Significatur in hoc, quod licet ascensus ad gaudium & festū poenitentialē interius sit per illa opera poenitentialia interiora (de quibus dictū est) & ita in occulto, & opera poenalia sint etiā publica, quia exteriora, tamen deus pater (qui est in abscondito in isto festo nobiscum) de vtriusque reddet mercedem, hic gratia, & in futuro gloriā. Ad quam nos perducatur Iesus Christus, qui cum patre & spiritu sancto viuunt & regnat in saecula saeculorum. Amen.

Sermo trigessimus octauus. Feria quarta post dominicam de passione: de reconciliatione

MINICAM DE PASSIONE: DE RECONCILIATIONE
vel satisfactione facienda proximo, vel restitutione.
Sub isto themate.

¶ Fac me sicut vnum de mercenarijs tuis.
Ex parabola Lucae. xv.



Recedenti sermone declarauimus illud verbum (tuis) videlicet dicendo, quod verus poenitēs non solum debet esse mercenarius ratione subiectionis ad satisfactionem possibile, sed etiā de mercenarijs patris quo ad sta-

tum scilicet gratiā, in quo explere debet sibi iniūctam poenitentia, vt sit satisfactio nō solum solutiua, sed & meritoria. In praesenti sermone declarandum venit aliud verbū, scilicet (vnum) In quo petit se aequalem fieri proximo, super quem se praetulit per iniustitiam & iniquitatem in contrectatione rei suae eo inuito: & quia fecit se singularem, vult fieri vnus ex illis: quia alias non recipietur a patre, nisi fiat vnus cum proximo. Ideo dicit, Fac me sicut vnum &c. Sed prius salutetur virgo Maria.

¶ Argumentum sermonis.

Aim ex his noſter adoleſcens inſtructus (vt in principio promiſeram) ſummo mane venit ad me cum omni apparatu & neceſſarijs ad arripendum iter ad patrem. Fert ſecum omnia, videlicet quantum ad memoriam, recogitata peccata: quantum ad intellectum, explicitam cognitionem ad explicandum: quantum ad voluntatem, perfectam contritionem, ad minus attritionem: & in potentijſe executiuis, omnimodam ſubiectionem ad opus poenitentiale poenale. Ideo gratias reddens de ſua informatione per me recepta, volebat recedere: Cui ego, Quid tibi cum proximo? Nonne eſt tibi bene erga illum? an econuerſo? Bene inquit, nec rancorem, aliquem contra ipſum habeo, offeſam in me illatā omnino remiſſi, vt me ipſum iam diligēs, elemoſynis in neceſſitate poſito ſuccurro &c. Non hoc dico adoleſcens, nec intelligis me. Verum dico de damnis ſibi illatis, dum in regione illa peccati manebas intelligo, nūquid ei ſatiſfecisti? Nō inquit, curauit de hoc, & ſumans hoc facere cum corā patre comparuero. Tunc vt iuſſerit, faciam. O bonum, ſi ſic recedis, non dabit ingreſſum, ad propriam domum te remittet, vt illi prius ſatiſfacias. Ideo conſulo, vt antequam compareas corā illo, omnia que iniuſte ablata & indebite retenta inueneris, eireſtituas: alioquin dico tibi, quod nil obtinebis. Eſt **S. Bonauē.** neverum inquit? Ita dicit ſanctus Bonauentura in **iii.** diſt. xv. q. iij. Quia ille pater ſolum habet potestatem arbitrarie procedendi ſuper poenam arbitrandam & miniſtrandi ſacramentum: in re autem proximi, nil poteſt arbitrarie: ideo reſtitutio & damnum, quo proximus damnificatus eſt, non cadit ſub eius arbitrio. Ideo ſecundū beatum Bernardinū in tractatu de reſtitutionibus, ipſa debet fieri ante præſentationem coram patre: maxime de rebus certis (quia de incertis poteſt fieri ad eius conſilium) quia res certe non ſubſunt ſub eius arbitrio: & ſi pater abſolueret, non eſſes abſolutus. Et quod ſit hoc verum, quod ante præſentationē coram patre ipſa reſtitutio fieri debeat, pro tua informatione hoc oſtendo quadruplici ratione. ¶ Primo ratione continuationis. Quia nullus debet abſolui, quandiu continuat peccatum mortale: ſed qui iniuſte detinet rem alienam ſemper eſt in continuatione peccati mortalis. Quod patet. Quia ſicut eſt peccatum auferre rem alienam inuito domino: ſic illam eo inuito retinere, ſi reddere eam poteſt illi. Non dico commode, quia pauci

inueniūt iſtam commoditatem, ergo abſolui non poteſt. ¶ Secundo ratione contritionis. Conſtat quippe quod qui ſtatim poteſt rem ablatam à proximo illi reſtituere & non vult, non eſt vere contritus (quia contritionem diximus eſſe de omnibus) ſed quodammodo induratus manet, ſed ſecundum ſanctum Bonauenturam non debet abſolui, quem conſtat non eſſe cōtritum (de quo nullum maius ſignū quā nolle reſtituere cum poteſt) ergo non debet abſolui: & ſi facit, non eſt abſolutus, & abſoluens grauiter peccat, quia decipit confitentem in Sacramento poenitentia: ergo ante poenitentiam debet fieri. ¶ Tertio ratione ligationis. Quia obligatus ad reſtitutionem, ſemper manet ligatus quo ad Deum, & eius iudicium: ſed ſacerdos (vt diximus) non poteſt abſoluere illum, quē ſuus principalis cognoſcit non abſoluere, eo quod tenetur conformari illius iudicio cognoſto ex coniecturis, quia alias erraret clauis tunc: ergo quantumcunque abſoluatur, nō erit abſolutus, quem Deus non reputat abſolutum, ergo ante abſolutionem reſtituendum eſt. ¶ Quarto ratione anticipationis. Quia reſtitutio non eſt pars ſatiſfactionis, ſed præambulum: nam ſatiſfactio ſit Deo (vt diximus) & abſolutio eſt applicatio virtutis meriti Chriſti: ergo reſtitutio neceſſario debet præcedere abſolutionem. ¶ Ex quo patet cecitas ſacerdotum abſoluētū tales ſine præuia reſtitutione, cū illico poſſunt: quādoquidē & ſi pmittant, poſtea pauci adimplēt. Et reuera ſacerdos grauiter peccat, q̄ poenitēs: quia nullum habet motuum ſic dimittendi. Immo & dat incētiuum non reſtituendi, eo quod non ſufficit proſitum ſi poteſt, ſicut nec cōtritio. Nec credi debet ſuper hoc: maxime ſi alius promiſerat, & ſi illi credit, abſtineat ab abſoluendo (vt dicit ſanctus Thomas) niſi cōſtet vel veraciter ſit ſecurus. Hoc enim facit totire ad infernum ſic præcipitanter abſoluere. Oportet ergo adoleſcens ante præſentationem coram patre proximo ſatiſfacere, & mane præſentaberis: & dicas hodie, Fac me ſicut vnū de mercenarijs. Et pro informatione tua in præſenti ſermone dicemus duo. Primū de reſtitutionis neceſſitate. Secundum, de ipſa in ſe, & quibus, vel quādo fieri debet. Cum euangelica expoſitione. ¶ Prima pars.

De primo reſtitutio eſt neceſſaria. Primo ratione proprietatis. Eſt illud ſupponēdū, quod alio die diximus de appropriatione dñij circa iſtas res tēporales. Quia quo ad naturā carū ſunt Dei,

Psal. xxij. eo quod ſolus ipſe illas mutare poteſt, vt ps. Domini eſt terra & plenitudo eius &c. & quo ad vſum ſunt hominum propria, rationibus ibi aſſignatis, videlicet, propter pacificam hominum cōuerſationem, rerum meliorationem, & communicationē aliorum, & ſit dominus vnus principalis earum, & cōmendatarius ad fidelem diſpenſationem. Tum, quia de illis exigetur ratio qualiter expendantur. Tum, quia illas velimus nolimus relinquimus. Tum, quia nec cum illis in hoc ſæculo intramus, nec ab illo recedimus cum illis nobiſcū aſportantes. Si igitur quo ad vſum ſunt propria proximo, nō licebit illo inuito ab ipſo auferre, cum illa iuſte poſſideat ex conſeſſione ſupraſmi domini. Ergo qui ab illo eo inuito auferret, furtum faciet: & per conſequeſ peccatum incurret mortale. Et ita vt ab illo peccato exeat, tenetur reſtituere. ¶ Secundo ipſa reſtitutio eſt neceſſaria ratione promiſſi in cōtritione. Nam ſecundum Alexandrum eadem ratione tenetur homo proximo reſtituere, qua tenetur deo ſatiſfacere. Patet. Quia ſicut in contritione includitur in proſito ſatiſſactio poenitentiaſ ratione cuius peccatū dimiſſum eſt: ſic & ipſa ſatiſſactio ad proximū, cum & ipſa reſtitutio pars ſit ſatiſſactioſ (licet non ſit ſub arbitrio conſeſſoris.) Hoc patet. Quia quicquid aliqui poſuerunt ipſam reſtitutionem non eſſe partem ſatiſſactioſ, ratio eorū eſt, quia ad ſatiſſactionem multa multipliciter ſe habent. Tum primo quædam vt fundamentum, peccati dimiſſio & ipſa reſtitutio. Exemplum. Quia in humanis nunquā loquitur de expenſis, niſi concluda principali cauſa & intereſſe putate ſatiſſactio: & ita cū in peccatiſ factum ſit de intereſſe Dei contra quem peccatur principaliter, & contra proximum cuius reſiniuſte auferitur: non debet loqui, nec mentio fieri de ſatiſſactione poenitentiaſ, niſi peccato dimiſſo, & ita iſta ſatiſſactioſ fundamentum ſunt. Tum ſecundo quædam vt expedientia, ſcilicet vitatio conuerſationis & malæ ſocietatis. Tum tertio quædam ſatiſſactioſ, vt elemoſynæ, & alia quæ diximus. Tum quarto quædam proficientia & inducentia ſecuritatem, vt ſunt opera ſupererogationis. **Luca. x. ca.** Quodcunq; ſupererogaueris, cum rediero, reddam tibi. Similiter licet ipſa reſtitutio multum differat à ſatiſſactione (quia ſatiſſactio eſt opus poenale, volūtariaſ aſſumptum, ad reconciliationem cum Deo, ad quam tenetur arbitrio & iudicio ſacerdotis, & ad illam nō tenetur de neceſſitate ſalutis, niſi ad euadendam

poenam temporalem in purgatorio: Reſtitutio autem non ſub eſt voluntati noſtra, nec eſt in arbitrio ſacerdotis: ſed neceſſario tenemur ad illam, & eſt de neceſſitate ſalutis, & ſi ſacerdos hoc non imponeret) tamē ipſa reſtitutio neceſſaria eſt ex ipſa promiſſione, ad quam per votum in contritione ſe obligauit. ¶ Tertio reſtitutio eſt neceſſaria ratione præcepti. Quia illud eſt neceſſarium ad ſalutē, quod omnino cadit ſub præcepto Dei: ſed reſtitutio cadit ſub præcepto Dei, Patet ſecundum ſanctum Thomam contra gentiles, q̄ licet reſtitutio ſecundum formam ſit præcepti aſſeruatiuū: tamen in ſe implicat negatiuum, quo prohibemur rem alterius detinere, & ita obligationē habet præcepti negatiui. Item patet illa minor ſecundum Scotum in quarto. Sicut auferre alienum eſt peccatū mortale, quia contra præceptum negatiuum, ſcilicet, Non furtum facies: ita detinere alienū. Ideo ſicut nullo modo & nullo caſu licet auferre alienum, inuito domino: ita nullo modo licet detinere alienū, ergo reſtitutio eſt neceſſaria. Hinc ſaluator Matthæi. Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo. Et Chriſtus parabolice. Matthæi. Redde quod debes. Et Apoſtolus. Reddite omnibus debita: cui tributum, tributū: cui veſtigal, veſtigal. Confirmatur iſta ratio, Quia qui prohibet damnū non faciendū proximo, prohibet etiā eius ceſſationē ſi illud fecerit: ſed reſtitutio eſt ceſſatio à damno (quia damnū manet quādiu non recompenſatur) eſt ergo reſtitutio in præcepto, cū damnū non faciendū proximo multiplici præcepto eſt præceptum. ¶ Quarto reſtitutio eſt neceſſaria ratione iuſtitiaſ. Illud quod eſt actus iuſtitiaſ, eſt neceſſarium, quia per ipſum actum iuſtitiaſ operatur, & habet homo vitam æternam. vt Chriſtus Matthæi. Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorū. Et ps. Domine quis habitabit in tabernaculo. Reſponderet, Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam. Et Sapientiaſ. Iuſti autem in perpetuum uiuent. Sed reſtitutio eſt actus iuſtitiaſ, vt patet ex Ariſtotele dicēte, q̄ iuſtitia eſt in æqualitate, vt tu habeſt tuum, & ego meum. Et ſanctus Thomas, q̄ reſtitutio eſt ſtatuerre & reponere aliquē in poſſeſſionem rei ſuæ. Et ita cum ſit actus iuſtitiaſ, eſt de neceſſitate ſalutis. ¶ Quinto reſtitutio eſt neceſſaria ratione debiti. Illud quod eſt debitum & alieni obligatum, eſt neceſſarium reſtitui illi, cui debetur, niſi ipſe velit non reſtitui. Patet. Quia debi-

Quinta clausu. Sermo. xxxviii. Feria. iiii. de passiōe.

tum importat necessitatem alicuius ad quod ordi-
natur: sed res ablata & iniuste possessa est debi-
ta & obligata alteri, ergo res iniuste possessa de ne-
cessitate debet restitui: ergo omnino necessaria ad
salutem. ¶ Sexto restitutio est necessaria ratione
evasionis damnationis. Illud est de necessitate salu-
tis, sine quo homo non potest euadere damnationem
æternam: sed sine restitutione homo non po-
test euadere damnationem æternam. Probatu-
r se-
cundum Augustinum. xliij. q. vj. cap. si res aliena. Si
res aliena propter quam peccatum est commissum
reddi potest, & non redditur, poenitentia non agi-
tur sed simulatur. Ratione huiusmodi omnes le-
ges humane civiles, & canonicæ hoc proclamant,
q̄ non restituens semper est in peccato mortali, si
potest restituere: à quo tenetur exire q̄ primū po-
test. Ecclesiastici. Quasi à facie colubri fuge pecca-
tum. Immo secundum Doctores quotiens occur-
rit restitutio facienda & obligatur, & nō proponit
vel non disponit restituere, peccat nouo peccato
mortali, & ideo incurrit damnationem æternam:
ergo si solo ex non proposito condemnatur, neces-
saria est restitutio. ¶ Ex quo primo sequitur secū-
dum Alexandrum quarta parte. q. lxxxvj. q̄ licet
in casu liceat differre restitutionem, videlicet quā-
do non potest restituere, vel quādo non inuenitur
dominus eiusdem rei furtiue vel hæres eius, & tūc
ex consilio confessoris vel prælati potest retinere
illam rē penes se: & si nō potest inueniri, debet red-
dere Ecclesiæ, vt patet per legem. Numeri, q̄ red-
dat quintam partem illi, super quem peccauerit: si
autem non fuerit qui recipiat, dabunt domino &
erunt sacerdotis: nunq̄ tamen licebit apud se reti-
nere. Verum est tamen, quod si esset pauper, pote-
rit sacerdos tali partem vel totum applicare: verū
tamen semper obligatur ad restitutionē, si habea-
tur notitia illius, ad quem res restituenda pertinet.
Nec tunc potest, nec ratione pauperū, vel Ecclesie
&c. dispensari secundum Augustinum, Quia non
dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. Et
Iob, Deus non indiget vestro mendacio, vt loqua-
mini dolos, sic nec vestro furto, vt ei seruiatis.
E ¶ Secūdo sequitur quomodo potest assignari dif-
finitio restitutionis videlicet, q̄ restitutio est iusta
recompensatio damni, iniuste illati, ei cui illatum
est, ipso consentiente vel inuito. Primo dicit (reco-
pensatio.) Quod intelligitur vel in facto, vel in ac-
ceptione liberali: quoniam si remitteretur libe-
raliter, esset liber, & haberetur pro restituto. Secū-

do dicit (pro damno illato.) Quod intelligitur nō
solum de illo quod aufertur, sed etiam de commo-
do vel interesse quod aufertur, dum impeditur si-
bi debitum. Tertio dicit (vel consentiente ipso) vt
est in mutuo & vsura, quia ibi partes consentiunt,
nihilominus tenetur recipiens vsura ad res-
tutionē ratione prohibitionis superioris. Quarto
dicit (vel ipso inuito) vt in furto, & in rapina.
¶ Tertio sequitur secundum Alexandrum qui tenentur
ad restitutionem, videlicet non solum furan-
tes, sed & currentes cum eo, vt ps. Si videbas fu-
rem, currebas cum eo, & cum adulteris portionē
tuam ponebas. Et sunt generaliter. Primo præci-
pientes alicui male facere, occidere, vel furari. Ideo
dicitur Herodes occidisse pueros, quia occidere il-
los præcepit. Et dant totaliter occasionem damni,
tenetur ad ipsum damnum, iuxta regulam extra
de iniurijs, & damno illato. Secundo consulentes,
maxime vbi illud consilium fuit causa. Iob, Addu-
cet consiliarios in stultum finem. Tertio consen-
tientes. Apostolus, Quoniam qui talia agunt, digni
sunt morte: non solum qui faciunt, sed qui consen-
tiunt facientibus. Intelligitur dum sine illo cōsen-
su fur nō erat furaturus: si autē alias furatus esset,
non tenetur ad restitutionem: & postea assensit,
esset peccatum, non tamen restitutioni tenetur.
Quarto recipiens furem in domo sua cum rapina.
Esaie, Nō erit rapina pauperis in domo vestra. In-
telligitur q̄ habet rē furatā in sua potestate, & po-
test restituere sine prodicione suæ personæ, & nō
restituuit: quia tenetur illud facere. Nec alteri fidē
rescindit: quia in illicitis rescindenda est. Quinto
non impediens, videlicet si vident & tacent, cum
per clamorem furtum impedire possent ne fieret,
& terrere latronem: vt est lex Deuter. de nō cla-
mante cum puella rapitur, quod lapidibus obrua-
tur. Intelligerem hoc de illo, qui sciens non cla-
mat, vt alter euadat cū furto: quia illud tacere, or-
dinaretur ad fauorē furantis. Verum non claman-
tes ex alia causa non resistentes, non manifestantes,
non credo teneri ad restitutionem: cum non con-
currāt aliquo interiori vel exteriori actu, sed me-
re priuatiue se habent. Sexto occasionem dantes
furto, videlicet, habentes aliqua officia ad hoc or-
dinata, vt sunt mediatores in vsura, sine quorū me-
diatione seu interuentione nō fieret, tenentur. Quia
sunt causa sine qua vsura non committeretur res-
pectu illius. Septimo tenentur ad restitutionē luden-
tes. Et pro declaratione est supponendum, q̄ aliqui

De satisfactione circa proximum. 102

sunt ludi permisi, vt ludus scacorum, & alij cōmu-
nes, vt sagittando ad signum, proijciendo lapidem,
vel ferrum ad signum. Et ad istos licet ludere (sal-
tem laici) propter solam recreationem. Ratio est.
Quia in istis potest esse aliqua iocunditas homini
dum fit causa recreationis, & vt releuetur homo à
laboribus præteritis. Quia (vt Aristoteles dicit. vij.
ethicorum. ca. xj.) animus hominis nō potest esse
semper intētus alicui rei serie, vel operationi vtili:
quia ex ijs grauatur corpus, & affligitur spiritus.
Et ita ludus est quædam animi remissio. Immo po-
test quandoq; esse meritorius, scilicet si fiat ad bo-
num finem, vt homo fortior resurgat ad opera-
tionem: quod non fieret, si nulla iocunditas inter-
poneretur, eo, quia remitteretur anima, & esset de-
bilis ad operandum. Quod exercitium vocat Ari-
stoteles. iij. ethicorum. eutrapeliam. Clericis etiā
interdum posset esse licitum isto modo, cauēdo ta-
men coram laicis hoc facere, ac vt si raro faciant, &
propter aliquam tristitiam aut sollicitudinem tol-
lendā. Dummodo per hoc non impediatur fa-
cere ea quæ tenentur ex statu & officio: quia hoc
etiā in laicis esset peccatū. ¶ Similiter alij sunt lu-
di prohibiti, vt ludus alearum, taxillorum per le-
gem ecclesiasticam. extra. de vita & honesta. cleri-
ca. clerici officia. ac per legem civilem. ff. de aleato.
per totum. Et maxime illi ludi, in quibus potest ho-
mo faciliter rem suam perdere: & in quibus frau-
des multe fieri possunt: & in quibus luditur princi-
paliter propter lucrum: maxime si vnus alterum
traxit ad ludendum & ad spoliandum proximum:
& assumitur ludus ab vtroq; tanq̄ instrumentum,
vt inuicē se spolient. Causa vero huiusmodi pro-
hibitionis est, aut ratione materiæ (vt turpes thea-
trales.) Aut ratione periculi. (vt torneamenta, in
quibus decedētib; negatur ecclesiastica sepultura.
vt patet extra de torneamentis. cap. j.) Aut rati-
one sacri loci (vt in ecclesia. c. decet. De immuni-
tate eccle. lib. vj.) Aut ratione personarum eccle-
siasticarum, & maxime religiosorū ex merito cel-
situdinis sui status (quibus omne genus ludi prohi-
bitum est. dist. xxxv. ca. episcopus.) Aut tempo-
ris sacri. ¶ Rursus supponitur ex parte ludētium,
quod quidam ludunt, vt ludant videlicet causa re-
creationis & quietis, & stant intra latitudinē ludi
quo ad perdere, ita quod perdunt aut lucrātur pa-
rum: & attendita qualitate personę pro eodem repu-
tantur lucrari & perdere, nec transcendunt metas
aut naturam ludi. Alij sunt qui ludunt vt lucren-

tur (& non vt ludant) Et sunt illi quorum finis est
acceptio & acquisitio rei alienæ, & spoliatio proxi-
mi, etiā vsq; ad nuditatem. (Si possent.) ¶ His sup-
positis dico, q̄ sunt duo modi fere extremi (quod
iudico mirabile in re tam importanti.) Primus, q̄
ludens ludo licito & honesto sibi lege naturali &
humana cōcesso, non peccat: nec acquisita per ta-
lem ludum tenetur restituere. Quod non peccat,
patet, Quia vtitur iure suo, nec agit contra legem.
Quod autem nō teneatur restitutioni, patet etiā.
Quia eadem lex quæ ludum concedit, trāffert do-
minium in vincendum: maxime quia perdens po-
tuit donare alteri extra ludum, ergo poterit me-
diante ludo. At vero qui ludit ludo (alias) licito &
honesto: sed lucrando excedit notabiliter metas
ludi, peccat mortaliter, & tenetur de necessitate sa-
lutis restituere spoliato sic acquisita per ludū. Pa-
tet primum, videlicet q̄ peccet mortaliter. Quia
talis lucrator agit contra legem naturalem euan-
gelizatam, eo q̄ agit contra proximum spoliando,
quod nollet sibi fieri. Similiter agit contra legem
diuinam (qua obligamur proximum diligere) cui
dilectioni repugnat velle proximum spoliare. Et con-
tra illud præceptum. Non concupisces rem proxi-
mi tui, nec aurum, nec argētum &c. Tandem per
legem humanam (vt supra allegatum est.) Verū
secundum, videlicet q̄ lucrans teneatur restituere
quæ sic acquisiuit, patet. Tum, quia perdens pecu-
niam sic, nō potuit alienare, cum habeat vxorem,
filios, & familiam, & virtualiter & interpretatiue
sunt eis obligata conseruationi status & familie, &
quali vincula, & vinculo matrimonij debita (vt
Apostolus præcipit. ij. Corinth. xij. patres filijs de-
bere thesaurizare) ergo nec lucrans poterit illa re-
tinere. Tū, quia illa bona sic distrahere, est in præ-
iudicium tertij, scilicet vxoris, & filiorum, & fami-
lie &c. Ideo talis alienatio est præiudicialis, & ita
non fuit translatum dominium illorum in lucran-
tem. Ex quo inferunt isti duo corollaria. Vnum, q̄
qui lucratus est sic excessiue, & non vult restituere
spoliato, est in statu peccati mortalis: nec est ab-
solvendus, nisi restituat. Alterum, q̄ principes seu
ciuitatum rectores non obuiantes nec exterminan-
tes huiusmodi ludos (cum debeant & possint)
peccant mortaliter, & tenentur spoliatis in solidū,
si lucrantes sunt in non soluendo. Ad idem tenen-
tur fauentes, cooperātes, locantes domos, & instru-
mentā, quibus luditur. Et hic modus videtur esse
sancti Thomæ: & plurimum eum sequentium. S. Thomas

P Alter est modus dicendi, q̄ in foro conscientie nunquam potest retineri id quod ludo aleæ (qui nō est vnicus) acquiritur, sed semper est restituendum, vel ei qui perdidit, vel pauperibus erogandū. In hoc tamen est differentia. Quia si quis volūtarie & ex animo & cupiditate lucrādi ad ludum venit, nō potest repetere, si amisit: & si lucratur, tenetur ad restitutionem, saltem in foro conscientie. Nam quicumq; traxit alium ad ludēdum ex cupiditate, & lucratus est, tenetur ei instituire. Fundamentum huius est, quia illicito modo & sibi prohibito (per præceptum. Non cōcupisces &c.) acquirit. Nec illud de meretricio obstat, scilicet q̄ acquiritur nō obligatur ad restitutionem, quia lex (dicit) sibi attribuere (permissio meretricio) vnde naturaliter sustentetur. Hoc dicunt verum nō solū in ludo aleæ strictē sumptō, sed in quocunq; alio: dum tamen per illum intendatur solum lucrum. Quia tunc nō est permissus ludus, nec vnquā talis fuit intentio permittentis, sed solū ad recreationem. Et ratio huius est, Quia ius diuinum in hoc casu nō distinguit ludum aleæ ab aliquo alio ludo, sed solum prohibet intentionem male acquirendi rem alienam, immo nec cōcupiscēdi (quod fortius est) ergo tenebitur in foro conscientie ad restitutionem. Vnde lex humana dicit nō esse obligatus ad restitutionē, nisi ille qui ludo aleæ lucratus fuerit, quia solum attendit ad prohibitionē & factum, & nō ad animum, vt ius diuinum principaliter intendit. Si quis autem venit ad ludum attractus ab alio per vim, aut per nimiam importunitatē: si quid perdet, poterit repetere, quia in vtroq; foro sibi debetur. Si autē lucratus est, nō tenetur ei restituere à quo acquisiuit, sed tenetur pauperibus erogare. Tandem dicit, q̄ si nemo alterum traxit ad ludēdū, sed ambo æquali intentione conuenerūt, scilicet intētionē lucrandi, tunc quilibet tenebitur restituere: nō tamen ei à quo acquisiuit, sed pauperibus. Ratio autem diuersitatis istorum in isto casu & in superiori est: quia ibi vnus alterū traxit ad ludēdum animo lucrandi: hic autē vterq;. Ideo ibi competit repetitio illi qui tractus est, hic autē nulli, cum nullus illorum tractus sit, sed ambo animo lucrandi conuenerunt: ideo nulli eorum competit repetitio, sed pauperibus. Hæc videtur esse distinctio raimundi & durandi. ¶ Hunc modum se Abulensis. cundum Abulensis super Matthæum dicit veriorē (videlicet q̄ in omni casu debet restitui, aut erogari pauperibus) & magis debere obseruari in fo-

ro conscientie: quem forum theologi magis attendere debent. Et primum dicit verum, magis secundum subtilitatem iuris (quam iuristę attendūt.) Et ita aprobat. Ioan. in summa confessorum. lib. ij. ti. viij. q. xxiiij. Sed quia isti modi sunt grauium doctorū, in quorū dictis propter suā grauitatē & auctoritatem nō sic faciliter iudicanda est discordia (si bene intelligantur.) ¶ Ego (saluo meliori iudicio) dicerē, q̄ ludēs ad ludum honestū & licitum, & sibi concessum, nō interueniēte dolo aut fraude, vel violentia, & lucratur ab eo qui alienare potest, & causa aliqualis recreationis, & nō in excessiua quantitate, sed moderata (iuxta ludentiū qualitatem) & temporibus debitis, nō propter hoc dimitteō facere quæ ad statum & officium conueniunt: etiam si animo lucrandi illam quantitatem ludat, æqua voluntate accedentes ad ludum: q̄ ludens nō peccat, nec lucrās tenetur ad restitutionem. Probatio huius dicti est motiuum & rationes primi modi, videlicet, quia vtitur iure suo, & nō facit contra aliquam prohibitionem, aut præceptum: & illam paruam aut moderatam quantitatem sine præiudicio tertij poterat donare, nec fraus interuenit, nec aliquod sit simpliciter inuoluntarium. &c. Et sic in hoc stare cum primo modo. Similiter, q̄ ludens ad ludum prohibitum ab ecclesia, aut à lege, aut concessum, animo & intentione lucrandi, & spoliandi proximum, & cum circumstantijs oppositis ad eas quæ modo dixi: taliter ludens peccat (quia cōtra præceptum facit) & tenetur ad restitutionem (quia iniuste acquirit.) ¶ Rationes mouentes ad hoc prima facie sunt. Tum primo, Quia licet quis ad ludum aleæ à principio venerit causa solatiij, aut tractus: difficile tamē est quin habeat postea desiderium immoderatū lucrandi (quoniam hoc quotidie experimur in aspicientibus ludos, qui afficionantur vni ludenti magis quam alteri.) Ex quo licet à principio nō peccet, exponit se tamen scienter periculo peccati mortalis: & ita iuxta magistralem regulam, peccat mortaliter. Et quia nō est conueniēs iste modus acquirendi (videlicet quia est contra ius diuinum taliter acquire re velle) tenebitur lucrator ad restitutionē, vel ad erogandū pauperibus, si attractus est ab eo à quo lucratus est pecuniā. Tum secūdo, quia hic nō agitur de lana caprina priua, sed de periculo cōsciētę, ideo quod certius est, tenere debemus. Tum tertio, quia & doctores dicunt, q̄ restitutio competit illis, qui obligantur obseruare leges imperiales lu-

dos huiusmodi prohibentis: tamen iam omnia regna habēt suas leges municipales ludum alearum prohibentes, & ita idem erit iudicium: quanto magis, quia sufficit prohibitio diuina vetans velle talem modū acquirēdi. Tum quarto, quia ille actus ludendi siue contractus, & si dicatur voluntarius, (quo conueniunt ad seinuicem spoliandum) nō sufficit. Quia vt dicit Aristoteles quinto ethicorū, Nullus patitur iniustum, volens. maxime quia ibi est inuoluntariū mixtum (vt Aristoteles vult. iij. ethicorum de proijciente merces in mari ingruente tepestate.) Immo & si simpliciter esset contractus voluntarius, nō potest lucrans recipere spoliando proximum: sicut nec proximus potest ab illo iuste damnificari in corporalibus, ipso volente (scilicet vt occidat aut mutilet aut inferat nocuumentum notabile) vt est sentētia Augustini tractans illud primi Regum vltimo de occidente faulem. Sic, esto q̄ ludens velit perdere rem suam notabiliter seipsum damnificando (pondera notabiliter) lucrās nō debet recipere. Tum quinto, quia (vt diximus) facit cōtra illud præceptum. Diliges proximum tuum sicut teipsum, ex quo peccat. Et contra illud, Non cōcupisces rem proximi tui, ex quo faciēs iniuste acquirit. Tum sexto, quia illud damnum notabile etiā infertur vxori & filijs, quibus bona naturaliter sunt obligata, & quasi vincula sustētationi illorum: & quæ superflua (iuxta Christi præceptum) sunt pauperum. Isti autē nolent hæc sibi taliter & per hunc damnatum modū sibi auferri, & ita est translatio seu donatio in præiudicium tertij. Tum septimo, quia hæc spoliatio (qua notabiliter proximus damnificatur) est contra illud præceptum nō furtum faciēs. In quo nō solum prohibetur alienæ rei contrectatio, inuito domino: sed damnum rerum temporalium, & spoliatio proximi iniusta. Tū octauo, quia nullus est merus & absolutus rerum suarū dominus, sed minister & dispensator, redditurus rationem & computum vero. & supremo domino rerum in die iudicij: quando dicitur ei illud verbum, Redde rationem villicationis tuę. Ergo nullus potest sine ratione & causa sufficiente & necessitate illas expendere opes & diuitias. Sicut nō potest homo sine peccato equum suum occidere, aut incendio domum suam destruere, scilicet quia vult. Si ergo domum nō potest destruere ad votum: quomodo poterit domū ludere ad votum? esset vtiq; Deo, & vxori, & filijs, & familiæ infidelis dispensator. De quo

Apostolus dicit, Iam nunc quaritur inter dispensatores quis fidelis inueniatur. Modo qui nō est fidelis in dispensando bona domini sui, tenetur domino suo, aut cui illa bona dispēfanda concesserit. Tum nono, vt ex hoc isti ludentes sic abstineant à damnis & peccatis quæ ex hoc sequuntur. Nam illa talis occupatio est inhonestā, & reipublicæ dānosa, quoniam occasione istorum distrahūt bona, hereditas, vxorum dotes, domus pauperum, & multa alia (vt quotidie videmus) ex hoc contingunt. Immo & si in foro pœnitentiāli nō essent obligati (vt dicit primus modus) de lucratis tamē in hijs aliquæ elemosyne deberent illis imponi, vt saltem reprimeretur huiusmodi inhonestā occupatio, & malum inde sequens, & puniretur de ordinata voluntas. ¶ Dices, Nunquid obtinens remissionē de his quæ tenetur restituere ab illo cui tenetur sit omnino absolutus ab illo? dico q̄ licentia potest triplex esse circa hoc. Primo, q̄ si licētia est mere liberaliter data, videlicet, quia caret timore, pudore &c. liber erit. Secundo, q̄ si licētia nō est desperata, videlicet quia ideo remittit eo q̄ dicitur sibi q̄ nunq̄ poterit rehabere, etiā erit liber: si si sic est. Tertio, quando est licētia nō interpretata: nam si ille cui debetur est pauper, nō creditur mere liberaliter donasse. Ideo circa istas remissionēs est aduertendū multum, vt sibi dicatur quantitas vera, quam remittere tenetur, indigentia personæ, & alia vt sit mere liberalis talis remissio. Hinc hic noster petit fieri vnum de mercenarijs. Vnum quidem, ex necessitate restituēdi ante patris presentationē cum sine illa saluari nequeat. Et sic patet primum.

¶ Secunda pars.

DE secundo, videlicet de quibus tenetur homo restituere est notandum, q̄ triplicia sunt bona, videlicet tēporalia, corporalia, & spiritalia: vel bona fortunæ, naturæ, & famæ. ¶ De bonis temporalibus seu fortunæ ponitur talis regula. Omne alienū, vel quod alteri debetur, siue illicite siue licite habitum sit, debet restitui. Et secundum istam regulam quatuor includuntur ad restituendum. Primo omne alienū licite acquisitum debet restitui, vt sunt res in vltima voluntate legatæ ad pias causas, res accomodatæ ad conseruandum, vt sunt puellarum dotes, pupillarum bona, debita cōtracta, omnia iuste promissa, deposita, fructus acquisiti ex beneficijs pauperibus debiti. Item clerici nō facientes seruitiū ecclesie,

Quinta clausula. Sermo. xxxvii. Feria. iiii. de passiōe.

pro quo legata sunt illa quæ recipit ex beneficio, non solum peccat, sed restitutioni tenetur. Tum, quia propter hoc relicta sunt illa oblata bona, vt sacrificiū vel officiū offeratur pro ipsi offerentibus & dantibus illa, & vt inde pauperes alatur: & quia hoc non facit, & fructus recipit, infidelis est. Tum ratione furti in hoc commissi, quia subtrahit ab amico quod obrulit. Quia intentionis eius in legando fuit, vt legata bona dareretur: non illi, sed illi, qui seruatum impedit ecclesie, & faciēti que ipse instituit faciēda. Tum ratione sacrilegij, eo quod defraudat totā Ecclesiam cui prodesse debet in officijs & oblationibus. ¶ Secundo. Omne alienū non licite acquisitū, de hoc nulli dubium, quin teneatur restitutioni. ¶ Tertio. Omne licitum acquisitū quod alteri debetur, vt sunt instrumenta, testamēta, libri mercationū, & huiusmodi. ¶ Quarto. Omne non licite acquisitū quod debetur alteri, sicut sunt bona quæ succedūt de vfuris, furtis, rapinis, simonijs: quia licet talia non acquisierūt ipsi impie & iniuste, tamē quia hæc ad eos peruenierunt iniuste quodā modo, tenentur illa restituere magis quā sibi illa relinquētes qui male illa acquisierūt: quia ista bona ad eos trāsisse videntur cum onere peccatorū suorū, & sæpe cū obligatione diuersarū promissionū &c. ¶ Secūda regula. Omne quod turpi lucro acquisitum est, tenetur restitui &c. Turpe lucrū in materia cōtractus vt histriōnatus, meretricatus (quāuis aliqui de meretricatu aliter sentiūt: hoc in foro exteriori.) Item in cōtractu in forma, vt cōtractus vsurariorū, etiam in cōmutationibus & venditionibus &c. ¶ De bonis animæ est notādum secundū Scotum in quarto quod in bonis animæ non potest aliquis damnū inferre, cū naturalia bona sint incorruptibilia: sed potest quis damnificari in bonis morū, vt sunt gratia & virtutes, quæ corrumpi valēt, & tādē vitia generātur. In his non potest quis aliquē directe dānificare, cum gratia & huiusmodi virtutes non perdātur nisi per habitus vitiosos, nec etiā eorum acquisitio (quia peccatū voluntariū est.) Indirecte autē & dispositiue poterit, videlicet inducēdo. Quātum autē hoc fit malū animas inducere ad peccatū, satis patet considerāti, quæ sit differētia inter res spirituales & corporales. Quæ inductio potest fieri tripliciter. Primo scandalizando verbo iniurioso, de quo Matthæi. Qui dixerit fratri suo Racha, reus erit iudicio. Racha, id est cōfuso signo. Et fatue, id est expressa cōtumelia, aut irasci, scilicet facto dādo occasionē blasphemie, vel manifestando signa odij. De his debet fieri restitutio, licet parū sit curæ. Secundo fit inducēdo ad malum, videlicet locutione, scilicet docendo, sicutendo, cōminando, vt carnales faciūt ad lasciuam prouocātes, à religione, à prædicatione retrahētes. Item artē illicitam exercētes, nouitatum inuentores, & inducentes illas, vt isti in vestibus & alijs dānificant certe proximos. Tertio fit malum exēplum dando, scilicet de auaritia, de vsum, de lusionibus in domo. Certe huiusmodi admodū periculosa sunt, & de quibus (vt dicit Scotus) est quasi impossibilis restitutio. ¶ De secundo, videlicet de bonis corporis, per regulam superius datā tenentur, & ista dānificatio fit tripliter. Primo vulnerādo, scilicet remediabili modo. Et ad tria obligatur, scilicet ad expēsas in medicos, & ad ea quæ amittit, vt patet. Et ad placationē læsi pro iniuria ratione honoris amissi, ad arbitrium boni viri. Dicatur quomodo fiūt circa hoc quædam compositiones non volūtariæ, & forte interueniētibus minis &c. & sic putāt liberari, & remanēt obligati. Secundo fit mutilādo membrum irremediabiliter. De quo (secundū Scotum) non inuenitur restitutio pecuniaria sufficiens: & secundū iura tenentur ad restitutionē secundū æstimationem operū futurorū pro toto tēpore vitæ mutilati. Secundū vero theologos obligatur. Tum primo, ad expēsas appositas. Tum secūdo, ad satisfactiōnē impediti lucri pro futuro. Tum tertio, ad sustentationem illorū maiorē vel minorem, quos alebat per illud mēbrum mutilatum. Dicatur etiā quomodo fit cōpositio vt supra. Tertio, occidēdo. Isti secundū Scotū tria sunt necessaria. Primo expedit ei quod exponat vitā suam in causa iusta, vt puta in bello cōtra inimicos fidei vel Ecclesie ordinādo laborem & periculum in satisfactiōnē illius quē occidit. Verum quid ex hoc? recompensatur ne vita pro vita? erat vita illius occidētis, etiam si exponatur, æqualis vita occisi? Ideo licet detur vita pro vita, tamen non est tam utilis illi vita istius sicut erat occiso vita sui ipsius. Secundo, quod exponat totā vitā suā in oratione & alijs, ordinando pro alio. Tertio sustentare illos, quos occisus alebat. Omnia hæc, & si fiant, clarum est quod non æqualiter satisfaciūt. Ideo exaggerandum est hoc contra illos, qui prom sunt ad occidēdū. ¶ De fama vero restitutione, quæ potest computari inter damna spiritualia, dānificatio potest fieri. Primo manifestando occultum cū non seruato iuris ordine in publico procedit, cuius restitutio est, quia te-

Scotus.

Matthæi. v.

netur non in publico retractare verum dictū: quia magis tenetur suæ famæ, quā alterius, sed publice dicendo. Non credatis illud &c. Sed quis hoc facit? Secūdo negando verum occultū ex sibi imposito crimine, quia imponētem diffamat. Sed quis restituit hoc? Tertio, falsum imponēdo, aut audita narrādo. Primo modo tenetur retractare in publico coram illis, apud quos falsum imposuit: & in generali, videlicet, vel quod non credant, vel alio modo. Si autē dixit verum, sufficit dicere se in caute dixisse. ¶ Ex dictis patet quanta separatione discessit ille, qui proximo in huiusmodi tenetur, quia discessit ab eo in vnitāte & charitate (quæ secundū Apostolum vinculū est perfectionis.) Et quātum hoc fit reprehensibile, patet in facto Euangelij hodierni. Ioannis. x. ca. vbi dominus Iudæis quærētibz ab eo, vt si esset Christus, palam diceret, (vt famā, & corporis bona, & vitam calumniarēt) dixit eos non esse de ouibus suis: quia oues non solum aliena non rapiunt, sed & propria dant, vt ibi clare ostenditur. ¶ Primo ponitur ipsa in bonis proximi dānificatio, cum inquit, quod facta sunt encenia hierosolymis, & ambulabat Iesus in porticu Salomonis, circūdederūt eum Iudæi dicētes, Quousq; animā nostrā tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam. Cum Christus bona temporalia, nec vbi caput reclinaret, haberet, pro ablatione famæ eius duas tentationes proponunt. Prima fuit, ipsa omnium circūdatio: quia cū esset illud festum quod fiebat annualiter pro reedificatione tēpli Salomonis, & durās per octo dies, circūdederunt eum omnes in illo porticu, vbi sacrificia fiebāt, vt citius caperent. Secunda fuit verbalis, & in verbis fallacibus dicētes, Quousq; animā nostrā tollis? &c. Quasi dicant, Peccamus si non credimus tibi, quia auferimus à te famam, & nomen seu honorem tibi debitum. Si ergo tu es Messias & Christus, dic nobis palam. Quousq; animā nostrā tollis? id est suspendis? Vel aliter, Quare animā nostrā tollis? id est permittis perdere, dum veritatē nobis celas? Tene ris enim ad restitutionem, dum occasionē damni nobis donas vsurpandi, vel retinēdi honorem tibi debitum. Dic ergo palam. Hoc autē insidiosè proponebāt. Quia si diceret palam se esse Christum, quasi contra Cæsarem machinantem: iam circūdatum habebāt, vt illum militibus Cæsaris traderent. Si autē negasset palam, autorem nouæ doctrinæ condemnasset. Et si vtrunq; nollet dicere, vel

Scotus.

Exo. xxiij.

Scotus.

Scotus.

X

De satisfactione circa proximum. 104

Colof. iij.

Euāgelij.

Ioan. x. ca.

Y

alterum, quasi obligatum restitutioni compellebant. ¶ At vero saluator respondit, temperando responsum, non ad eorum volūtatem dicens. Opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me. Quasi dicat, Non oportet quod ego dicam an fin ego Christus, clara signa sunt opera quæ verba: ideo opera quæ ego facio, perhibēt testimoniū, & de diuinitate & officio meo. Ideo & si non expresse respondit ad quod quærēbant, tamē dicit aliquid maius: Nam testimonium quod sit Deus, dant in celo pater, verbum, & spiritus sanctus. Ioannis. Pater quidē, i. Ioanis. v. Matthæi. Hic est filius meus dilectus. Verbum vero, Matt. xvij. Ioanis. Ego & pater vnum sumus. Spiritus sanctus Ioanis. viij. autē, in columbæ specie in baptismo apparēs. Quod aut sit verus homo in terra, testimonium dant spiritus, aqua, & sanguis. Spiritus quidem, quē in cruce, inclinato capite, emisit. Aqua vero & sanguis, quæ de latere eius fluxerūt. Sed causa quare hoc non creditis, & honorem mihi debitū auferitis, non est, quia non dico palam; sed quia non estis de ouibus meis: quia oues meæ, vocem meam audiūt ex humilitate, videlicet credēdo, & obediēdo: & ego cognosco eas, notitia visionis & approbationis: & sequuntur me, per imitationē. Et ego vitam æternā do, pro passu, hic corporis mei, & in futuro dulcedinis visionis & fruitionis, & non peribūt in æternum. Nec quicquid rapiet de manu mea, quia ego & pater vnum sumus, scilicet in essentia, potestate, & maiestate. ¶ Moraliter. Istud templum ædificatū à Salomone & dedicatū à Iuda, anima nostra est, quā Deus verus Salomon creauit, quia ps. Factus est in pace locus eius. Quod si ruinam patitur in regione longinqua peccati (dicit Propheta, quia misericordiam domini est, quod non sumus consumpti) reedificatur tamen per Iudam, qui confessio dicitur: Tūc enim facta sunt festa encenia, id est noua. Quia omnia renouātur, & noua fiunt, scilicet per remissionem culpæ, & infusionem gratiæ, & relaxationem poenæ, & admissionis ad gloriā: & hoc in hierosolymis, id est in Ecclesia corā patre sacerdote: atq; tempore hyemis, quia ver est in patria, in hac vita hyems, vbi abundat aquæ tribulationis & poenarum quo ad omnes partes poenitentiæ. de quo sponsa, Iam hyemstransijt, imber abiit & recessit, surge amica mea & veni. Porticus Salomonis, vbi orabant, & sacrificia offerebātur: satisfactio est quo ad omnes eius partes, inter quas adulescens poenitēs ambulat, vt ad patrem vadat. Ideo si tu es Christus, id est si es verus poenitēs, dic pa-

Z

Psal. lxxv.

Thren. iij.

Cantico. ij.

Sexta clausula. Sermo. xxxviii. Feria. v. de passione.

lam? Quasi dicat, Si abstulisti in occulto auferedo à proximo per iniustitiam: ostende te esse ex ouibus Christi, quæ omnibus profunt & nulli damnun inferunt: immo si herbam comedunt, reddūt in triplo, scilicet dando lac, lanam, & carnem.

¶ Secundo ponitur non restituentium duritia & obstinatio. Sequitur, q̄ audito isto quod blasphemiam putabant, per hoc q̄ efficaciam illorum verborum intellexerūt, q̄ tulerunt lapides vt lapidarent eum: ostendentes se tales esse interius, quales exterius se ostendebant. Saluator vero eorum ingratitudinem tangens inquit, Multa bona opera ostendi vobis de patre meo, propter quod horum me lapidatis? Nota (multa) nō vnū tantū. Item tangit vtilitatē dicens, (bona opera.) Tertio tāgit soliditatem, quia (opera.) Quarto veritatē eorū, quia (ostendi.) Quinto cōmunitatē, quia (vobis.) Sexto charitatem, quia (ex patre meo) & non ex lucro, ratione quorum cognoscendus, venerāus, & non lapidandus à vobis eram. Replicant ipsi mi feri dicentes, De bono opere non lapidamus te, Sed de blasphemia: quia homo cum sis, facis te ipsum Deum. Conuincit eorum responsionē ex scriptura, quæ permittit homines vocari Deos partii

patiuē. Quasi dicat, Si nō creditis me Deum essentialiter propter vestram obstinatā cæcitātē: ad minus debuitis me credere Deum participatiue propter bona opera quæ ostendi, & sic nō inuenissetis causam me lapidandi. Quāto magis, quia si non facio opera patris mei, nolite credere, saltem operibus credite, vt sciatis, quia ego in patre, & pater in me est. ¶ Moraliter. Et si lapides essent peccatores propter materię duritiā: non deberent duritiā nō restituēdo eijcere in Iesum, sed attendere bona opera, quæ Christus fecit pro peccatoribus. Tum, quia facit ad modicum contritionis doloris, culpam infinitam remisit. Tum, quia propter modicā satisfactiōem fuit acceptatio pro infinitis mediator Christo (qui lapides pœnitentię pro nobis sustinuit, vt ad domū paternā reduceremur.) Ideo peccator propter quod horum Christum lapidas, duritiē restitutionis habendo, & illam in hoc seruādo? Attende huiusmodi opera, restitue, fias vnū cum proximo, vt mane in domum paternam introducearis, ibi recepturus gratiam, & in domo coelesti gloriam. Ad quam nos perducatur Christus Iesus, qui cum patre & spiritu sancto viuunt & regnant in secula seculorum. Amen.

¶ Sexta clausula. De misericordi receptione

PATRIS AMOROSA, QUANTAEQVE SIT BENE-
uolentię. Incipitur & finitur vnico sermone.

¶ Sermo tricesimus octauus. De misericordi

patris receptione. Sub isto themate.

¶ Vidit illum pater eius, & misericordia motus est.
Ex parabola Lucæ. xv. cap.



confessione potestatis patris tam circa pœnitētes

PXPEDITA per Dei gratiā quinta clausula, in qua tractauimus de statu peccatoris conuersi ad Deum, quātē debet esse diligentē accedendi ad patrem. Tum in

sponte & voluntariā à statu peccati recedentes, q̄ circa illos qui nolūt. Tum in tubicēuone sui ipsius in laboribus pœnitentialibus, quo fit de mercenarijs patris. Tum in satisfactiōe circa proximum, qua fit vnū cum illo, & est sicut vnū de illis. In presenti sermone dicendum est, de quodam alio statu maximę misericordię, in quo à patre misericorditer recipitur. De quo verba assumpta dicūt, quōd vidit illum pater eius, & misericordia motus est. Sed prius salutetur virgo Maria.

¶ Argumentum huius sermonis.

De amorosa patris receptione.

105

Misum fuit isti adolescenti (quod heri diximus) satis rationabile, videlicet, vt fieret vnū cum proximo & cum alijs mercenarijs patris, ideo cordi sibi erat comparere corā patre. Ad quem ego, Potuisti ne cum tantis & tot debitoribus? Qui inquit, Feci quod potui. Nā primo quo ad bonam fortunā, considerauit satisfacere illis, qui magis indigebāt: ab illis autem quos noui plus me habere, petui remissionem, & quidam remiserūt liberaliter, & circa hos credo me liberum esse, eo q̄ mihi tanq̄ pauperi (non sic cōmode habenti) donauerunt. Alij autem noluerūt, quos durante mea impotentia (quia contra iustitiam egerunt) credo peccasse. Nam sicut tenebantur mihi posito in necessitate succurrere, & de suis tribuere: sic tenebantur & ista remittere. Ideo durante ista mea impotentia credo me nō tenere, nisi quando ad pinguioris fortunę statum peruenssem. Secundo autem quo ad famam, feci quod potui, & certe non sum in hoc, nec mihi bene satisfactus. Video rem satis difficilē, vellem tamen inter christianos esset consuetudo, ad minus in die parasceues, omnes indulgerent generaliter, vt nemo remaneret sine satisfactiōe possibili, & esset satis sufficiens satisfactiō, pro his de quibus non possumus: cum esset liberalis donatio. Tertio de bonis corporis circa vulneratos & mutilatos feci, vt heri dixistis, quia satis conueniens fuit, & possibile. Circa occisos vero, intendo sequi Scoti consilium de expositione in bello iusto: licet certe ego multum dubito de illis bellis quæ sint iusta vel quæ non, & ad me non spectat istorum determinatio. Similiter quia interea possem morte præoccupari sine ista satisfactiōe, decreui eligere arctum monasteriū, vbi vitam meam orationibus, & pœnitētijs finiā, & ratione altioris vitæ erit satisfactiō pro alterius vita, qua illum priuauit, & recompensa melioris vitæ pro minori. Cui ego. Recte processisti. Nunc poteris coram patre comparere. Subiungit. O pater, vnū ad hoc peragēdum me tenet timidum, & trepidandum. Quandoquidem ad comparandum corā vtroq̄ patre, scilicet coelesti & principali & arbitro eius, videri meo requiritur maxima vrbantitas: ego in illa regione longinqua peccati, nil horum didici: immo omnia cōtraria his quæ in ingressu domus patris, & coram patre fieri debent. Quidnam potest scire homo, qui vsui suo est Deum cōtinere: ea quæ Dei sunt spernere? Hic autē maxima debet esse obedientia &c. Ibi vsum

habui pascendi porcos: hic autē inter seruos & aulicos Dei cōuersari? At ego. Non oportet te filii timere hoc: & si bene cogitasti, ego dabo tibi optimam societatem, peccatricem maximam, pœnitentem mirabilissimā, non solum pro suis peccatis, sed pro omnibus pœnitentibus in lege Christiana & Christi Ecclesia velut exemplar præfulgentissimū positam, beatissimā videlicet Magdalenam: hodie ad Christum peccatricem adeuntem ad domum Pharisei, vbi pater principalis Christus residebat. Hæc sequere: ac sicut facere videbis, facies: vt sicut ipsa misericorditer recepta est, recipiaris: & peccatis dimissis, liber euadas. Verum dices, Et quis erit sicut ipsa? Ideo attende quid de ea senserint doctores. ¶ Origenes & Damascenus dixerunt, quōd Magdalena sola mente peccauit, & voluntate, & dicitur peccatrix, sed fuit carne præseruata, & ita virgo. Ratio datur à quodam. Quia hoc prouenit à superbia eius, vt Paulus, qui propter suam superbiam mansit castus ante conuersionem. Sic Magdalena, cui ex superbia nemo complacebat, quasi nec etiam rex illam merebatur contingere. Ratio etiam inter alias assignari potest. Quia si opere peccatrix fuisset, non tantam familiaritatē cum virgine & Christo mūdissimis habuisset: maxime quia & Pharisei de hoc illum increpassent, sicut de manducatione cum peccatoribus & publicanis fecerunt. Verum ego nescirem respondere, quare ecclesia de ipsa non celebrat festum virginis, sicut de alijs, cum secundum Doctores mentalis virginis tas per pœnitentiā reparatur. Quanto magis quia Euangelium & Ecclesia ipsam peccatricem nominat in ciuitate, ad quod non sufficit actus mentis. ¶ Beatus Hieronymus in prologo Osę, & in epi stola ad Furiam dicit fuisse publicam peccatricem seu meretricem, vt etiam Leo papa in sermone de passione domini. Et beatus Chrysostomus homilia tricesima prima, quæ intitulatur de prodicione Iudæ dicit, quōd quando prostituta de lupanari exiuit, discipulus gehēnam intrauit. Verum quia hoc durum videtur dicere de tam nobili & diuinite domina maxime habente Lazarum militem, & sororem Martham virginē, qui eam suffocassent, cum & parentes sic facere deberent. Verum quia hic estis (o sorores peccatrices quæ in prostibulo tot annos consumpsistis animas vestras, immo & corpora, exponendo vos venales cuiuscūq̄ veniēti, etiam infirmitatibus contagiosis irretitis, quorum culpa? certe vestrorum parentum qui dimiserunt

Origenes.
Damalce.
A

Doctores.

s. Hierony.

Leo papa.

s. Chryso.

vos in domibus suis ad libitū vestrum, sinentes loqui publice cum amatoribus vestris (immo cum odientibus vos) gaudentes de illo, vt caro filiarum suarum duceretur ad macellum. O crudeles parētes, Quorum culpa? Certe rectorum & christiano rum diuitū, qui si prouiderent, plures ex vobis conuerterentur ab ista via perditionis. Quorū culpa? Certe quia nemo eas blande alloquitur, pro illarū reductione. ¶ Alij dicunt, q̄ erat multū dissoluta & lasciuia, vt quasi in ciuitate videretur ab omnibus publica peccatrix (licet in veritate non esset.) & ita ad exaggerādā eius vitam dicunt euangelium illam peccatricem nominare. Verum tamen nescio quomodo soluant illud euangelij verbū, q̄ erat peccatrix. Non enim dicit q̄ putabatur peccatrix, sed q̄ erat. Et ita (ecce) est signum ostēsiuum & exaggeratiuū. ¶ Alij tenentes medium dicunt, q̄ ipsa non fuit virgo (vt primi dixerunt,) nec hoc tenet Ecclesia, nec etiā fuerit publica meretrix (vt alij) sed q̄ fuit in sua domo delitijs & otio vacās, vanisq̄ ornatibus dedita, ornabatur criminibus mortuis, fucabat forte faciem, fræquentabat fenestras, spectacula, cōuersabatur nimis cum iuuenibus, & ab illis multum associata. (Reprehēde hoc modernis temporibus &c.) & tam dissoluta, vt reputaretur, & esset infamata in ciuitate pro peccatrice: & ita mulier in ciuitate peccatrix, secundum famam & suspicionem cōmunem. ¶ Sed (saluo meliori iudicio) nos dicimus, q̄ non inconuenit hoc & illud fuisse secundum Dei iudicium & dispositionem sic sanctos suos in Ecclesia sua ordinādo, & in ea intuendos apponendo, vt per eorum imitationem salutis viam consequamur & progredi valeamus. In quibus mirabilia magna misericordie Dei pro nobis resplēdeāt. Vt facile est videre in vtroq; testamēto: in quo posuit Abraham in exemplum obedientie, Iob patientie, David poenitentie. Sic in nouo testamento plures apposuit sanctos velut exemplaria quædam virtutum, vt Petrum de fide, Ioannē de dilectione &c. Inter quos & ipsam peccatricem Magdalenam eiusq̄ poenitentia, vt sit speculum ad Deum conuerti volentium: cuius peccati grauitas & magnitudo apponitur, non vt in ea peccata contempleremur, sed inde sequutam poenitentia, & Dei circa peccatores venientes ad se magnam misericordia: & vt sit exemplar omnium qui corā patre comparere volunt, adeo, vt sicut peccatrix coram Deo comparuit, ab ipsoq; recepta fuit misericorditer, & ab eodem contra Pharisæi mur-

murationē defensata, & veniam omnimodam impetrauit: sic ad eius imitationem homines affueti peccatis, discant modum & formam, quam in ista cōparatione & præsentatione seruare debēt. Dūæ siquidem sunt mulieres in Ecclesia, quas velut exemplaria quædam intuēdas posuit, Mariæ ambæ. Altera virgo sacratissima in exemplum innocentium & iustorū semper cum patre permanētium, ad cuius sanctitatem oculos nostros dirigere debemus ad imitationē. Altera Maria Magdalena in exemplum poenitentium, ad quā omnes peccatores poenitentes respicere debent, eam in poenitentia imitantes. Ideo nimirum, vt nobis in Euāgelio proponatur magna peccatrix (Deo propter hoc permittente) vt à nobis magna extollatur poenitens. Hinc saluator Pharisæo murmuranti & sinistro de illa iudicanti, inquit, Vides hanc mulierem? Quasi dicat, Hæc omnium peccatorum exēplar est, hæc misericordie Dei vas electū. Idcirco nō debes confidere eius vitā prætentā, sed præsentē eius poenitentia, & largā Dei misericordia circa illā. Quia vidēs illam pater eius, misericordia motus est, vt sit exēplar peccatoris & misericordie in eius receptione, defensione, & largitione veniæ. De qua peccatoris misericordie receptione (sub exēplari Magdalenæ receptione) in præsentī sermone iuxta feriem Euāgelij tria dicemus. Primum, quomodo fuit magna Dei misericordia in eius receptione in tam solenni cōuiuio, quia dicit, q̄ misericordia motus est. Secundum, quomodo fuit motus maiori misericordia indiligētis peccatricis commēdatione & defensione. Tertium, quomodo fuit maxima misericordia in eius absolutione, & à peccatis liberatione.

¶ Prima pars.

DE primo ponitur inuitatio & solēnitas conuiuij dicens, q̄ rogabat Iesum quidam Pharisæus vt māducaret cum illo. Notādum est illud verbum (rogabat.) Si enim attenderent homines quantæ beatitudinis sit tribuere indigētibus, non expectarent rogari, sed potius ipsi rogarent pauperes, vt ab ipsis acciperēt, nec solum sine data elemosyna pauperes abire permitterent, immo ipsos pauperes inuitarent, vt hic Simon rogabat pauperem propter nos Iesum factum, vt cū illo manducaret. Ideo Apostolus Actuum. Meminisse debetis verbi domini, quoniam ipse dixit, Beatus est dare, quia recipere. Tū primo, quia dare est actus virtutis, recipere autem est actus indigentie aut

Math. xxv. cupiditatis. Tum secundo, quia qui elemosynam dat, liber est, accipiens vero obligatur danti. Hinc Christus Matthæi, Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis, & ita ego obligor ad retribuendum pro illo. Tum tertio, quia dans, in hoc Deum imitatur quo nil gloriosius: qui teste ps. manum suam aperies, implet omne animal benedictione. Tum quarto, quia est preciosa commutatio, videlicet dādo tēporalia pro æternis & cœlestibus. Ideo deberēt etiam nō petentes pauperes rogare, ex exemplo Abraham, qui tres angelos in forma iuuenū inuitauit dicens. Genesis. Requiescite sub arbore, & afferā panes &c. & postea trāsibitis. Similiter Lot. Genesis, compellebat angelos intrare domum. Sic discipuli duo coegerunt Christū in forma peregrini cum eis maneret illa nocte. ¶ Moraliter & mystice. Simon interpretatur obediens, sacerdos est & pater Christi arbiter ac minister obediēs in suo arbitrio principali, scilicet Christo, conformando se illi. Et etiam obediens passiuē, id est cui poenitēs obedire tenetur. Et est etiā Pharisæus (qui interpretatur diuisus) quia ab alijs hominib⁹ in hac potestate multum diuisus est, & ratione illius potestatis ministerij quam supra alios habet. Hic rogat & inuitat Iesum, vt manducet cum illo. Cibus enim Christi (vt supra diximus) salus peccatorum est, vt exemplariter in Samaritanis patuit. Nam dicētib⁹ discipulis quod manducaret, inquit, Alium cibum habeo manducare, quē vos nescitis. Sequitur. Meus cibus est, vt faciam voluntatem patris mei &c. Exclama contra has peccatrices. O miseræ peccatrices, illud erat bibere, quod à Samaritana muliere peccatrice sicut vos in ipsa (quæ quinque viros habuit & tunc erat concubinaria) petebat dicens, Mulier, da mihi bibere. Et hic erat cibus, pro quo milit discipulos ad Samariam, & quē sedens supra fontem expectabat, videlicet peccatores Samaritanos, vt ad ipsum venirēt, ab eoq̄ misericordiam reciperent. Hic cibus Christi, poenitentia peccatorum est. Hæc fames ipsius, scilicet salus vestra. Hoc desideriu eius, vt ex eatis à vita vestra mala, & ad ipsum veniatis. Nō enim potest delicatior cibus illi præparari, quā q̄ vna ex vobis veniat per poenitentia ad ipsum recedendo à peccato. Propter vos ipse dimittit omnes iustos qui sunt in cœlo & in terra, omnes angeli sunt ei ministrantes, & lætatur de hoc. Nam Luca. Gaudium est angelis super vno peccatore, quā super nona ginta iustus. Dicit vt expedit. Rogat ergo sacerdos

Simon, vt sint tres in hac mensa huius conuiuij misericordie: vnus Christus, principalis pater: alter Simon, pater spiritualis & arbiter: alius peccator, suscepturus remissionem. Ideo rogat dicens, Misereatur tui omnipotens Deus. Et licet non sit de forma absolutionis, notat tamen huiusmodi inuitationem, quia sine ipso nil potest fieri. ¶ Secundo ponitur alia inuitatio Christi erga ipsum peccatorem significata in inuitatione attractiua circa istā mulierem. Beatus Augustinus miratur hāc domini inuitationem interiorem dicens in homelia super hoc Euangelio, Quid igitur miramur fratres? Mariam venientem an dominum suscipientē? suscipientem an trahentem? sed melius dicam suscipientem & trahentem, quia nimirū ipse eam per misericordiam traxit intus: qui per māsuerudinem suscipit foris. Hæc ille. Inuitauerat nāq; Christus illam in illo magno sermone, quē fecerat de peccatoris cōuersione. Ipsa adhuc manente in peccati voluntate prophane coram ipso sedente, discooperto peccatore, manicis scissis, crinibus super sparsis supra dorsum, facie fucata. At incepto Christi sermone, hæc reprehēdes in peccatoribus generaliter, tangebatur cor huius mulieris, quasi apponēs mappam ad reponēdos cibos suæ misericordie & gratie. Reprehēdebat vanitatē seculi, dicebat delicias breues, supplicia æterna &c. Iam hæc incipiebat cooperire caput quasi clam. Prosequitur Christus proponēdo gloriam paradisi, quam pro breui delectatione peccatores amittūt, societatem angelorum & sanctorum &c. quasi apulas proponēdo in mensa huius misericordie. Iam ipsa peccatrix incoepit famescere dicens, O quis posset cum isto homine tā misericordie cōuiuari. Vnde potero ipsum inuenire? quomodo potero corā pedibus eius pro uolui, eiusq; misericordiam implorare? &c. ¶ Tertio huius inuitationis modus ponitur admirabilis, (vt dictū beati Augustini de tractione huiusmodi declaremus.) Pro quo est notandum secundum Scotum in quarto distin. quarta, q̄ licet de potentia Dei absoluta possit fieri remissio culpæ sine infusione gratie: tamē de potētia Dei ordinata, nunquā remittit culpam sine infusione gratie. Nam sicut natura prius & principaliter intendit introducere formam, quā excludere dispositionem contrariam illi formæ, vt in igne pater: sic prius & principaliter intendit dare gratiam peccatori, vt saluus fiat: sed quia non se compatiuntur culpa & gratia, infundendo gratiam, remittit culpam.

Sexta clausula. Sermo. xxxviii. Feria. v. de passione.

¶ Ex quo patet magna dei misericordia (qua peccatores ad illum inuitatur & ad poenitentiam) quia ad remittendum culpam est facilis & prompta, & ad largiendam gratiam est larga, plena, & perfecta. ¶ Primum patet, videlicet Dei eius facilitate & propititudine. Tum primo, quia non vincitur multitudo peccatorum: quoniam haec mulier plena fuit vitijs, quia (vt dicitur in Euangelio Marci) quod ab ipsa dominus eiecit septem daemonia. Non quod ea possederint corporaliter, (vt in obsessis) sed secundum Gregorium designatur vniuersitas peccatorum (nam septenarius numerus est vniuersitatis.) Tum secundo, quia non vincitur magnitudine: cum & ista non solum cogitatione & loquutione creditur peccasse, sed & opere & turpitudine. Hoc causante multitudine diuitiarum, corporis pulchritudine & voluntatis libertate (quae multoties causa sunt multorum peccatorum & magnorum.) Tum tertio, quia non vincitur continuitate, quia ista non solum modico tempore stetit in peccato creditur, sed multo: & tanto, quanto Martha in infirmitate, videlicet duodecim annis. Maior est ipsa Dei misericordia his, omnia ista vincens: quia cum sit infinita, a nullo potest vinci. Immo omnia peccata velut stupam in magno igne positam consumit, quia Deutero. Deus noster ignis consumens est. ¶ Secundum etiam patet, quia est in collatione gratiae larga & plena, quia non solum dimittit, vt non puniat peccata tegendo & non imputando, vt ps. Beatus vir, cui non imputauit dominus peccatum eius. Et Ezech. xviij. Ezechielis. In quacumque hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius non recordabor: sed & gratiam infundit secundum conatum & poenitentis dispositionem. Vnde non refert ad effectum diuinae misericordiae si sit magnus aut paruus peccator, aut paruus aut multum temporis steterit in peccato, vt maiorem aut minorem gratiam conferat: sed quo mentis feruore & voluntatis conatu se ad Deum conuertat. Ex quo patet, quod si essent duo cum aequali feruore cum inaequalibus peccatis, aequaliter Deus gratiam eis infunderet. Hoc igitur inuitauit Magdalenam ad Christum, videlicet famem ipsius Christi erga poenitentes peccatores, eiusque facilitas in peccata remittendo, & largitas gratiae in infundendo sine respectu ad praeterita errata, dum de ipsis poenituerit. ¶ Quarto ponitur ipsius peccatricis ingressus in domum Simonis & coram patre utroque: dicitur quod cum agnouit, quod Iesus accubisset in domo Pharisei, ingressa est domum Pharisei. Non

ingreditur sola, sed quibusdam illam committantibus, cum qua comitiua & quilibet peccator ingredi debet, vt coram patre compareat. Prima fuit cognitio peccati, & immensae misericordiae Dei, & quod super collum peccatoris cadit. (vt de isto patre parabolice dicitur,) Cadere super collum, est amplecti misericorditer peccatores. Secunda fuit cordis contritio dicens, quod attulit alabastrum vnguenti. Nam est conclusio Scoti in. iij. distin. xiiij. q. j. quod peccatum non dimittitur sine poena, vel aliquo aequiuale in acceptatione diuina. Cuius ratio est, quia poena hoc diximus esse remissionem peccatorum, videlicet, quia in se punit per voluntariam assumptionem doloris & detestationis peccati a voluntate, quod Deus puniri debuit: ideo ista voluntaria assumptio huius doloris propter Deum offensum est vnguentum liniens viscera misericordiae Dei. Ideo & si illi Lutherani dicant Magdalenam sine confessione & poenitentia fuisse culpam dimissam. Sine confessione praeter sacramentali, transeat: quia adhuc non erat inuitata. Amen sine poenitentia, non dicunt veritatem. Quandoquidem magnam contritionem habuit, sicut & dilectionem. De amore & dilectione inquit Christus, quia dilexit multum, dimissa sunt ei peccata multa. De dolore autem interiori, lachrymarum abundantia ostendit. Ideo de ista dicitur, quod attulit alabastrum vnguenti. Preciosum namque est vnguentum, cuius vna gutta valet ad remissionem multorum peccatorum, (vt diximus de modica contritione supra.) Tertia fuit humilitas, quia dicitur quod stetit retro secus pedes. Tum, quia stare retro denotatur profunda humilitas, iudicans se indignam ponere ante Iesum & patrem quem offenderat. Tum, quia per stare denotatur in ea firmum propositum in melioratione vitae futurae (vt infra dicitur.) Magnam siquidem reputo in hac muliere, quae conuiuatum praesentiam non erubuit, in domum Pharisei intrare non timuit, nec Pharisei contumeliam magnificet, nec discumbentium calumniam dicentium. Quis est hic, qui etiam peccata dimittit? De praesentia Christi tamen verecunde timuit, & se ante illum ponere, ideo retro. In quo notatur humilitas. Et stare propositum meliorationis vitae. Tum ad pedes eius, notatur firmitas voluntatis nunquam recedendi ab illo (vt infra dicitur.) Quarta fuit confessio, quia dicit, quod lachrymis rigauit pedes eius. Nam ex peccatorum cognitione (quae est confessio interior) proueniunt lachrymae (quae sunt confessio, id est peccatorum manifestatio) quas ex puteo cordis traxit, ex peccatorum clara cognitione & confessio-

De amorosa patris receptione.

107

Hierony. Hierony. fione. Ideo doctores dicunt, quod confessio debet esse lachrymosa. Beatus Hieronymus in tertia parte epistolae suarum epistolae. xxiiij. dicit quod in suis lachrymis Magdalena fuit baptizata. Exemplo illorum de Hierusalem, qui in die pentecostes in aqua (quam ad extinguendum ignem domus Apostolorum, in qua descendit spiritus sanctus quam putabant ardere) fuerunt baptizati. Similiter martyres aliqui baptizati fuerunt proprio sanguine. Haec autem in lachrymis ex amore procedentibus. Quod martyrrium fuit ei mulierem nobilem intrare domum subannatorum: mulier sola inter tot conuiuas: mulier tam superba coram tantis & tot sua deflere peccata? Quinta fuit satisfactio, quia dicit, quod capillis tergebat & osculabatur pedes: vt in omni illo in quo offenderat, punitionem inferat. Offenderat capillis, osculis, in illis fiat satisfactio & punitio, vt per ea quae quis peccat, per ea & torqueatur. Sexta fuit restitutio, quia dicit, quod vnguentum vnguebat. Et euangelista alius dicit, quod domus impleta est ex odore vnguenti. Diximus heri restitutionem necessariam, ideo ista effusio vnguenti in tota domo, extensionem restitutionis ad proximos notat. Magna igitur ostenditur patris misericordia in receptione huius peccatricis mulieris & cuiuslibet peccatricis animae. Ideo dicit, quod vidit illum pater eius, & misericordia motus est. Et patet primum. ¶ Secunda pars.

H **D** E secundo notatur maior patris misericordia in peccatoris defensione & commendatione. Dicit textus, quod cum haec vidisset Phariseus qui inuitauerat eum, dicebat intra se. Si hic esset propheta, sciret utique, quae & qualis est mulier quae tangit eum, quia peccatrix est. Duplex iudicium temerarium habuit iste, videlicet & de Christo, & de muliere. De Christo quidem, quod non esset propheta, de muliere autem quia peccatrix erat. Christum putauit non esse prophetam, quia ad se venientem peccatricem non respexerat, ad se accedentem non repulerat, retro se prostratum non erexerat, retro statem non reuocauerat, pedes lauantes non retraxerat, lachrymas emittentem non prohibuerat, oscula impudentem subinuerat, vnguenta effundentem non reuocauerat, & ipse tanquam alienus haec non perceperat. Quasi dicat, Ego autem non sic sustinuissem hanc peccatricem ad me venientem, ego non sic eam tractassem, ego certe indignabundus pedibus illam offensussem & a me eiecisssem. O pharisee non sic Deus tractat peccatores ad se venientes, non sic ex-

pellit ignominiose, quos ad se misericorditer trahit. Ex te hoc praedicator cum bona gratia, quia deuotum erit pro praesenti actu &c. De muliere vero, obstat Phariseus dicens, quia peccatrix est. Non enim nouerat mutationem dexteram excelsi, & ita huius peccatricis statum mutatum ignorabat: & quae & qualis esset, nesciebat. Nam venerat peccatrix, & euadit iustificata. Ideo statum eius commendare volens inquit, Simon, habeo aliquid dicere tibi. Cui Simon, Magister dic. Duo debitores erant cuidam foeneratori, & vnus debebat quingentos, alius quinquaginta: & non habentibus illis vnde redderent, donauit utrisque, quis eum plus diligit? Dixit Simon. Aestimo, quod is cui plus donauit. Quod si intelligitur actiue, clarum est quod illum plus dilexit, id est maius dilectionis signum ostendit, cui plus dimisit seu donauit. Si autem intelligitur passiuue, id est quis illorum magis obligatur dimittentem diligere, etiam satis patet, quod qui plus remissionis accepit. Sequitur Simonis iudicij approbatio dicens, Recte iudicasti. ¶ Moraliter & mystice. Differentia est inter vsurarium & foeneratorem: nam vsurarius de mutuo quaerit lucrum, foenerator vero quaerit lucrum de lucrato. Vtrumque prohibuit est. Deus enim vsurarius est, quia de commissis quaerit lucrum, vt patet de talentis commissis, vbi reprehendit qui talentum abscondit & sine lucro sibi illud reddidit: vbi illum qui quinque alia lucratus fuerat, laudauit. Est etiam foenerator, quia lucrum quaerit, scilicet gloriam, de nostris operibus, & totum cedit ad vtilitatem nostram. Duo debitores sunt, homo duplex, scilicet recipiens ratione recepti, & peccator committens ratione peccati commissi. Primo plura concessit, scilicet mundum cum omnibus, corpus cum potentijs, alijs dignitates, alijs temporalia bona: quae si tibi pauca videntur, dedit proprium filium in mutuo, vt esset salus & redemptio nostra, & nostrae redemptionis precium. Dedit & fidei donum, dedit & spem aeternorum. Ideo ex hoc recepto sumus debitores fortis, & lucris, & foeneratoris. Vult principale, scilicet gloriam: & lucrum, scilicet proximum. Nam mutuū respondet, qui acceptis vtitur ad gloriam Dei, vt Paralipomenon. Tu a domine sunt omnia, quae de manu tua accepimus, dedimus tibi. Lucrum vero, qui ex his quae habet proximo tribuit, vt eum Deo lucretur, quod maxime fit in operibus spiritualibus. Sed foenus Deo dat, qui saluti aliorum intendens, seipsum lucratur ad vitam. Secundo

Sexta clausula. Sermo. xxxviii. Feria. v. de passione.

videlicet peccator obligatur Deo ratione commissi & dimissi (O res admirabilis) non solum non fatiffa cere de receptis beneficijs huic summo vsurario & foeneratori: sed vltra hoc obligare se ad debitam poenam ratione commissae culpae. Propter suscepta beneficia obligabatur in quinquaginta, & propter dimissas culpas ad subeundas poenas, obligatur in quingentis. Diximus alio die peccatoris seu poenitentis obligationem esse maiorem in pluribus, maxime in hoc, quod non reddidit quod debuit: & commisit contra ea quae committere non debuit, ideo maius debuit. Ideo Deus remittens peccatori, plus ostendit illum diligere: & peccator ex dimisso obligatur magis illum diligere: atque si ei plura peccata dimittuntur, magnam dilectionem habuisse (ex qua procedit contritio, vt diximus) ostendit. Ideo Simon vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam, & aquam non dedisti, haec autem lachrymis rigauit pedes meos &c. Dicantur omnia. Quasi dicat. Non bene illam nosti, non attendisti dispositiones huius mulieris interius, non contritionem in alabastrum vnguenti, non confessionem in lachrymis, non propositum melioris vitae & emendandi in hoc, quod retro stat, non satisfactionis poenitentialis opera, quia capillis terfit, & osculabatur pedes, non restitutionem in effusione vnguenti. Quae omnia Simon & pater arbiter in absoluendo attendere debet: maxime ad contritionis dilectionem (secundum quam remissio pensatur.) Hinc non iudices me non esse Prophetam, non cognoscetem mulierem peccatricem: sed conformari debes iudicio meo, deinde in tibi commissis poenitentibus: vt quem ex coniecturis cognoscas plus me diligere & ex hoc detestari peccata, illi plus dimittas: nec venientes cum hac detestatione praeteritae vitae & proposito meliorationis futurae, & cum supradictis comitantibus, spernas. Et si vt homo spernere a te viderentur: vt minister tamen meus & Ecclesiae (qui neminem spernit) misericorditer suscipere debes. Ideo isti dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Ex quo clarum patet, quomodo patris spiritualis potestas erga poenitentem in dilectione fundatur. Exemplo Christi ad Petrum ter interrogantis de dilectione plus alijs, ideo conformari debet illi, vt secundum poenitentis maiorem dilectionem, magis dimittat. Quia tunc recte iudicabit, & nullum sic venientem debet spernere, nec minus diligere. Quia dicit quod vidit illum pater eius, & misericordia motus est. Et patet secundum.

¶ Tertia pars.

DE tertio, videlicet de maxima misericordia in absolutione huius peccatricis. Dicitur in textu, quod conuersus ad mulierem dixit, Dimittuntur tibi peccata tua, fides tua te saluam fecit, vade in pace. Mirum videtur, quae peccata dicat nunc sibi dimitti, cum iam ante dixerat Simoni, quod dimissa fuerant peccata multa, quoniam dilexerat multum. Nunquid aliqua restant dimittenda? Si ante dixerat de praeterito dimissa sunt ei peccata: quomodo nunc dicitur de praesenti dimittuntur tibi peccata tua? Si dimissa, quomodo dimittuntur? Si dimittuntur, quomodo dimissa? Si ex dilectione dimissa sunt multa peccata, quia dilexit multum, quomodo nunc ex fide dimittuntur peccata, quia fides tua te saluam fecit? Tria fratres hic ponderanda sunt in ista maxima misericordia. Primum, quod in poenitente duplex est motus: vnus fidei, & alter charitatis, (vt supra diximus loquendo de contritione) ideo vtrumque; explicare voluit fuisse intentum in hac peccatrice poenitenti, & ita duplex totalis remissio in ea explicatur. Prima de praeterito, quo ad culpam, quae correspondet charitati & dilectioni dicendo, dilexit multum. Altera, quo ad totalem poenam, quae correspondet contritioni exuberanti (de qua supra) cuius motus fuit ex magna fide, & dicitur ei tanquam iam liberata & a culpa & a poena, vt vadat in pace, & iter pacis arripiat, vt ne iam a via veritatis & gratiae recuperatae recedat: quod est maximae perseuerantiae donum. ¶ Secundum ponderandum est illud quod dicit, videlicet (vade in pace) in quo significatur stabile eius propositum nunquam separandi a Christo. Quod a nobis debet esse imitabile exemplum, & a quolibet poenitente. Nam si euangelia transcurramus, post eius conuersionem, semper inuenimus ipsam ad pedes Iesu. Tum primo, aut sedentem dicitur, Maria autem sedebat secus pedes domini, & audiebat verbum illius. Tum secundo, aut cadentem ad pedes eius, Ioannis dicitur, Maria ergo cum venisset vbi erat Iesus, videns eum, cecidit ad pedes eius. Tum tertio, aut pedes eius refrigerando, Ioannis dicitur, Maria ergo accepit libram vnguenti nardi ptilici praeciosi, & vnxit pedes eius. Tum quarto, aut pedes eius tenentem. Matthaei, illae autem accesserunt, & tenuerunt pedes eius, inter quas erat Magdalena. Tum quinto, aut pedes volentem tangere, Ioannis dicitur, Noli me tangere Maria. Significatur in hoc firma Christi adhaesio, & perpetua ex amore ad Iesum quem mirabiliter ha-

De recuperatione gratiae, & induitione stolae prae. 108

berere ostendit, adeo, vt nil aduersi ab illo separare potuerit. Nam murmurauit Martha de eius sessione ad Christi pedes, dicens, Domine, non est tibi cura, quod soror mea reliquit me solam ministrare? Nihil tamen de hoc curauit. Item murmurauit Pharisaeus de tactu & osculatione & terfione pedum Iesu ab ipsa dicens, Si hic esset Propheta, sciret vtiq; quae & qualis est mulier, quae tangit eum, quia peccatrix est. Nil de hoc curauit. Item murmurauerunt discipuli de vnguenti effusione & eius perditione dicentes, Vt quid perditio haec? Poterat enim vendari multo, & dari pauperibus. Nil curauit, solum vt ad pedes Christi semper stare posset. Hoc certe obseruandum debet esse in poenitente, vt a vestigijs Christi Iesu nunquam intendat discedere. ¶ Tertio ponderandum est pro exemplo peccatorum poenitentium huius mulieris perseuerantiae donum sibi collatum. Nam tria sunt nobis regulariter incerta (quae isti perseueranti fuerunt reuelata.) Primum est reuelatio de remissione peccati, quod paucis coefferimus legimus, vt Paulo. Sufficit tibi gratia mea. Et sancto Francisco patri nostro. De quo in officio suo dicitur, Quadragesimo nouissimo culparum sibi caelitus dimitti reuelatur. Secundum est reuelatio si est in charitate & gratia, de quo Ecclesiasticus. Nescit homo an odio vel amore dignus sit, scilicet certitudinaliter, Quod concessum est virgini &


Paulo. Tertium est reuelatio de perseuerantia in Christi gratia & seruitio. Quod certe est vltotius nostrae saluationis, & de quo maxime iusti sunt semper cum tremore. Haec tria isti poenitenti reuelata fuerunt, & de illis certificata est (quae fuerunt magnae misericordiae, & singularis priuilegij.) Primum, quia certificata fuit de remissis sibi peccatis quo ad culpam & poenam vt hic, & non est iniuncta ei alia poenitentia propter eius exuberantem contritionem. Secundum autem ibidem dicens, (dilexit multum.) Tertium autem Lucae, Optimam partem elegit sibi Maria, quae non auferetur ab ea. Eya ergo peccatrices animae, attendite patris superioris pietatem, & magnam misericordiam, inuitando vos ad ipsum: vt misericorditer vos recipiat, ab omnibus vos defendere paratum, & patri arbitro vos maiori misericordia commendantem: tandem maximam eius pietatem in peccatorum tam liberali condonatione, vt paratus sit culpam & poenam remittere. Postremo attendite patris ministri & arbitri conformitatem cum superiori, cui dicitur, Recte iudicasti. Igitur attendite magnam charitatem in poenitentium receptione, maiorem in eorum commendatione, vt bene tractemini, maximam in peccatorum absolutione, & promissione pacis gloriae. Ad quam nos perducat ipse Christus Iesus, qui cum patre & spiritu sancto viuunt & regnant in secula seculorum. Amen.

Septima clausula, in qua tractatur de recuperatione eorum, quae in peccato amissa fuerunt, quantae sit laetitiae. Incipit.

Sermo tricesimus nonus. Feria sexta post dominicam de passione. de induitione stolae primae, & datione annuli in manu peccatoris. Sub isto themate.

¶ Afferte stolam primam, & induite illum, & date annulum in manu eius.

Ex parabola Lucae. xv. cap.



DECLARATA IN praecedenti sermone sexta clausula hominis poenitentis, in qua vidimus misericordem ipsius patris modum se habendi erga peccatorem ad se venientem, in quo ostendit magnam suam misericordiam in eius receptione, maiorem

in commendatione ipsius patri arbitro & Ecclesiae ministro, maximam in absolutione, tum dimittendo culpam & poenam, tum concedendo donum perseuerantiae dicens, Vade in pace, id est cum securitate. Psalmus. Factus est in pace locus eius. In praesenti sermone incipiemus vltimam clausulam, vbi tractabitur de his quae recuperantur in huiusmodi receptione in domo paterna, quae in parabola ponuntur. Primo quia praecipitur afferrī stola pri-

Septima clausula. Sermo. xxxix. FERIA. VI. de passiōe.

ma, qua induatur, dicens, (Afferte ei cito stolam primam.) Secundo præcipitur dari annulum in manu eius, dicens, (& date annulum in manu eius.) Tertio præcipitur calciari dicens, (& calciamenta in pedibus eius.) Quarto præcipitur adduci vitulus saginatus dicens, (adducite vitulum saginatum.) Quinto præcipitur vitulus pro illo occidi dicens, (occidite illum.) Sexto præcipitur epulari propter hoc dicens, (gaudere & epulari oportet.) In hodie no tamẽ sermone de duobus primis dicemus. Sed prius salutetur virgo Maria.

¶ Argumentum sermonis.

T si magnitudo gaudij me teneret, ex quo ex gratia Christi & labore meo adolefcentem ad domum paternã gratiæ reductum cõspexi, nihilominus hodie volui illum videre, vt ex hoc gaudium accresceret, quod reuera sic euenit. Quãdo quidem illum vidi duplici stola indutum, congratulantiq; se cum alijs in eadẽ paterna domo manẽtib; scilicet angelis, & hominibus in charitate existẽtib; ratione mutua participationis, vt Christus inquit. *Lucã, Gaudiũ est angelis super vno peccatore poenitentiam agente. Qui cũ me vidisset appropinquãtem, quesiui quẽ admodum se habuisset in ingressu, cum tam bona cõsocio sibi data, ac quid insuper fecisset, quomodo à patre susceptus. Qui inquit. O pater, benedictus Deus, benedicta doctrina, quã me ad talem statũ deduxit. Quis vnq; talia cogitauit sibi euenienda? Cur peccatores obliuati & cæci manent in peccatis, obliuati de tanta patris benignitate. Dicam quẽ se quita sunt. Cum irem sic squalidus, pallidus, scabiosus, macilentus, consumptus, pilosus, veste laceratus, vt me ante in statu illius regionis conspexeras, inclinato vultu, lentoq; gressu gradire: vix arundinea spe me sustinere valerem, ab omnibus transeuntibus incognitũ, sic me pater à longe prospiciens, tanta misericordia & miseratione motus fuit: q; illam in me exequi velle sensi. Nam dicitur in textu, q; vidit illum, scilicet oculo prædestinationis. Ex quo fecit me intelligere gratiam & gloriam mihi ab ipso esse preparatã. Quod certe est quoddam sentimentum animæ peccatricis poenitentis, causatum ex illo aspectu & motione misericordie. Secundo occurrit illico mihi, in quo sensi vigoratam spem, eo q; occurrit, id est currere se ostendit ad misericordiam largiẽdam. Tertio cecidit super col lum meum, id est super robusta præ gustatiua desideria mea, dando quoddam nouum sentimẽtum*

fiduciã & familiaritatis eius, qua si ad illam me admittẽs. Quarto osculatus est me, me de gratia certificãdo: quã osculũ dicitur (secundũ Bedam suo modo.) Sicut & clarius de Magdalena vidimus. Et certificauit me illo modo de remissione peccati, de collata gratia, de quẽ promissione: q; si permansero cum illo, q; daturus est glorã. Nunquid amplius erga te egit? Immo misit seruos, eis præcipiens, vt cito afferrent stolam primam, & induerent me, atq; annulum darẽt in manu mea. Quis vero effectus sit istius allationis stolæ primæ, & dationis annuli ignoro. Cui ego. Libenter ego tibi declarabo in præfenti sermone, duo faciẽdo. Primo, quid intelligitur per stolam primam, quia dicit (cito profer te stolam primam.) Secundo, quid etiã per annulum, quia dicit (date annulum in manibus eius.)

¶ Prima pars.

E primo supponitur, q; gratia siue charitas dicitur stola siue vestis, propter triplex officium vestis. ¶ Primo, quia operit nuditatem & turpitudinẽ peccatorũ, vt Iacobi. *Iacobi. v. Charitas operit multitudinẽ peccatorũ. Et Prouerbiorum. Vniuersa delicta operit charitas. Hoc namq; officium est charitatis in illis, qui peccatorum remissionem obtinuerunt in sacramẽto poenitentia. Quoniam illa peccata de quibus poenitentiam egerũt in hoc mũdo, à Deo tecta erũt in die iudicij (& si in aliquo effectu, scilicet poenitentia vt inquit sanctus Thomas, vel in notitia quã de illis Deus cõcreauit in intellectu cuiusdam iudicandi secundum Scotum & mentem Augustini in libro de ciuitate Dei videantur & appareant) non tamen secundum formale illorum, scilicet culpam, reatum, & offensam, vel deordinationẽ, vt in malis erit, qui hic nullam poenitentiam egerunt. Ideo Psalmus. Beati, quorũ remisse sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata (vtiq; à charitate.) Secundum officium vestis est protegere & fouere. Sic charitas fouet & protegit cõtra æstum tẽtationis, & frigus desperationis, & imbres persequutionis, & ventos tribulationis. Prouerbiorum, Non timebit domui suæ à frigoribus nimis, omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus, scilicet charitatis Dei & proximi. Sicut contingit in veste forata, videlicet ab intus, & extra: quã ab his multum protegit. Ideo Apostolus hac veste indutus dicebat. Quis nos separabit à charitate Christi, an tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius. Sequitur,*

De recuperatiōe gratiæ, & induitiōe stolæ priæ. 109

Certus sum enim quod neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profunditas, neque Creatura alia, poterit separare à charitate Dei, quã est in Iesu Christo domino nostro. Tertium officium vestis est ornare. Sic charitas ornat omnes virtutes, actus, & operationes. Nam sine charitatis veste de honesta apparẽt, vt Apostolus. Si linguis hominũ loquar & angelorum, charitatem autem non habẽ, factus sum sicut esonans, aut cymbalum tinniens. Et si habuero omnem prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam: & si habuero omnem fidem ita vt montes transferã, charitatem autem nõ habuero, nihil sum. Et si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum, & si tradidero corpus meũ in seruitutem ita vt ardeam: charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Hæc ille. ¶ Secũdo supponitur, quod ipsa gratia & charitas dicitur non solum vestis & stola, sed & stola prima. Primo ratione dignitatis, quia secundũ Bedã ipsa fuit prima vestis innocentia, quã homo habuit, videlicet gratiã immortalitatis, quã & per culpam amisit. Ideo post peccatum cognouit se nudum, ratione cuius vestitus fuit veste pellicea, & mortali indumento: quã stola restituitur per gratiam poenitentialem. Quia & si moriatur, illa mors ex Christi gratia non est ad mortẽ, sed ad vitam immortalem, vt apostolus inquit, Nolumus spõliari corpore, sed superuestrui immortalitate, vt abiorbeatur à vita, quod mortale est. Vel stola prima dicitur gratia baptismalis, & de qua apostolus, Induite nouum hominem qui secundum Deum creatus est. Secũda vero stola dicitur ipsa gloria, de qua Apocalypsis, dicitur, quod datae fuerunt singulæ stolæ ipsis interfectis, & expectarent aliam &c. ¶ Tertio & ad propositum gratia quã datur poenitenti dicitur stola prima: non numeraliter, sed secundum effectum. Pro cuius assignatione ponitur propositio doctorũ. Quod licet poenitens non resurgat ad perfectiorem statum illo, quem per peccatum perdidit: tamen potest resurgere ad maiore gratiam illa quam perdidit. Primum probatur, Quia status innocentũ & semper permanẽtium cũ patre in innocentia baptismali nobilior & dignior est statu iustificatorum per poenitentiam (vt supra sermone primo diximus) Sicut etiam dicitur de statu virginitatis (vt quædam glosa dicit super id Amos. Cadit non adiciet vt resurgat virgo in I

rael) Non enim negat posse resurgere: sed quia nõ resurgat virgo. Quia semel aberrans, licet portetur humeris pij patris & pastoris: non habet tantã gloriam cũ illo qui nunquã aberrauit. Hinc Vgo Vgo in libro de sacramẽtis, dicit, Quod nemo in spe correctionis peccare debet: quia quod semel amittitur, nõquã recuperari potest. Ex quo sequitur, quod resurgens post lapsum (& si ad maiore gratiam resurgat) nunquã commodum reportat de suo casu. Quia semper restat tempus perditum, quod cõsumplit in peccato, in quo multa merita comparare potuisset, si non cecidisset, & ita nunquã lapsus resurgit ad eiuẽdẽ status dignitatẽ vt prius. Secũdũ autẽ, videlicet de maiori vel minori gratia, sunt modi dicẽdi. ¶ Primus est Scotus in. iij. dist. xxxij. q. Scotus. ij. Quod resurgens post lapsum resurgit ad tantã gratiam, quantã eius dispositio meretur, id est, quãtum actus poenitentia meruit de congruo sic disponendo liberum arbitrium. Et ita quantum fuerit liberi arbitrij conatus sic se disponendo: tantã gratiam habebit: & quia iste conatus est inæqualis in poenitentibus, vel æqualis, vel minor: sic gratia ad quã quis resurgat, potest esse maior vel minor. Ratio huius est. Quia non omnis cadens grauius cadit quã prius: igitur nec omnis resurgens gratior resurgit quã prius. Itẽ addit, quod omnis resurgens per poenitentiam semper ad plura merita resurgit in acceptatione diuina. Quia resurgit ad illa quã prius habuit (vt infra dicetur) & ad illud opus poenitentiale, quod et ipse est meritorũ (quã pro illo respondit gratia). ¶ Sanctus vero Thomas dicit hoc respondere intentioni actus poenitentia: & ita erit maior, vel minor, vel æqualis secundum quod actus ille erit intensior vel remissior. Ideo stat aliquem tantã intentione detestari peccata, quod ipsa detestatio à Deo acceptatur ad maiorem gratiã poenitenti. Sicut credi potest de poenitentia Magdalena. Verum saluo meliori iudicio, & pro istorum doctorum cõcordia ponitur alius modus qui statim ista propositione. Quod in recipiente sacramentũ absolutionis est duplex gratia. Altera, quã est simul cum contritione: & ista respondet conatui, & illi dispositioni de congruo (vt Scotus dicit) Scotus. Quia quantum illa dispositio maior fuerit, tanto illa gratia quã in contritione datur est maior. Altera est, quã datur in sacramẽto absolutionis & poenitentia. Et respõdet gratia cõtritionis & intentionis illius (vt dicit sanctus Thomas) Et ista datur in duplo maior, quia correspondet primæ gratiæ ha-

Lucã, xy.

Iacobi. v. Prouerb. x.

S. Thomas Scotus. S. Augusti.

Psal. xxxj.

Prouerbiorũ vltimo.

Ad ro. viij.

Amos. x.

Septima clausu. Sermo. xxxix. Feria. vi. de passione.

bita per contritionē, vel in contritione. Et ita stola prima, quam cito iubet pater afferri, est illa gratia, quae ex dispositione illa de congruo in contritione datur. Stola secunda quam per seruos, videlicet, ministros induit: est gratia sacramentalis quae datur in sacramento: quae cum alia gratia prima mirabiliter ornant & decorant poenitentem. Et ita dicit. Afferte cito stolam primam, quo ad primam gratiam, & induite eam quo ad secundam. ¶ Habemus figuram de hoc in Genesi de illo patriarcha Ioseph, qui dum cognosceretur à fratribus, fecit eis magnū conuiuium, & collocauit eos in mensa iuxta primogenituram suam, & dedit eis binas stolas. Sic Christus saluator noster (qui iuxta apostolum ad Hebraeos primogenitus est in multis fratribus) collocat omnes ad se venientes, quos misericorditer suscepit, iuxta primogeniturā, id est, secundum dispositionem & conatum seu intensionem actus poenitentiae. Et sic tribuit binas stolas: vnam, quam affert in se ratione contritionis: alteram, quam induit ex illa absolutione. Ideo dicit, Cito proferte stolam primam. Et sic patet primū.

¶ Secunda pars.

F De secundo videlicet, de annulo in manibus, est notandum, quod annulus significat fidelitatem in permanētia, vel permanentiam in fidelitate, & ita datur sponsa: à sponso iuxta illud Osee. Desponsabo te mihi in fide. Et beata Agatha dicebat de Christo, Annulo fidei subarravit me. Ita cum anima introducit in domum paternam per poenitentiam, ipsa promittit se permanuram in illa. Ideo illam permanentiam promissam designat, cum dicit, Date annulum in manibus eius. Secundo annulus est ornamentum manus, & ita communiter portantur annuli ut manus ornentur. Manus enim in sacra scriptura intelliguntur opera, iuxta illud. Quaecūque potuerit manus tua, instanter fac. Et in Exodo praecipiebatur quod rationale stringeretur annulo, id est, rationem & voluntatem nostram ligare debemus, cū opere. Item Iudic. dicitur, quod sumpsit in aures annulos. Quod fit, dum homo quae audit, ponit in opere. Manus ergo ornamentum sunt, opera & virtutes. Et tunc iubet annulum peccatori in manibus dari: dū per poenitentiam virtutes & opera restituuntur, ne vacuus coram patre Deo compareat. Ex qua declaratione & significatione duplex oritur quaestio.

¶ Prima, scilicet Bona. in. iij. distin. xiiij. q. j. & ij.

G An peccator sic per poenitentiam ita cum patre vnia-

tur, ut ab illa non possit cadere, id est, an contingat cadere à vera poenitentia. Et videtur quod sic, Quia David, qui de peccato mortis Virginitatis poenituit, cuius poenitentiam dominus acceptauit: nihilominus postea iterum peccauit, numerando populum, ut habetur secundo Regum. Item Christus Lucae, dixit paralytico, Vade, & iam noli peccare, ne deterius tibi contingat. Quae comminatio iteratum casum possibilem ei denotat, Item ratione probatur. Poenitentia secundum eius partes est in libero arbitrio (quia diximus esse voluntariam) sed tale habet in via veritatem ad malum: ergo potest cadere à statu gratiae. Itē gratia baptismatis est maior quam poenitentialis, quia magis radicata, eo quod totalē causam habet à virtute Christi, & fundatur in charitate indelebili: sed verū post gratiā baptismalē contingit cadere: ergo ab ista, quae minoris radicationis est: maxime si remanent adhuc habitus & inclinationes vitiosae (ut in nouiter poenitente qui diu stetit in peccatis) patet. Ergo, quod à vera poenitentia contingit cadere. Ex alia parte videtur quod nō, Quia beatus Augustinus & sanctus Ambrosius dicunt, quod poenitentia est peccata praeterita plangere, & plangenda iterum non committere: ergo si committit post plangēda, prius non poenituit, iterum poenituit, clarum erit quod ultra non committet. Et si dicas, quod refertur ad idem tēpus, superfluit hoc, Quia nemo in eodem tēpore in quo plangit peccata admittit plangēda. Itē Isidorus. Inanis est poenitentia, quā sequēs culpa conquinat. Item ratione probatur, Quia vere poenitētis est semper dolere, ergo semper debet peccatum detestari: sed semper detestari impossibile est gratiam amittere, ergo vere poenitenti cum semper detestatur culpam, nō contingit cadere. ¶ Pro solutione huius dubij dico, quod circa poenitentiam errauerunt aliqui sicut & circa charitatem. Dixerūt enim, quod habens semel charitatem nunquam eam amittere poterat, ut Apostolus dicit, Charitas nunquam excidit. Sic poenitentia. Sed istorum error ex hoc fuit, quia non cōsiderauerunt quid importetur per illud nomen vera charitas, vel vera poenitentia. Nam verum vno modo dicitur verum simpliciter, videlicet quando habet quod requiritur ad rationem illius completam. Et ita elemosyna dicitur vera elemosyna, quando datur propter Deum indigentem, & de re quae potest dari &c. Alio modo aliquid dicitur verum, dum refertur in finē eius, ad quod ordinatur, & illū per illud effectuali-

ij. Re. viti. Lucae. v.

Marci. ix.

Augustin. S. Ambro.

Isidorus.

H

j. Cor. xiiij. v.

De recuperatiōe gratiae, & induitiōe priā stolae. iio

ter cōsequitur, quia tunc facit hominē perfectum: & tūc magis dicit statum vel continuationē, quam essentiā. Vt elemosyna dicitur vera, ut facit nos peruenire ad verū finem: scilicet, quia per illam cōsequimur beatitudinem, ad quod ipsa elemosyna ordinatur. Sic poenitentia dicitur vera, cum habet omnia, quae ad veram poenitentiam necessaria dixerimus, ut detestari malum praeteritum, & proponere in futuro abstinere propter Deum, cum confitendi proposito &c. Et ita ab ista vera poenitentia potest cadere. Verum à vera poenitentia secundo modo accepta (quia illo modo est finalis poenitentia perfecta & continuata vsque ad finem vitae) ab ista non contingit cadere. Sed hanc non est dicere aliquem habere nisi in fine vite eius, & tunc ab illa non contingit cadere. ¶ Secundo alius fuit in hoc error crudelissimus, & occasionem tribuens desperandi, & claudens viscera diuinā misericordiae, videlicet, quod poenitentia non possit iterari si ab illa iterum cadit. Et ponebant illi exemplum de baptismo, qui reiterari non potest. Veruntamen haec haeretica est, & in desperationem inducitur. Nec similitudo de baptismo valet, quoniam causa irreiterabilitatis vnius, & non alterius est multum differens. Tum primo, quia in baptismo imprimitur character, in poenitentia non. Tum secundo, baptismus est contra morbum non iterabilem, videlicet peccatum originale principaliter (licet ex consequenti cōtra actuale, si inest, quod est notandum) poenitentia solum de actuali, quod est reiterabile (ut supra dictum est) Tum tertio, quia baptismus totalem efficaciam habet à passione Christi, poenitentia vero partim à libero arbitrio. Ideo baptismus non iteratur, sicut nec passio Christi, poenitentia vero iteratur, sicut & voluntas cōverti potest. Ex quo patet, quare in baptismo tota poena dimittitur, & non in poenitentia. Qui in vno totum est ex efficacia passionis Christi solum: & in altero partim ex libero arbitrio. Itē daretur occasio peccandi si baptismus iteraretur, quia in baptismo non est poenitentia aliqua peccati, sed sola susceptio: in poenitentia vero est poenitentia quaedam, quae homines retrahit à peccando. Secundo iste modus haeticus derogat diuinā pietati, quae maiorem misericordiam exhibet, quam nos exhibere praecipiat: & cū ipse praecipiat peccantem in nos dimittere totiens quoties peccauerit, ut patet Matthaei. Ipse quoties in eum quis peccauerit, & puro corde ad eum cōuertitur, dimittet sine dubio. Item derogat scripturae Eze-

Mat. xvij.

chielis. In quacūq; hora ingemuerit p̄ctōr, oīrni iniquitātū eius nō recordabor. Itē derogat libertati liberi arbitrij ad detestationē peccati in tota ista vitā habētis. ¶ Verū tamen dñi notate, quod licet istorum opinio & conclusio sit erronea & falsa & haeretica (ut praebauimus) tamen motuum eorū bonum fuit, quia illud videbatur eis impossibile. Tum primo, habito respectu ad deū indulgētem. Quia cum Deus piissimus tam liberaliter indulserit peccatori ad se reuertenti, cui nil de praeteritis improperauit, quem defendit, cui abundanter omnia remittit, ideo ratione legis gratitudinis deberet abstinere à peccatis, & seruare seipsum, ne iterum in illis cadat. Tum secundo, habito respectu ad periculum quod ex poenitentia euasit. Quia erat in puteo infinite profundo & infinite elongatus à deo in illa regione peccati longinqua. Quia tantū à Deo distabat, quantum distat à Deo ipsum peccatū. Et ita ad distantiam infinitam, vel ad terminum distantem in finite, non valebat pertransire, nisi ex Dei misericordia adiuuante. Et considerādo istud periculum quod euasit: quid scit si iterum sua culpa cadendo miseretur ei, vel demeretur ut ei non misereatur? Hinc Psal. De profundis clamaui ad te domine &c. Considerabat Psalmista habuisse quasi puteum clausum, ut inde non posset exire, nisi adiuuante Dei misericordia. Ideo alio. ps. dicebat. Ne absorbeat me profundum: neq; claudat super me puteus os suum. Tum tertio, habito respectu ad illa quae fuerunt necessaria ad hoc, quod veram poenitentiam de peccatis ageret, videlicet cessare à peccatis, & ad cessationē tot requisita (ut diximus) scilicet ab actu elicitō voluntatis, ab opere, ab adiuuantibus, ab occasionibus, ab officijs &c. Sic etiā cōteri, cōfiteri, satisfacere, restituere. Quis enim poterit ponere se in tāto labore, & iterū poenitere? Tum quarto, ex parte bonitatis stat⁹ in quo poenitēs est, quia iam status merēdi. Ideo oportet cauere, ne iterum cadat in peccatum. Exemplo filiorum Israel, qui ut habetur in Esdra, in reedificatiōe ciuitatis vna manu aedificabant, & altera tenēbāt gladios ad defendendum se ab inimicis. Et sic oportet poenitentem laborare pro bona opera, & defendere se, ne iterū ruat in peccatis. Nā illa prima gratia data est ei propter dispositionem eius de congruo, & a Deo liberaliter cum gratia eum praueuerit, ideo oportet laborare ad vltiorem acquirēdam. Quod non fit, nisi operando bona opera, & cauendo iterum peccare. Ex quo ille reprehenditur, qui talentum ac-

Ezec. xvij.

Psal. cxix.

Psal. lxxvij.

ij. esdr. e. iij.

Septima claus. Sermo. xxxix. Feria. vi. de passione.

ceperat, & abscondit illud, & nil lucratus fuit. Ratione ergo huius permanētie oportet laborare, vt in pœnitētia pmaneat, Ideo datur annu⁹ ei dicēs, Date annulū in manib⁹ eius. ¶ Scđa q̄stio oritur ex secūda declaratiōe videlicet, An restituatur pœnitēti opera, quæ ante peccatum operatus fuerat. Et pro isto (vt breuitati studeamus) respōdetur in ductiue de operibus. ¶ Quod quædam fuerunt in homine opera, quæ dicuntur mortua, scilicet illa, quæ facta fuerunt ab homine existente in peccato mortali. Et dicuntur mortua, quia carent vita gratiæ. De quibus Apostolus. Si linguis hominum loquar &c. vsque nil sum. Secundo alia opera sunt viua, scilicet illa, quæ fiunt in statu gratiæ, & in charitate, & secundum inclinationem charitatis. Et dicuntur viua, quia fiunt in vita animæ (quæ est gratia) quibus respondet præmium in cœlo. De quibus Apocalyp. dicitur, Opera illorum sequuntur illos. Et Apostolus, Vnusquisque mercedem recipiet quæ gessit in corpore, siue bonū, siue malum. Tertio alia sunt opera mortificata, scilicet illa, quæ fuerunt facta in charitate: tamen per sequens peccatū mortificata fuerunt, id est, partim viua, & partim mortua. Hæc igitur distinctione supposita ponuntur propositiones. ¶ Prima. Opera mortua, id est, illa quæ in peccato mortali facta fuerunt: reuiuisci nō possunt per sequētem pœnitētiā. Tū, quia illa dicuntur mortua quæ carent debita operatiōe & motu (sicut illa aqua dicitur mortua, quæ nec motum nec potestatem se mouendi habet) sed opa facta immortalī nec potestātē merēdi habent, nec attingendi ad beatitudinem qui est vltimus finis, ergo non possunt reuiuisci, quia nec ante vitam habuerūt. Tum etiam, quia vita operum procedit ex vita operantis: sed existens in peccato mortali caret vita animæ & operum: ergo non potest illa viuificare. Tum, quia aliquid dicitur viuū, quia aut efficiatur à vita, aut quia efficit vitam: sed opera facta in peccato mortali nec à vita procedūt, nec efficiunt vitam (cū illa non acceptentur) ergo nec reuiuiscunt. ¶ Secūda propositio. Opera mortificata per sequens mortale peccatum, per sequētem pœnitētiā reuiuiscunt. Probatur. Tū primo, quia plus potest gratia pœnitentiæ quàm culpa: sed per culpam mortificantur opera viua, ergo per pœnitentiæ gratiam viuificantur. Tum secundo, quia illa dum facta fuerunt, erant digna præmio æterno: & q̄ existentia in peccato non sunt, hoc est ratione impedimenti appositū, scilicet peccati: ergo

illo amoto per gratiā pœnitentiæ erūt digna illo præmio. Tū tertio & melius. Quia opera quæ fiūt in charitate, acceptantur à Deo ad vitam: ergo remanent semper in acceptatione diuina, nec aliquo tempore deacceptantur semel acceptata: quia diuina voluntas non mutatur. Si autē aliquis defectus est vt præmio æterno non remunerentur, hoc nō est ratione diuinæ acceptationis (quæ semper manet) sed ratione voluntatis quæ manet in peccato: & ita mortificata, quia partim viua, & partim mortua. Cum igitur per pœnitentiā restituatur gratia, amouetur radix mortificationis, scilicet culpa: & tūc ex vtraq; radice, scilicet diuinæ acceptationis, & voluntatis excellentis in gratia, sunt iam reuiuificata. ¶ Ex quo sequitur q̄ aliqui dicunt, q̄ opera damnatorum, quæ hic fuerunt facta in charitate, semper manent in hac acceptatione diuina, & habent ex illis ius in cœlo: tamē nunquā obtinebunt illud: quia perpetuum habent impedimentum, videlicet culpam: & si per impossibile culpa remitteretur, haberēt ex illis illud ius (Quod ego nō credo cū acceptatio ipsa Dei semper tortiatur suū effectum) Potius crederem illa opera facta in charitate à præscitis aliquem defectum alias habuisse, quare non acceptata fuerunt. (Ponitur tamē hoc pro analogia ad intelligendum hoc quod de operibus mortificatis dicimus). ¶ Secundo illud quod supra secundum sententiā Scoti diximus, videlicet ad plura opera semper refurgit, patet, Nam recuperat illa quæ per peccatum perdidit, & cum his acquirit opus pœnitentiæ virtutis, quod est opus bonum, & suo modo meritum, vt erubescētia, humilitas in confessione &c. ¶ Tertio sequitur manifestatio liberalitatis diuinæ ex hoc. Quia peccata dimissa per pœnitentiā non redeunt per sequens peccatum: & opera mortificata per culpam, per sequentem pœnitentiā recuperantur. Primum patet. Tum, quia non redeunt quo ad culpam. Quia non potest esse noua culpa, sine noua mala voluntate. Tum secundo nec quo ad pœnā, scilicet æternam. Quia remissio pœnæ æternæ inseparabiliter cōsequitur & cōcomitatur remissionē culpæ, quia eodē instāti commutatur in temporalem. Immo vltra infusionem gratiæ non imputare ad pœnā æternam, est remittere peccatum mortale (vt dicit 5. August. Augustinus super Psal. Beati quorū remissæ sunt iniquitates &c). Itē tertio nec redeunt quo ad pœnā temporalem remissam (licet maneat quo ad illam non solutam) quia Deus non bis iudicat. Be-

De recuperatiōe gratiæ, & induitiōe stolæ priæ. iii

ne verum est, q̄ redeunt quantum ad circumstantiam ingratiūdinis ratione beneficii recepti in remissione peccati. Similiter ratione obligationis factæ in contritione, quia promissit abstinere in futurum (quia alias non fuisset contritio). Secundū autem, vt diximus patet. Et ratio differentię est (nec alia assignari potest vt dicit Scotus) nisi quia opera meritoria semper viuūt in acceptatione diuina ad præmium eis respondens, nisi fuerit impedimētum ex parte illius, qui præmium accipere tenetur, scilicet culpa: quo cessate, redit apertudo ad illud. Mala autem & peccata per pœnitentiā totaliter remittit, & iuxta prophetam, Omnium illorū iniquitatū non recordatur, scilicet ad puniendum. Quia apud illum iam non manet vlla deordinatio eorū, quæ per pœnā ordinanda erant. Et hoc ex superabundanti misericordia Dei, præcipiētis dare annulum in manibus eius. ¶ De virtutibus autem cum sint duplices, videlicet, acquisitæ & infusæ (licet diuersimode à doctōribus dicatur) de hoc resolute dicimus, quod loquendo de virtutibus moralibus acquisitis, non oportet quod per pœnitentiā recuperentur: quia illarum acquisitio fit per actū virtuosorum fræquentiam. Nam virtus acquisita ex actibus generatur, vt Aristot. dicit in libro ethicorū. Ideo si virtutes non presuerunt, vel per actus oppositos vitiorū deserūt, nō regenerantur per pœnitentiā statim, sed per multos actus post pœnitentiā: illa videlicet, quorum actus fræquetatur pœnitēs. Si vero loquamur de infusis (tenēdo cum illis qui dicunt infundi cum comitatur gratiam) dicendum est, quod cum infusione gratiæ infunduntur virtutes (vt diximus de infusis theologalibus in baptismo. Extra de summa Trinitate & fide catholica. c. firmiter). Vnde si infunditur tota gratia per peccatū perdita (vt sanctus Thomas dicit) Infunduntur etiam morales virtutes in eadem perfectione & gradu sicut ante lapsum fuerunt. Si vero infunditur gratia secundum dispositionem pœnitentis tantum (vt Scotus & alij) infunduntur virtutes morales non in eo gradu, quo ante fuerunt: sed secundum gradum gratiæ ibi infusæ. Quicquid autē fit, verum est quod non solum restituuntur ad ornatum opera priora quæ diximus, sed etiam instrumenta, videlicet virtutes, quæ sunt instrumenta ipsius operatiōis, vt nil in isto statu sit imperfectionis, quin pœnitēs possit operari, & plura opera facere. Ideo demones regionis longinquæ ciues hoc vidēt in pœnitentibus desent, videlicet, quod non so-

lum restituitur ipsi pœnitenti stola prima gratiæ, sed & opera. Exemplo istorum pharisæorum condemnantium pœnitentem pro nobis Iesum, dicentium, Quia hic homo multa signa facit, vt patet in Euangelio hodierno Ioannis. xi. c. In quo ponuntur tria. Primum, ipsius consilij iniqua congregatio. Secundum eiusdem iniquior determinatio. Tertium, Christi ab illo prouida declinatio.

Rimo ponitur consilij iniqua cōgregatio. Pro quo est notandum, quod alio die diximus Iudæos determinasse occidere Christū, occasione sumpta ex lazari resurrectione, & eorū quæ narrabat: immo vt dicit Euāgelista q̄ cogitauerūt lazari interficere. Quib⁹ dixit. Quis ex vobis arguet me de peccato? Hodie ratificauerūt illud idē, & de genere mortis tractauerunt, collecto consilio, occasione sumpta (vt dicit Euāgelium) ex multitudine abeuntium post Christum & in eum credentium, Quod negotium vt haberet maiorem auctoritatem, dicit, textus, quod collegerunt pontifices, & literati, & pharisæi, & homines maioris reputationis concilium. Quod concilium eiusque congregatio fuit iniqua ex multis. Tum primo ex festinatiōe. Mox enim vt audierunt lazari resuscitatum, concilium collegerunt: cum super re tam ardua debuissent deliberare & mature procedere, & pluribus concilijs, nō vnico illud determinare. Tum secundo ex ira & inuidia. Quia audito quod totus populus post eum, ipsis dimissis, ibat. Tum ex insipientia. Nam illico dederunt mandatum ad capiendum eum, quē iam volentes lapidare, abscondendo se, de templo exiuerat. Tum quarto ex fine, quia aduersus Iesum, Nam consilia non debent congregari principaliter aduersus aliquē, immo potius pro aliquo. Christiani peiores estis. Quot concilia congregatis in ista ciuitate aduersus Iesum, in domibus Iudorū, in quibus tota die (iuxta prophetam) nomen Dei iugiter blasphematur & sanctorum, & non est qui talia concilia destruere faciat? Destruat dominus corpora illorū, q̄ sua negligētia sunt causa destructionis, & cōdēnationis tantarū animarū. Cōcilia congregant superbi contra humilitatem Iesu, avari contra paupertatem Iesu, iracūdi contra charitatem Iesu, luxuriosi contra castitatem Iesu, gulosi cōtra parcitatem Iesu: Immo quilibet facit cōcilia cōtra Iesum, videlicet quomodo aliena rapiat, qui bus ingenijs castitatē violet, quibus infidijs proximū decipiat, & præmat. De quibus Iacob dixit, In cō-

j. Cor. xij.

Apoc. xiiij.
j. Cor. iij.

L

M

Scotus.

Aristoteles.

Extra de sum. tri. & fide.
s. Thomas.

Scotus.

5. August.

Psal. xxxj.

Euāgelij
Ioannis. xj.

Esaiæ. liij.

Septima clausu. Sermo. xxxix. Feria. vi. de passione.

filiu eorum non veniat anima mea. ¶ Sequitur negociu super quo cogregabatur conciliu, dicentes. (Quid facimus? quia hic homo multa signa facit). Quasi dicant, In quo occupamur? Cur non prouidemus aduersus hunc hominem? Facimus superflua, dimittimus necessaria? O stulti, cogregamini ad consilium, & queritis consilium, vbi non cadit consilium, quia Prouerbi. Non est consilium contra dominum. Pro quibus peccatis colligitis consilium contra Iesum? Sequitur (quia hic homo multa signa facit). Quae causa mouet vos, vt consilium contra Iesum colligatis? Sequitur (quia si dimittimus eum sic, omnes credent in eum. Ideo propter hoc deberetis illum dimittere, vt in eum crederetis & vos, Quem fructum vultis ex hac iniqua concilij congregatione reportare? Sequitur (ne veniat Romani, & tollant locu nostrum & grem). Hac ergo in poenam vestri iniqui concilij vobis eueniet, vt patet in Tito & Vespasiano &c. ¶ Practica huius concilij fuit, vt vnusquisque suum votum proferret. Primus illoru proposuit, vt ei preciperetur, ne de caetero praedicaret. Alter, quod populo indicetur, ne illu sub certa poena audiret. Alius, quod arrestaretur in carcere aliquo. Alius, quod in pane & aqua per vnias sibi datas moreretur in arcto carcere. Alius, quod exularet a iudaea. Alius, quod duceretur captus ad Caesarem. Ex alia parte erant quidam inter illos, qui erat discipuli Christi occulti, vt Nicodemus, Gamaliel, & alij, qui postea (vt dicit Euangelista non consenserunt consilio & actibus eorum) qui timore illorum videntes eos sic ira concitatos, non audebant clare dicere quod male agerent. Veru tamen rationabiliter voluerunt conuincere dicentes, Nunquid lex nostra iudicat aliquem? Fiat sibi processus, videantur eius demerita, ne praecipitemus consilium nostrum, non fiat aliquid quod postea poeniteat nos. Dicebant hoc, vt in faciendo processum, eius innocentia magis nota fieret: cum opera mirabilia Christi inuenirentur, eiusque probata vita & sanctitas. Et si erant inter se diuisi, Sequitur vnus ex illis, scilicet numero, & malicioso animo, Caiphas nomine. Caiphas interpretatur inuestigans, sagax, seu ore vomens. Ipse quippe inuestigauit sollicitus, & cogregauit concilium. Item sagax, quia cum non appareret sufficiens testimonium contra Christum, ipsum adiurauit, vt veritatem proferret de se. Tandem ore vomens hac iniqua sententiam, dicebat. Vos nescitis quidquam, nec cogitatis. Primo dicentes, Si praecipitur ei ne

praedicet: est ita nostris mandatis contrarius, quod peius faciet. Item secundo, quod etiam populus non obediens, ita eum affectu sequitur, visis operibus suis. Tertio, quod de carcere exiret, vtens artibus magicis. Quarto, quod quadraginta diebus dicitur stetit sine cibo aliquo. Quinto, quod si exularet, illuco rediret. Sexto, quod non habebant processum, vt ad Caesarem duceretur. Septimo amicus Christi respondit, quod interea quod processus fieret, sequerentur inconuenientia: & quod res non patiebatur moram. Ideo ego dico, quod expedit, vt minus malum eligatur, vt maius euitetur, Minus malum est, quod vnus homo moriatur, quam quod tota gens pereat, Ideo expedit. O Caypha? expedit tuae malitiae, sed non Christi innocentiae. Expedit nostrae utilitati, sed non tuae prauae voluntati. Vnus homo. Non agnoscis quis homo iste? Est vnus homo, & vnus Deus cum patre? Vnus homo, cui non est similis, in toto mundo? Vnus homo, qui praepo derat plusquam omnes homines: Bene queris vnum hominem, vt omnes sint in pace: sed peruerse proferes vt condemnetur innocens vnus, pro tantis sceleratis. praeponderando multitudinem sceleratorum innocentiae vnus? ¶ Secundo ponitur iniquior determinatio, dicens (Vt ille vnus homo moriatur pro populo, ne tota gens pereat). Quae fuit iniqua. Tum primo ex animo & zelo, quia ex inuidia, videlicet, dicens (Quia multa signa facit) Sciebat enim Pilatus (inquit Euangelista) quod propter inuidiam tradidissent eum. Tum secundo ex causa, quia nulla erat, nec rationabilis. Propter quod Pilatus dixit, Ego nullam causam inuenio in eo. Tum tertio ex ordine, quia non confessus spote, vel conuictus probatione aliqua. Sequitur, quod non a semetipso hoc dixit, sed a spiritu sancto &c. Ideo dicitur quod prophetauit, sed non fuit propheta: quia sonus verborum eius apud illos fuit vt vnus homo Christus moreretur, ne tota illa iudaeorum gens periret, Sensus vero spiritus sancti fuit, quod pro salute generis humani ille, qui solus erat vnus homo, moreretur ne totus mundus aeternaliter periret. ¶ Allegorice. Concilium huiusmodi fuit diuinarum personaru (quae pontifices & pharisaei dicuntur, vt habes videre in expositione huius Euangelij in secunda parte huius trilogij) in quo prophetauit quod ad redemptionem generis humani necessarium & expediens est. Tum primo, quia dicit, quod (expedit) notat causam, Quia in nostra liberatione & redemptione duo debebant concurrere: vnum

Decalciamentis datis & eius firmatione. 112

est remotio mali, alterum collatio boni. Et utroque indiguit homo in suo liberatore. Quia enim Deus aliquos homines ordinauerat ad vitam aeternam (quae est clara Dei visio & fruitio) vt Apostolus, Elegit nos ante mundi constitutionem in ipso, & praedestinavit nos in adoptionem filiorum, vt essemus sancti & immaculati. Veru tamen peccatum hominis primi transfusum in nos, effectum diuinae praedestinationis quantum in ipso fuit impediuit. Quia non conueniebat peccatoribus talem vitam concedere, ideo expediebat, vt diuina praedestinatio suam consequeretur effectum, & ne per hominum malitiam inuariabile propositum Dei tolleretur. hominem a culpa reparare per iustitiam & per misericordiam sic concurrere, vt nulla hominis malitia Dei propositum posset violari. Tum secundo, quia dicit (vnus homo) notat medium. Quod quia peccatum vnus omnes infecit: expediens est, vt vnus hominis iustitia liberetur: & sic detur vnus pro vno, & omnibus aequiualens & praeponderans. Tum tertio, quia dicit (moriatur) notat medium quo homo liberatur, vt sit modus congruus: licet esset alius

possibilis (vt dicit Augustinus) non tamen nostrae Augustin. miseriae congruetior. Primo, quia per hoc charos Deus nos habere ostendit, & in magno precio apud se habere, dum pro nostra liberatione filium suum tradidit ad mortem. Apostolus, Commendat charitatem suam in nobis quia cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus Christus pro nobis mortuus est. Secundo, quia per hoc spem nostram erexit ad omnia alia obtinenda, vt Apostolus. Si pro Romano. vii. pio filio suo non pepercit, sed pro nobis tradidit illum: quomodo cum illo non omnia nobis donabit. Tertio, quia gladio Goliath interfecit ipsum: quia non solum morte sua nostram tulit, sed ius quod in vita habuit, in nos transfudit. Ideo dicitur (vt non tota gens pereat). ¶ Moraliter. Igitur necesse est vnus homo peccator moriatur in poenitentia, scilicet homo vnus, vt vnus homo, scilicet spiritus viuat per recuperationem gratiae: & ne tota gens tantorum operum & virtutum pereat, sed permaneat per continuationem bonorum in gratia, vt perueniat usque ad gloriam. Ad quam nos perducatur Christus Iesus qui cum patre & spiritu sancto viuat & regnat in secula seculorum. Amen.

Sermo quadagesimus. Sabbato post Dominicam de passione. de tertio recuperato, videlicet de calceamentis datis in pedibus. Sub isto themate.

¶ Date calceamenta in pedibus eius. Ex parabola Lucae. xv. c.



POSITIS duabus conditionibus huius clausulae, videlicet de stola prima data, qua induitur poenitens, scilicet gratia duplici: altera quae respondet dispositioni & conatui in contritione: altera in Sacramenti susceptione. Secunda vero, scilicet de annulo dato in manibus quo ad duo, scilicet quantum ad inseparabilitatem quantum in se est. Tum ratione ingratitudinis, Tum ratione periculi, tum ratione mediorum, tum ratione elatus &c. quo ad recuperationem bonorum operum mortificatorum, immo & virtutum, quae sunt

instrumenta, quod quantum sit misericordiae clare deduximus. In praesenti sermone dicendum est de tertia alia conditione huius clausulae, videlicet de datione calceamentorum in pedibus poenitentis. De quo dicunt verba assumpta. Date calceamenta in pedibus eius. Sed prius salutetur virgo maria.

¶ Argumentum sermonis.

¶ Vm iuxta Aristotelis sententiam bonum sit ex integra causa, malum autem ex defectu vnus: ne adolescens noster in aliquo deficeret, libuit illum isto mane explorare, quid in tanto gaudio ageret. Et vidi illum in bonis relictis, scilicet operibus & virtutibus occupari, vt vnunquodque recuperatum suo loco & ordine maneret. Cui ego, Quid facis? Videris occupari circa multa opera, & instrumenta tibi data quibus exercearis, quae recuperasti. Quid intendis amplius? Qui respondit. Bene, inquit, Pater. Video ampli-

Septima clausula. Sermo. xl. Sabbato de passione.

tudinē misericordiæ Dei patris, qui ultra benignā receptionem tanta mihi contulit bona, vt etiam illa quæ mihi oblita erant, ipse (qui iuxta Apostolum, Vocat ea quæ nō sunt tanquam ea quæ sunt) in sua acceptatione manētia, recuperari cōcessit, vt nec, vnum iam deficiat: & iuxta prophetam. reddidit mihi annos, quos locusta comedit. Verū quia ista operum acceptatio (circa quæ nunc insisto) habet plures conditiones, vellem illas explices: vt & illa prosequendo, etiam sequentia acceptabilia sint à Deo. Cui ego. Libenter vt potero breuiter faciam. Opera nostra principaliter acceptantur ex quatuor. Primo ex fine. Quia secundum topicam Boetij, Cuius finis bonus est, ipsum quoque bonū est. Opus autem nostrum exterius ad quatuor fines laudabiliter & bene ordinari potest. Tum, ad quærendum bonum naturæ nostræ necessarium. Quoniam homini dictū est Genesis, in sudore vultus tui vesceris pane tuo. Et Psal. Labores manuum tuarum manducabis. Tum secūdo, ad tollendum otium, ex quo proueniunt multa mala. Eccle. Mitte seruum in operationem, ne vacet. Tum tertio ad refrenationem stimuli, in quantum opus laboriosum corpus macerat. Apostolus In laboribus & in ieiunijs multus. Et idem, Castigo corpus meum, & in seruitutē redigo. Tū quarto ad reficiendū egenū, vt Apostolus. Qui furabatur, iam non furetur: sed magis laboret operando manibus suis, vt habeat unde tribuat indigenti, seu necessitatē patiēti. Secūdo opa nostra sunt accepta & remunerabilia ex intentione, videlicet cū fit intentione placēdi aut obediēdi Deo eiusq; voluntatem adimplendi. Nā si alia est intentio & non ad istud ordinatur, opus non erit acceptabile Deo, vt Christus Matthæi inquit, Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis. Quia vt dicit, sanctus Chrysostomus, talis intentio est sicut tineæ in vestimento, & vermis in ligno. Dices, Quomodo potest fieri vt non videatur ab homine quod fit coram hominibus? Nunquid cum occurrit pauper si fit coram hominibus nō dabitur ei elemosyna quousq; ibi homines non sint? Dico quod non dicit Christus quod non faciatis elemosynam coram hominibus: sed docet non esse elemosynam faciendam coram hominibus vt videamini ab eis. Tū ab hominibus videtur in intrinseco corde suo, dū, ppter hoīes, & nō ppter Deū elemosynā facit. Exēplū de artifice, qui licet exterius operetur: tamē in intentione nō habet pceptum illius cuius amore opus

facit. Docet ergo Christus vt opus fiat in publico, sed intentio sit in secreto. Quia sequitur, Et pater tuus qui est in abscondito, reddet tibi. Tertio opus acceptatur ex integritate. Nam qui facit aliqua, & dimittit aliqua ad quæ obligatur: Deo non placet. Dicitur ei illud Lucæ, Iste homo cœpit ædificare, & non potuit consummare. Hinc Apostolus, Bonum autem facientes, non deficiamus. tempore enim suo metemur. Vnde Gregorius, Qui deficit in semine, non gaudebit in messe. Et Apostolus Iacobus. Sitis perfecti non deficientes. Quasi dicat. Sitis perfecti, scilicet in fide integri, in spe, in nullo deficientes, scilicet in charitate. Vel sitis perfecti in merito, vt sitis integri in pæmio: & tandem non deficientes in vtroque. Sed nunquid aliud pater tibi dari iussit? Qui ait, Immo quia etiam calceamēta dari in pedibus pcepit, quid per illud patri placeat, informari vellem: quoniam & ad te hoc hodie sperabā intelligere. Cui ego, Ideo operam dabo, diuina gratia opitulante. Scire debes, quod pes affectus est. ps. Benedictus Deus, qui non dedit in commotionem pedes meos, videlicet affectus in ipso firmādo per suam gratiam. Et ps. Pes meus stetit in via recta. Et Apostolus. Induti lorica iustitiæ, & calceati pedes in præparationem Euangelij. Quasi dicat, Induti estis pœnitentes lorica iustitiæ, scilicet stola prima: ideo habete etiam calceatos pedes, id est, affectus, vt Euangelium vobis dat modum & formā. Affectus enim tunc calceantur cū firmantur. Illud enim quo voluntas firmatur: dicitur calceamētum eius. Calceamenta namque communiter fiunt de corio animalium mortuorum. Formetur reprehensio contra illos qui deserico (etiam mulieres) quomodo superfluum (quod pauperibus deberet erogari iuxta illud Christi Lucæ. Quod superest date) ponunt in luto & puluere. Dic etiam quomodo feruntur etiam mularum & equorum argenteas fabricant, in ostentationem sui, & pauperes moriuntur fame. Coriū enim est de animalibus mortuis. Debemus ergo calceari affectus nostros in operibus pœnitentialibus, secundum præparationem euangelij, ad imitationem patrum & sanctorum præcedentium, ac præteritorum: maxime Christi & Apostolorum eius, qui consilia euangelica nos docuerunt sequi. (vt plures illorum sequuti sunt post conuersionem illorum. ut dicitur tua videlicet Magdalena etiam fecit, quæ post eius conuersionem Christum in omnibus sequuta est etiam in morte. Post mortem, Magdalo castello relicto,

De calceamentis & eius firmatione.

113

triginta annis pœnitentiam fecit, & vitā solitariā in eremo duxit) Sic Matthæus vocat⁹ de teloneo omnia relinquens Christū sequutus est. Sic Frāsciscus pater noster de negotiatione lucratiua vitam euāgelicam, omnibus relictis, amplexus est. Summum ergo pœnitenti ad Deum iam conuerso remediū esset, omnia propter Christū relinquere, & Christū sequi: vt sic calceat⁹ in sequela Christi, in domo paterna maneat. Quoniam semper videtur manere in periculo ruēdi, qui manet in officio quod fuit ei occasio tātæ ruine: & permanere cū rebus, quæ occasione p̄buerūt peccādi & recedendi à Deo. Ideo isti adoleſcēti cōsultit Matthæi, q̄ vēdat omnia sua, & det pauperibus, & Christum sequatur, si vult p̄fectus & calceatus hāc viā pambulare. Hinc hoc ideo pater innuere voluit, dum calceamēta dari iussit. Et vt modum & formā scias de ista calceatione, duo in præſenti sermone dicā. Primū, quomodo poteris in via p̄fectionis calceatus incedere, & in illa te ipsum collocare in generali. Scdm, quomodo etiā in particulari. Cum breui expositione Euangelij. ¶ Prima pars. **B** E primo. Mirū alicui videri potest, quomodo relicto oīm tēporalium, ponat in statu p̄fectionis, cū & diuitiæ sint instrumēta virtutū, & plures illas habētes, videlicet, Abrahā, Iacob, & alij p̄fecti fuerūt corā Deo (vt scriptura pluribus in locis testatur). Verū de hoc breuiter duo dicenda videntur. Primū, q̄ paupertas siue omniū relicto nō est ipsa p̄fectio, cū ista in charitate cōsistit, & in gradibus eius, vt Apostolus. Super oīa autē charitatē habentes, quæ est vinculū p̄fectionis (vt late diximus in funiculo nostro) sed est via & dispositio ad p̄fectionē. Quia p̄fectio ad quā paupertas disponit, consistit in vacatione mētis ad Deū: tētio autē & vacatio mētis in Deū cōsistit in libera contēplatione Dei & amore eius, & expedita impletione voluntatis diuinæ. Ideo od amputandā sollicitudinē, quæ circa ista tēporalia cōtingit (q̄ impedimētum præstat huic liberæ vacationi & tēdentia) datur consiliū de oīm relectione, vt sic liberius mēs & voluntas in suo exercitio feratur & habeatur. Secūdum, q̄ ipsa omnium relicto non solum (vt diximus) est via ad p̄fectionē: sed etiā signū eius. Quia cū omnia quis postponit, vt libere fruatur aliqua re, signū est magnæ dilectionis ad illam. Ideo cū homo omnia temporalia propter Deum eiusq; liberam vacationē relinquat, signum est, q̄ & dilectionem Dei p̄fectam habet, aut cupit habere. ¶ Ex

quo primo sequitur, quod diuitiæ & res temporales in tantum sunt bonæ & laudabiles, in quātum sunt necessariæ ad bonum virtutis, videlicet cū corpus illis sustentamus, & alijs per eas subuenimus. Sed in quantum per eas impeditur vsus virtutis, iam non inter bona, sed inter mala sunt computanda. ¶ Secundo sequitur, quod paupertas in quātum deficit à sui & aliorum sustentatione, non est bona: sed in quantum per maius bonum potest recompenſari, videlicet per hoc, q̄ diuitijs carēs, diuinis & spiritalibus vacare potest. Et ideo paupertas non est laudabilior quāto maior: sed quanto ad finem, scilicet vacandū Deo, est expeditior. Et quāto minorem sollicitudinem hoc impediens exigit, tanto eligibilior & laudabilior est, vt dicit sanctus Thomas contra gentiles. libro. iij. c. cxxxiiij. **S. Thomas.** Et ita resolutorie dicamus, quod per dare omnia propter Deum, & ponere se in statu paupertatis, ponitur homo in statu p̄fectionis: non in quantum subtrahit à se sibi necessaria & alia, quibus alijs subuenire potest: sed in quantum est via ad vacandum Deo & permanendum cum eo. Et etiam signum, quod plus omnibus præponderat Deum, dum propter ipsum omnia relinquit. Ex quo principaliter patet, quare Christus adoleſcenti cupienti calceari affectum, & petenti quid faciendo vitam æternam possidebo? respondit, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Et replicanti. Hæc omnia, inquit, obseruaui à iuuentute mea: subiungit, Si vis p̄fectus esse, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & sequere me, & habebis thesaurum in celo. In quo consilio & verbis tangit & docet tria, quæ prædictam calceationem & firmationem voluntatis faciunt. ¶ Primo docet gradum ipsius charitatis. Tum primo excludendo gulositatis & carnalitatis defectum, dicens, Vade, & vende, Quasi dicat. Non manduca quæ habes. Contra multos, qui quæ pauperibus deberent erogare, deuorant in superfluis cibis, & potibus, & luxurijs. Qui certe per scripturam Euangelij condemnantur cum illo diuite epulone, qui quotidie epulabatur splendide, & bisso & purpura induebatur, & Lazaro indigenti micæ denegabat. Quæ reprehensio etiam facit contra modernos, qui in banquetis, vestibus, & alijs vanitatibus (pauperibus dimissis) expendunt. Ideo cupiens se in p̄fectionis statu collocare, ista temporalia relinquenda non debet deuorare, sed vendere: ad imitationē illorum, qui tempore apostolorum sua

Septima clausula. Sermo. xl. Sabbato de passione.

Acto. iij. vendebant, ante pedes apostolorum ponebant, indigentibus distribuenda, prout opuserat. Tum secundo tangit & docet constantiam & complementum, dicens (omnia). Videlicet nil relinquendo, Contra multos, qui expuillanimitate & diffidentia (ne sibi deficiat) partem relinquunt, partem referuant occultando, vt Ananias & Zaphira

Astorū. v. vxor eius (qui à Petro sententiam mortis receperunt) Dicatur quòd ab ingredientibus religionem miseruari debet &c. Tum tertio docet equitatem iustitiæ, dicens (quæ habes). Quia quæ aliorum sunt, potius sunt restituenda quàm vendenda, vt sunt bona habita per vsuras, & alios modos illicitos, vt dicit Remigius. Illa habemus, quæ iuste possidemus, & hæc vendenda sunt: quæ vero iniuste, non vendenda, sed pauperibus vel quorum sunt eroganda. Tum quarto docet finem & sinceram intentionem, dicens (Da pauperibus) non diuitibus, aut proximis, à quibus & recipere possumus. Quod intelligi debet non esse illis danda intuitu parentelæ, sed eleemosynæ, & secundum ordinem charitatis. ¶ Secundo docet actum ipsius charitatis dicens (veni, & sequere me) scilicet ad permanendum cum patre tuo. Quia non sufficit quòd quæ habet vendat, sed quòd illis venditis & erogatis, ipsum sequatur. Quam sequælam tangit Matthæi, dicens, Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. In quo actu tria dicit esse necessaria.

Matth. xvj. Tum primo, paupertatem eligere. Quod est venire post Christum, inquit, Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam pauperibus. Pro cuius electione notandi sunt tres modi viuendi in paupertate. Primus est, viuere in communi de præcio rerum venditarum. Et hic modus fuit obseruatus ab Apostolis in primitiua ecclesia, vt Acto-um dicitur, quod apponebant ante pedes Apostolorum præcium earum, & diuidebatur vnicuique pro vt opuserat. Qui modus licet sufficiens fuerit, non tamen durauit per longum tempus, vt patet in actibus Apostolorum, de pluribus credentibus, qui iam habebant proprias possessiones, vt Symon coriarius, tabitha, & Cornelius, & alij. Secundus est, vt possessiones communes habeantur, ex quibus singulis provideatur cum opus fuerit: & hic seruatur in pluribus religionibus. Et istenon deperit de perfectione. Tum, quia per paucos sollicitari potest necessitas multorum. Tum, quia illi quod videntur amittere in ipsa sollicitudine, recu-

perant in charitatis obsequio, sumpto pro sustentandis alijs, qui diuini sunt intenti. Tertius modus viuendi in paupertate est de datis ab alijs. Et hunc videtur Christus obseruasse, vt patet Lucæ, dicens, **Lucæ viij.** quòd mulieres sequentes ministrabant de facultatibus suis. Nec hic modus reprehendi debet (vt neotherici faciunt) videlicet quòd sua relinquunt, & alia querant. Sicut qui dimissis proprijs, communi vtilitati intendentes, ab his, quorum vtilitati intendunt, sustentantur. Vt patet in militibus, rectoribus ciuitatum &c. quibus de communi ærario prouidetur. Multo magis conueniens est, vt hoc etiam fiat his, qui communi vtilitati intendunt, sapientia, eruditione, & exemplo populum exhortantes, vel oratione aut intercessionem: quia calceati manent in domo paterna multum accepti. Et ita debent in temporalibus sustentari, vt apostolus inquit, Si vobis seminamus spiritualia, non est magnum si temporalia vestra metamus. Ideo attendi debet, vt in politica Christiana non sint pauperes inuitiles, qui ad minus tenentur per orationes satisfaccere recepta ab alijs ex charitate: alia tenerentur restitutioni, vel non licite recipere, & peccarent omissione huiusmodi. Reprehende quomodo dicitur quòd quædã vetulæ habent pueros petentes, pro eis, immo rufiani quidã: vt ex alienis viuât &c. qui vnica canitione, vel antico cantato, auferunt eleemosynas a veris pauperibus Christi, qui etiam sistentes vix eleemosynam habere possunt. Secundum necessarium ad Christi sequelam, dicens (abneget semetipsum) quod est voluntatis submissio. Quia ad appropinquandum ad illum qui est super ipsum, oportet vt deficiat à seipso, id est (vulgariter de simelesmar se o de doblar se) per omnia conformando se diuinæ voluntati in præceptis, prohibitionibus permissionibus, & consilijs (de quibus iam in principio huius libri diximus). Tertium requisitum & necessarium est, mortis pœnalitatem sustinere vel subire, dicens (tollat crucem suam) vt Christus Matthæi inquit, Qui non tollit crucem suam, non est me dignus. Ponderandum est verbū (suam) non Christi, qui super omnes passus est vt nos redimeret: sed suam, id est, pœnitentiã ac pœnitentiã vitã quæ cuiusq; in suo statu se offeret. Similiter dicit (suam) vt scilicet fiat propter Christi sequelam, vt videlicet operibus pœnitentialibus liberius vacet, quia latrones etiam patiuntur. De morte autē corporali intelligitur secundū animi præparationem, vt etiam de tollitione pallij, & paratione alterius ma-

De calceamentis & eius firmatione.

115

xilla, & de angariatione: quæ omnia intelligenda sunt secundum præparationem animi. Sic dicatur de martyrio. Et sic est de præcepto diuino in omnibus secundum istam animi præparationem.

¶ Tertio docet felicitatis & præmij fructū dicēs, (& habebis thesaurum in caelis). Tria dicit in præmio correspondentia ad relictionem. Tum, quia vendidisti omnia, quæ habuisti: ideo habebis, id est, sempiternæ possidebis. Tum, quia omnia, habebis thesaurū. Tum, quia reliquisti mundum, hoc erit in caelo, id est, in firmitate & cognitione diuinitatis, quæ in hac vita clare videri non potest. ¶ Ex quo primo sequitur, quòd possessor diuitiarum cū magna difficultate potest intrare regnum caelorum. Non quin plures possidentes ingressi sunt in regnū caelorum, vt Abraham, Zachæus, & Matthæus & alij: sed ratione inordinati amoris, indiscretæ dispensationis, & iniustæ acquisitionis, & malæ retentionis: quæ omnia à vera mansionem patris retrahunt, & vix pœnitentiam facere possunt: quia magis impossibile est intrare tales regnum caelorum, quàm camelum per foramē acus. Cuius ratio est, quia illud repugnat naturæ rei: istud autem diuinæ iustitiæ. ¶ Ex quo secundo patet, quare relinquentes omnia propter Christum, & sequentes eum debent consequi præmium apostolorum & non iudicari (vt alio die diximus) eo quod qui partem substantiæ relinquunt, centuplum accipient, id est, spiritualia, quæ sunt magis quàm centum corporalia. Verum qui omnia reliquerunt propter Christum, sedebunt iudicantes aliorum fraudem, nec de quo iudicari debeant habebunt: non quidem de temporalium administratione, cum reliquerunt omnia: non de charitate circa proximos, cum quæ habuerunt viderunt & eis erogauerunt: non de voluntate, cum illa propter Deum prælato & homini subiecerunt, vt sedentes ab his alios iudicent. Et sic calceati, alios non calceatos iudicent. Quia eis super alios data fuerunt calceamenta in pedibus eorum. Et tãtum de primo.

¶ Secunda pars.

Vltimo quare homo pœnitens ista debet relinquere, vt calceatus, in vera perseverantia pœnitentiali maneat, quasi fugã ab ipsis rebus mundi faciēs. Quod patet in factis Euangelij. In quo dicitur, quòd cogitantibus iudeis interficere Lazarum, eo quòd multi credebant in Christum, & multi ex iudeis credentes in illum abibant ab eis: alij autem ipsum re-

cipientes, & volentes facere regem istius temporalitatis, fugit, & non concessit. Per hoc docēs, quòd ista temporalia debent ab homine derelinqui, vt Christum verum patrem sequatur in pœnitentiali perfectione, atque ab illis quæ offeruntur fugere, quia volunt à Deo separare, & illum mactare. Quod vt verum sit, audiatur Euangelium Ioannis. xij. c. dicē **Euāgelij. Ioan. xij.** Cogitauerunt autem principes sacerdotum vt & lazarus interficerent: quia multi propter illum abibant ex iudeis, & credebant in eum. In quo sancto Euangelio de tribus fit mentio. Primo de machinatione mortis lazari, eo quòd multi adhærebant Christo vt calcearentur. Secundo de murmuratione phariseorum, & turba adhærente cum ramis & alijs obsequijs Christo exhibitis. Tertio de adhesionem gentilium rogantium Philippum, vt admitterentur ad conuersionem Iesu.

De primo. Putabant enim isti maligni extinguere miraculum, quod nō poterat aliqua tergiversatione celari nec calumniari, dolentes de fama & honore Christi, ipsiusque sequelam nitentes impedire. O dementia istorum? Existimabant non posse resuscitari iterum ab eis occisum, qui antea resuscitauerat ex infirmitate mortuum. Hæc inaduertentia ex illorum furore & malitia procedebat. ¶ Mystice & moraliter. Lazarus (vt alio die diximus) adiutus interpretatur. Cum enim nos audimus suscitari ad vitam animæ, quos mors culpæ peccato mortuos tenebat, & viuunt vita gratiæ: cum etiam carnis desideria relinquimus, sæculi honores, quibus homines gloriantur, atque secularia quæque abijcimus: & totos nos ad Deum trãfferimus, exemplo istius turbæ ex iudeis. Quia ista non possumus nisi propter lazari, id est, adiutoriũ rtię Dei: ideo eidẽ gratiã Dei in pœnitentiã habitẽ insidiatur cogitatus inimici, quos maligni spiritus inuidetes nostrę salutis immitunt. Qui cogitatus sunt tres. Primus est ipsa in gratitudo de præteritis, quæ gratiã Dei extinguit. Habet enim ista temporalia hoc, quod ex cãt possidentes, eo quod putent sua industria & habuisse, & cõseruari posse. Contra illud Apostoli. Quid habes, **1. Corin. iij.** quod non accepisti &c. Secundus est despectio de presentibus, quasi modica esse in comparatione illorum, quæ ipse habere meretur. Hæc cogitatio gratiam occidit, exemplo filiorum Israel, qui **Exodi. xvj.** contemnentibus manna, grassas Egypti carnes cupiebant. Sic conuersi ad Deum, non tenentes gratiam habitam in præcio, grassas carnes aegyptij

Septima clausu. Sermo. xli. Dominica ramorum.

peccatorum optant, & ex hoc à patre separantur. Tertius est præsumptio de futuris, cum quis aut propria virtute cõfusus, aut cõsilijs, aut meritis, se putat illam habere aut conseruare. Et sic istæ cogitationes querunt lazarum poenitentem sic adeo adiutum occidere. Sed iste omnia ista cõtemnit, Dei gratiam conseruat, semper Deo existens gratus, & statum gratiæ, ad quam resurrexit, magnificando, ista transitoria deserit, vt soli Deo calceatus adhæreat, & solum in illo firmari. ¶ De secundo dicit textus, quod mane veniens Hierosolymã, turba quæ venerat ad diem festum cum hoc audisset, accepit ramos, & processit obuiã. Dicatur textus &c. ¶ Mystice & moraliter. Omne tempus præsens est dies festus, in quo celebrãda sunt per imitatione quæ Christus egit pro nostra salute. Ideo vacandum est ab his transitorijs. Verum non celebratur nisi turba conueniat, id est, omnia habita, vt delicta fides, spes, & charitas, contritio, confessio, satisfactio, stola prima, virtutes, opera: vt istis calceati & firmati, occurramus venienti Christo ad nostram festiuitatem lætificandam. Occurramus in quã non resistendo, sed obediendo. Non tãquam hosti, sed amico nostram salutem procurãti. In manibus non arma vitiorum in offensam, sed ramos bonorũ operum & virtutum deferentes in hono-

rem. Tum de olivis, id est, de operibus pietatis. Et de palmis, id est, poenitentia operibus. Quia palma inferius aspera est, designans poenitentia asperitatem, quia in terris debet esse. Similiter laudes dicamus, Benedictus qui venit, scilicet ad conferendam tantam benedictionem, vt cum eo permaneamus in regno Israel, vbi Deus videtur. Et reuera pharisæi, id est, diuisi peccatis, quæ à deo separant, dicunt, Nil proficim⁹, scilicet in illo qui firmatur per omnium relictionem, vt solo Deo fruatur. ¶ De tertio dicit textus, quod erant quidam gentiles à Bethsaida, qui venerant ad festum. Hi ergo accesserunt ad Philippum (qui erat illius regionis) & rogauerunt, vt eos introduceret ad Iesum, dicentes, volumus Iesum videre. Philippus dixit Andreæ, & ambo dixerunt Christo qui orauit patrem, vt clarificaretur. Et audito terremoto &c. Moraliter. Si per vos non potestis adhærere Deo, bonum erit mittere intercessores sanctos, & orationes: vt admittat vos ad clarificationem, quam patrem petit non pro se, sed pro se sequentibus, & pro illis, qui vitam istam temporalem & temporalia pro illo ponunt: vt sic posita, perueniamus ad hoc, quod vbi est ille, firmus & nos in perpetuum in gloria. Ad quã nos perducatur Christus Iesus, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum. Amen.

Sermo quadragesimus primus Dominica in Ra-

MIS. DE ADDUCTIONE VITULI CHRISTI AD PAS-
sionem, & eius receptione. Sub isto themate.

¶ Adducite vitulum saginatum.
Ex parabola Lucæ. xv. c.



STE VITV-
lus saginatus,
qui adduci iube-
tur pro refectio-
ne adolescentis
poenitentis (vt in
sermone videbi-
tur) est persona
dñi nostri Iesu
Christi, qui por-
tatur & adduci-
tur duplici portatione, Vna generalis pro refectio-
ne totius generis humani & ipsius adolescentis adæ,
& pro sua posteritate, dum venit in carnẽ. De quo

inquit Christus, Exiui a patre & veni in mūdum. Ioan. xvi.
Cuius portatrix vel ductrix fuit sacratissima virgo
maria, de qua Lucæ. Illa euãgelica mulier exclama-
uit dicẽs, Beatus vterq; te portauit, & vbera quæ
luxisti. Alia fuit portatio, & est in ecclesia christia-
na & specialis, qua portatur à cœlo ad terram, dũ
ad verborum sacramentalium prolotionem venit
ad altare per realem præsentiam Deus & homo.
Iuxta illud, Ego sum panis viuus, qui de cœlo de-
scendi. Cuius portatores sunt sacerdotes secundum
traditionem Romanæ ecclesiæ ordinati, quibus præcipitur in verbis assumptis. Adducite vi-
tulum saginatum. Verum isti portatores duo con-
ueniunt, & differunt.

De adductione prima vituli saginati.

115

¶ Conueniunt quidẽ. Tum primo, Quia sicut vir-
tute diuina secum cooperante panis cõuertitur in
verum corpus Christi prolotione verborum sacra-
mentalium à sacerdote: sic virtute diuina & spiritu
sancto secum cooperante prolatis illis verbis, Ecce
ancilla domini, fiat mihi secundum verbũ tuum,
ex sanguine virginis gloriose formatum fuit bene-
dictum corpus Christi in eius virgineo vtero. Non
quod illa verba essent operatiua sicut illa sacramen-
talia, sed quod illis prolatis explicantibus virginis
consensum, hoc à spiritu sancto & virgine opera-
tum fuit. Tum secundo conueniunt. Quia sicut sa-
cerdos virtute verborum fuit instrumentalis causa
& instrumentaliter cõcurrit & ministerialiter ad
illam conuersionem & transsubstantiationem cor-
poris Christi ex pane, & virtus diuina principaliter:
sic virgo benedicta ad adductionem vituli Christi
in eius vtero, & virtus eius fuit min⁹ principalis (vt
Scotus dicit actiua) virtus autẽ altissimi magis prin-
cipaliter concurrat, eam obumbrãdo. Tum tertio,
Sicut sacerdos adducit illum vitulum e cœlo in in-
stanti prolotionis verborum, & non in tẽpore, nec
moram patitur in descendendo de cœlo ad altare:
sic incarnatio verbi diuini in ventre virginis, dictis
verbis illis, fuit in instanti, ad minus subito dicente
Damasceno, quod alia matres faciunt successiue, vir-
go in instanti. Tum quarto conueniunt. Sicut in il-
la sacramentali adductione est mirabile, quod vna
substantia conuertatur in aliam, & est supra omnẽ
rationem naturalem (ad minus non precedentibus
mutationibus) sic hic quantum ad terminum est mi-
rabile vt Deus fiat homo: & quantum ad modum
agendi, vt virgo & mater permaneat simul, & fru-
ctus cum flore. ¶ Sed differunt, quia virginis ad-
ductio excedit sacerdotis adductionem, quia altio-
ri modo illum vitulũ adduxit. Tum primo, Quia
ad sacramentalem adductionem non concurrunt me-
ritum sacerdotis: ad istam vero concurrunt virginis
meritum de congruo (licet non concurrerit de
condigno) Tum secundo, Quia sacerdos in illa ad-
ductione non dat corpori Christi esse corporis sim-
pliciter, sed hic, id est, sub illis accidentibus, vt idem
corpus quod est in cœlo circumscribitur, sit in alta-
ri sacramentaliter: virgo autem virtute diuina &
sua naturali dedit in sua adductione esse simplici-
ter corporis ipsi vitulo adducto. Tum tertio, Quia
sacerdos adducit nobis illum inuoluit, & sub acci-
dentibus illis & inuisibilem: virgo autem adduxit
uisibilem & cõuersabilem, Quia iuxta prophetam

Baruc. In terris visus est, & cum hominibus con-
uersatus est. Adducite ergo vitulum saginatum.
Veruntamen quia saginatus est vitulus, si vi &
coactè illum portari & adduci velimus & ligatum,
forte dissaginabitur, & sic non esset nobis apud.
Oportet illum adducere cum matre, vt sponte ve-
niens, nobis utilis sit, & sagino gratiæ potiri possi-
mus. Ad eam igitur adductricem ad eam mente
pia, dicentes, Ave maria.

¶ Argumentum sermonis.

DVPLICEM huius vituli saginati adductio-
nem assignauimus: vnã generalem pro
toto genere humano obando: alteram
particularem pro ecclesia catholica. Ideo
in præsentis sermone de vtraque aliquid dicendum
breuiter erit, duas in præsentis partes declarando.
Primum, de adductione illa generali huius sagina-
ti vituli. Secundum, de sacramentali, referuãdo de
ista vltiorem tractatum pro sequenti sermone.

DE primo notandũ est, quod Christus dicitur vi-
tulus, adductus, & saginatus. ¶ Primo dicitur
vitulus secundũ Augustinum in libro quæstio-
num euangelij propter immolationem. Nam pro
peccato multitudinis fiebat immolatio vituli, etiã
pro peccato sacerdotis, vt habetur Leuitici, Chri-
stus namque dicitur vitulus, pro quanto factus est
sub lege, & ipse iugum tulit. Cuius sacrificij ritus
ibi ponitur, satis figuratiuum sacrificij Christi pro
redemptione generis humani. Nam vt ibi habe-
tur, præcipiebatur quod cum sacerdos peccaret, &
de peccato suo placationem à Deo vellet obtinere:
acciperet vitulum immaculatum: & cum immo-
laret, sanguine eius intincto digito septies vclum
templi aspergeret, & cornua altaris incenset interius.
Reliquum vero sanguinem super altare holocau-
sti fundebat, & vna cum renibus & adipibus cre-
mabat: carnem vero cum fimo extra castra por-
tabat, & incendebat. Idem per omnia fiebat, cum
populus peccabat: & nil de hostia relinquebatur,
sed totum domino comburebatur.

¶ Per sacerdotem peccantem, Adam intelligi-
tur: & per populum totius generis humani mul-
tudo ab eo deriuata: Per vitulum, Christus.
Istud igitur certum est, quod pro tollendo pec-
cato sacerdotis & synagoga, id est, adæ & generis
humani, necesse fuit occidi vitulum, id est, Chri-
stum, sanguinemque eius super altare crucis fun-
di: & ibi adipẽ & renes, id est, interiores affectio-

Septima clausula. Sermo. xli. Dominica ramorum.

nes igne charitatis accendi. Nulla namque tam intensa & accensa charitas, quam quod velle pati Deus pro homine, innocens pro peccatore, iustus pro iniustis, bonus pro malis Ioannis. Maiorem charitatem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Secundo velum etiam tabernaculi, id est, ipsum paradisi tabernaculum isto sanguine septies fuit aspersum, in quantum ipsum coelum per Christi sanguinem spiritu septuplici fuit ab angelica ruina reparatum. Tertio inde altare in censi, id est, Deus pater tingitur. Quandoquidem sanguine isto pascatur, vt Apostolus. Per sanguinem crucis eius pacificauit ea quae in caelis & in terris sunt. Quarto hic fuit extra castra, id est, extra ciuitatem Hierusalem crematus. Nam vt Apostolus inquit, extra portam passus est, & igne solis & ardore assatus. Quinto totus accensus & combustus. Nam in omnibus membris passus est Esaiæ, A planta pedis vsque ad verticem capitis non erat in eo sanitas. ¶ Non solum autem hac ratione immolationis simplicis dicitur Christus vitulus: sed etiam vituli in plurali, ps, Benigne fac domine in bona voluntate tua sion, vt aedificentur muri tui Hierusalem. Tunc acceptabis sacrificium iustitiae, oblationes, & holocausta, tunc imponent super altare tuum vitulos. Similiter in euangelio Matthæi. dicitur, Tauri & altilia occisa sunt. Quasi dicat, Psalmista, Tunc domine facies benigne, id est, misericordiam in bona voluntate tua sion, id est, ecclesiae humane, dum ad reparandos & aedificandos muros Hierusalem superne, id est, angelos ex viuis lapidibus videlicet hominibus. Tunc acceptabis sacrificium iustitiae, videlicet cum satisfacies sufficienter per totius generis humani peccato. Et ad hoc imponent super altare tuum vitulos, id est, Christum. Christus namque dicitur in plurali in vtraque autoritate vituli & tauri. Non vt notetur pluralitas personarum in christo, quia non est nisi vnica persona Deus & homo, & in qua suppositatur natura humana, sed nota pluralitas occasionum & mortis in christo, quibus mortuus fuit, nisi diuinitas humanitatem sustentasset. Tum in horto vbi tristitia vsque ad mortem intenuit (vt exponit Lira). Tum in flagellatione. Tum in coronatione. Tum in perforatione clauorum in manibus & pedibus. Tum in finali morte. Immo & post mortem in lanceatione, dum ipso motuo latus aperitur. Ideo dicit vitulos: quamuis vnicus sit vitulus. Ideo dicit, Adducite vitulum.

D ¶ Secundo tangit vituli bonitatem, dicens (sagi-

natum (id est, impinguatum. Duo namque notat pinguedo in christo Domino nostro. Primum, plenitudinem gratiarum (de cuius plenitudine inquit Ioannes, Omnes accepimus gratiam pro gratia). De quo Psalmus, vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ pro participibus tuis. Et Ioannis primo, vidimus gloriam eius, gloriam &c. Bis dicit gloriam, scilicet propter duplicem vniionem, scilicet hypostaticam & beatificam. Et dicit quasi vnigeniti, quia super omnem communicabilem purae creaturæ. Cuius pinguedo figurata fuit Leuitici tertio, dicens, Omnis adeps domini est iure perpetuo. Nota (perpetuo) Quia vtraque vniio perpetua est, scilicet hypostatica & beatifica (quia secundum Damascenum quod semel assumpsit, nunquam dimisit). ¶ Secundum autem quod notat pinguedo est ipsa passibilitas in christo (vt exponit Augustinus in libro questionum Euangelii) scilicet saginatum, id est, secundum carnem sauciatum opprobrijs. Quem nominat vitulum, propter hostiam corporis immaculati. Pro cuius declaratione notandum est, quod Sanctus Thomas in tertia parte quaestione prima articulo quarto dicit, quod aduentus filij Dei & huius vituli adductionis ad passionem, non solum fuit peccatum originale traductum in adeptos, sed etiam vt deleteret omnia, quae postmodum subsequuta sunt. Verum, vt ipse dicit, principalis venit & adductus est ad delendum originale, quae actuale. Exemplum potest poni in medicina, quae prius debet versari circa causam & radicem infirmitatis, quam circa ex illa sequentia. Causa autem & radix peccatorum actualium originale peccatum fuit, vt Augustinus probat in libro contra Faustum. Vnde licet actuale sit grauius, si comparatur ad personam committentem illud quia grauior poena respondet in inferno, scilicet poena damni & sensus (vbi pro originali solum poena damni). tamē si comparatur ad totam naturam ad quam se extendit & inficit: grauius est originale. ¶ Ex quo sequitur, quod ad illud delendum non sufficit nisi vna persona quae præponderet & excedat supra totam naturam. Cuius ratio est, Quia ad satisfactio nem pro actuali sufficit actio vnus hominis, vt contritio, confessio &c. sed pro originali primorum parentum requiritur actio totius naturae humanae. Ideo non adducitur ad redimendum vnā solā personā sed totum genus humanum. Ideo saginum eius & passionis pinguedo, ad omnes esse debuit extendere. Ideo adducite vitulum saginatum.

De adductione prima vituli saginati.

116

Iacobus de Valentia. ¶ Ex quo patet illud dictū Iacobi de valētia super cantica canticorum, quod Christus passus est pro nobis, non vt particularis persona: & filius naturalis virginis: sed tanquam persona communis, & sponsus Ecclesiae. Et ideo matri non dixit illo tunc, mater ecce filius tuus: sed mulier &c. Quia tunc supra totam naturam & supra omnes homines erat & patiebatur, vt pro omnibus satisficeret. ¶ Hinc etiam sequitur quare volūtaria in se suscepit istud saginum poenaltatis nostrae, & defectuum non repugnantium perfectioni scientiae & gratiae: sed illorum qui ex poena peccati nobis accidunt, vt sitis, famines, dolor, mors, frigus, & calor &c. vt videlicet illa in se suscipiens cum mortalitate, nobis donaret immortalitatem. De quibus Apostolus in epistola hodierna inquit, in similitudine hominum factus. Similitudo enim dicitur, & conuenit. Nam vt Aristoteles inquit, Qui omnino similis est, id est est: sed simile in aliquo conuenit, & in aliquo difert. Sic Christus dicitur in similitudinem nostram adductum fuisse, quia difert a nobis in sagino & pinguedine gratiae & gloriae: & conuenit nobiscum in sagino poenaltatum, quas pro nobis assumpsit volūtaria. ¶ Hinc Euangelium hodiernum dicit, quod venit sedens super asinam & pullum. Pullus enim diuinitas est, non assueta passionibus & poenaltatibus: asina vero humanitas his onerata, quae ligata est duplici illo vinculo, scilicet vniione hypostatica & beatifica in separabili. Vel aliter, vt ista in eadē natura humana Christi significentur. Nam humanitas Christi est pullus ratione innocentiae (quia sine culpa) asina vero quoad onus poenaltatum & passionum pro nobis volūtariae assumptarum pro complendo mysterio nostrae redemptionis. Quia vt dicit Scotus, & bene, quod & si Adam non peccante incarnatus fuisset filius Dei ad glorificationem & exaltationem naturae: nihilominus carnem possibilem non assumpsisset, nec pullus cum passibili asina alligata non esset. Ecce ergo vitulus saginatus, Ideo adducite vitulum saginatum. ¶ Tertio tangit huius vituli adductionem dicens (adducite) Sancti patres hunc vitulum adduxerunt nobis tripliciter. Primo carnis propagatione. Nam ex eis caro Christi tradita est (vt Apostolus ad Roma. primo. Quia factus est ex femine Dauid secundum carnem) Secundo adduxerunt instanti supplicatione. Exodi. Obsecro domine, mitte quem misurus es. Et Psalmus. Rorate coeli de super, & nubes pluant, &c. Tertio adduxerunt prophetica prænuntiatione. Esaiæ. Ecce vir

go concipiet & pariet filium &c. Si quidem desiderabant hunc vitulum, saginatum diuinitate & humanitate, vt pullum & asinam alligatam illa duplici vniione, & miserunt pro illo per suspiria & eorum desideria ardentissima vt adduceretur in mundum, vt alium pullum & asinam alligatos solueret (quos olim ligauerat Deus) videlicet corpus & animam vinculo præcepti, & vt in innocentia permanerent. Sed rupto ab eis illo precepti vinculo, alligati fuerunt, expulsi iam ex paradiso vinculo culpae & poenae, & velut asina communis (vt illa de Hierusalem) exposita cuiusque poenae. Veruntamen adueniente pacis tempore & misericordiae diuinæ, & dum venit, vt dicit Psalmus, Tempus miserendi. dicit Euangelium Matthæi. xxj. (quod nuper audistis) appropinquat Hierosolymis, quae vitio pacis interpretatur, Psalmus. Rogate quae ad pacem sunt Hierusalem &c. Venit Bethphage, quae erat domus sacerdotum, eo quod in sacrificium & oblationem pro nobis venit. Et sedet super asinam & pullum, videlicet cum acceptatione omnis poenae, vt omnis culpa remittatur, videlicet & originalis & actualis. Ideo dicit, Adducite &c.

Sed pro huiusmodi receptione ponderandum est mysterium hic significatum, videlicet, quare in ingressu isto in Hierusalem, præter morem postulauit & iussit asinam sibi adduci, & super eam sedere voluit: maxime, quia nec adeo lassus erat, vt equitatione illo breui spacio indigeret. Item tantum magnificavit asinam, vt ad ducendam duos discipulos mitteret, ad illam soluendam, prædicens, quod dominus asinæ (eo quod ille illa opus haberet) eos nullatenus impediret. Item etiam discipuli nouitate quadam vsi sunt, dum super asinam proprijs vestimentis ornatam eum sedere fecerunt. Non alia ex causa, nisi quia velut vitulus saginatus pro nobis (vt nos reficeret) passurus veniebat, & ad hanc adductionem lætanter cooperantur. Secundo ponderanda est diuersa Hierosolymorum receptio, notans diuersum recipientium effectum. Nam quidam eum recipiebant gratanter, videlicet, vt illi qui vestimenta sternerant in via, & ramos cedebant de arboribus, osanna conclamantes. Alij autem contradicebant, vt pharisæi, dicentes, Non audis quid dicunt isti? Et magister increpa discipulos tuos. Quibus ipse Saluator respondit. Amē dico vobis, quod si hi tacuerint, lapides loquentur. Tertio mihi ponderandum videtur, quod post tantum impensum honorem

Septima clausu. Sermo.xli. Dominicam ramorum.

non est inuentus qui illum inuitaret, nec hospitio reciperet, sed dicitur reuerti in Bethaniā. In quo (saluo meliori iudicio) videtur significari diuersus effectus huius adductionis. Quando quidē & si secundum sufficientiam pro omnibus adductus fuerit hic vitulus benedictus: non tamen quantum ad efficaciam & vtilitatem. Posset ad hoc exemplum poni (vt dicitur) quod in quibusdam regionibus, in quibus venantur elephātes, duæ virgines accedunt ad desertū, dulcissime cantantes: quarū vna fert gladium ad illum occidendum: altera portat alueolū siue vas, in quo eius sanguis recipitur: quo sanguine, tingitur in illa patria pānus seu purpura. Elephas hic Christus est, ratione fortitudinis: cuius fortitudinē hodie canebat dicēs, q̄ erat dominus virtutū, & fortis in prælio. Hodie nō solum venerūt obuiā ipsi iudæi per quos intelligo synagogā, mēbra diaboli: sed & alij, per quos intelligo ecclesiā collectā, ex prædestinatis. Sed synagoga hodie parat gladiū, quo eum transfo diat feria sexta sequenti: sed ecclesia in sua gaudiosa receptione præparat pro virtute sanguinis eius colligēda, vasa cordis: & in sacramentis, quæ ex isto sanguine effuso efficaciam habent, ideo diuersa receptio fuit: his autem cum indignatione: alijs vero cum gaudio. Habemus figuram Exodi. xij. quod agnus qui immolari debebat in signum liberationis ab egyptiaca fertute ante quinque dies Paschæ, id est, decima luna primimēsis, in domo recludebatur vsque ad quartā decimā lunam, in qua iussus erat immolari. Per hoc datur intelligi (secūndum Strabum) quod decima die Aprilis Christus Hierosolymam venit, & receptus à turba cum ramis palmarum & diuinis laudibus: ab alijs autem cū murmure custoditus tribus reliquis diebus vsque ad quartam decimam diē, id est: quintam feriam, qua cum discipulis cocnauit & traditus est. Et ita quidam in eius receptione clamant quod hoc edus est, id est, peccator: alij quod agnus, id est, iustus. Nos autē dicimus quod est vitulus, adductus à Deo patre pro nobis, vt verba dicunt. Adducite vitulum faginatum. ¶ Dimissa alia adductione, videlicet sacramentali (vt promissum fuit propter breuitatem tēporis) restat vt vos fratres commoneā, vt maxima cum deuotione huius vituli adductionem celebremus, sicut & ecclesia representat. Et vt receptio spiritualis ipsius debite fiat: cōformemur mysticæ significationi gestorum eius, ac perinde notemus actus processionis in Euangelio designatos. ¶ Primo terminum a quo inceptum illa bene-

dicta processio, quia à bethania: & terminum ad quem, scilicet Hierosolymam: medium vero, mōs Oliueti. In quo datur nobis intelligi, quod tota nostra vita & finis intentus debet esse, quod in vinculo pacis & charitatis viuamus: quam obtinebimus, si iter nostrum sit inceptum ab obedientia & Bethania (quæ domus obedientiæ interpretatur). Supiores enim nō possunt turbare nos, si vere obedientes sumus, videlicet si volumus quod volunt, & volumus quod recte volunt. Medium huius est mons Oliueti, videlicet si necessitatem patiētibus oleo charitatis linimus, & opera charitatis impedimus. ¶ Vestimenta in via sternimus, cum corpora nostra operibus poenitentialibus hic in via exponimus. Corpus nostrum animæ vestimentum esse nemo ambigit, licet corruptibile (vt beat⁹ Iob di- *Iob. xij.* cebat, Qui quasi putredo cōsumendus sum, & quasi vestimentū, quod comeditur à tineā). Quod quidem libenter sternemus, si cōsiderare velimus, quod Christus vestimentū corporis sui pro nobis in hac via sternit, vt in figura ille Iacob patriarcha visa sanguine plena tunica filij sui Ioseph, suam scidit. *Pa- *Gen. xxxvij** rum certe est, vt pro illo tunicam vilissimam scindamus, qui pro nobis scidit præciosissimam. ¶ Tertio ramos etiā portare debemus. Non quofcunque, sed vnicuique nostrum secūndum statum conuenientes. Primo iudices & rectores deferant secum ramos palmarum cum scriptura illa *Eccl. xxiiij.* Quasi palma exaltata sum in cades. Palma versus sursum, mollis est: versus deorsum, aspera. Sicut iudices debent esse blandi illis, qui desiderant bene viuere, & res suas versus coelum dirigunt: licet ex fragilitate in aliquod discrimen incidant. Illis autē qui terrā versus actiones dirigunt, debent esse duri, vt inde rectificentur, & timeant malefacere. Sed hoc debet esse in cades (quæ fons iudicij interpretatur) Nam iustitiæ executio debet procedere ex duplici fonte, videlicet Dei, id est, secundum legem Dei, & propriæ conscientiæ. Secūdo Ecclesiastici deferāt ramos platanū, cū scriptura dicente ibidē, Quasi Platanus exaltata sum iuxta aquas. Platanus arbor alta est & folia habens lata. Et sic officium ecclesiasticorum vita & doctrina excedens alios esse debet, & omnibus patēs, vt inde populus edificetur. Vt Christus inquit Matthæi. Sic luceat lux *Matth. vi.* vestra corā hoibus: vt videāt vestra bona opera, & glorificent patrē vestrū, q̄ in caelis est. Et debet esse iuxta aquas, id est, in exēplum populi. Nā scriptura, *Apo. xvij.* aquę multę, multi populi, Tertio religiosi defer-

De adductione secunda vituli faginati. 117

re debēt ramos cupressi (vt ibi dicitur.) Quasi cupressus in mōte Syon. In cupressi nucibus (si benediscantur) in qualibet particula inuenitur crux. Sic in qualibet actione veri religiosi debet inueniri crux poenitentia. De quo Apostolus ad Galathas. Ego enim stigmata domini Iesu in corpore meo porto. Quarto ciues & populares deferāt ramos oliuarum cum rotulo ibidē. Quasi oliua speciosa in campis. Oliua habet amaritudinem in cortice, sed dulcedinem in medulla. Est elemosyna, quæ multum saporosa est apud Deum: sed dicitur debere esse in cāpis, propter communitatē. Quia omnes proximos tam amicos quā inimicos, dū modo necessitatem patiātur, tangere & respicere

debet. ¶ Quarto veri poenitentes ad huius vituli receptionē exire debent cantantes, dicendo, Benedictus qui venit in nomine domini &c. Cuius cantus sonorosum tiple, alte tonabit intellectus, cōsiderando altitudinem & celsitudinem huius adductionis, vt filius altissimi pro nobis ad occisionē vt ouis adducatur. Vocem altam tenebit ipsa memoria, summum hoc beneficiū milies recolendo. Tenorem vero ferat ipsa ratio, in prosecutione huius laudis de tāto beneficio. Contra vero infimum & bassum inferat voluntas in humilitate cordis, vt cū hac melodia obuiemus illi, dicētes, Benedictus qui venit. Ad dandum nobis hic gratiam, & in futuro gloriam. Amen.

Sermo quadragesimus secundus. Feria quinta in COENA DOMINI. DE SPIRITVALI ET SACRAMENTALI digna receptione huius benedicti vituli. Sub themate eodem.

¶ Adducite vitulum faginatum. Ex parabola Lucæ. xv. cap.



Eclarata (breuiori modo, quo nobis fuit possibile) prima adductione vituli Christi pro refectione generali totius generis humani. Tum, quia fuit vitulus ratione sacrificij exhibēdi & multiplicis mortis. Tum faginatus, duplici pinguedine pro nobis, scilicet gratiæ & gloriæ, & poenalitatum pro nobis assumptarum. Tum adductus ex desiderio sanctorum patrū, vt asina alligata pullo illa duplici vnione, cuius processio fuit à domo Bethaniæ & paternæ obedientiæ, transeundo per montem Oliueti passionis eius, vt ad Hierusalem coelestem: & pacis visionem nos adduceremur. In præsentī sermone dicendum est de sacramentali adductione, qua in sacramento altaris adducitur per sacerdotes pro poenitētis refectione. De qua dicitur eisdem, Adducite vitulum faginatum. Sed prius salutetur virgo Maria.

mo sacramento. Quoniam istud venerabile sacramentum memoriale quoddam est illius sacrificij, quod in crucis altari pro nobis obtulit. Saginatus vero, ratione contentorum in ipso, scilicet deitatis, animæ corporis, sanguinis, & aquæ ex eius latere in passione emanatę (vt in sequentibus dicemus.) Tandē adductus à summi Dei seruis Ecclesię, vtique ministris & sacerdotibus. ¶ Verū tamen pro modo receptionis huius vituli faginati est notādum, quod à doctoribus notatur: maxime à Magistro *Magister.* in quarto distin. ix. q̄ huius vituli receptio est duplex, vna spiritualis, & alia corporalis. Quæ differētia sumitur ex tribus. Tum primo, ex dispositione sumentis. Nam quidam sunt bene dispositi, & hi ipsum spiritualiter sumunt. Alij vero male dispositi, & hi corporaliter & sacramentaliter tantum. Tū secūdo, ex modo sumēdi. Quia quidā sumūt ore corporis, & hi corporaliter sacramentaliter recipiunt. Quidam ore cordis, & hi spiritualiter. Tū tertio, ex ipso sacramēto, quod duo includit: vnū, scilicet ipsum sacramentum, scilicet illud visibile: & alterum: scilicet vim sacramenti: quorum vnū potest recipi sine alio. Non dico quin malus recipiat rem sacramenti, scilicet corpus Christi (quod de facto recipit) sed dico vim sacramēti, id est effectum spiritualem eius, qui est cibatio spiritualis animæ.

¶ Argumentum sermonis. *A* Christum benedictum esse vitulum faginatum & adductum, clarum euadet ex his, quæ sermone hesterno & præcedenti insinuauimus. Vitulus quidem, in isto diuini-

Septima clausula. Sermo. xlii. in coena domini.

¶ Manducatio ergo receptio, & adductio passiva huius vituli attenditur & consistit in recogitatione huius cibi, scilicet carnis Christi pro nobis exhibitæ in precium ad redimendum, & in cibum ad reficiendum. Quæ recogitatio ordinatur ad recognitionem omnium mirabilium, quæ pro nobis Deus ab initio fecit. Et istud sacramentum non solum est memoriale mirabilium quæ pro nobis Christus in passione fecit, sed omnium mirabilium, teste ps. Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator dominus, escam dedit timentibus se. Manducatio corporalis sacramentalis est in hoc, dum recogitans charitatis amore ei quod cogitat iungitur, & sic ei incorporatur: & dum incorporatur, magis ei assimilatur. Ad quod requiritur recipientis debita dispositio, quæ in verbis assumptis queritur dicēs, Adducite vitulum faginatum. De quo in presenti sermone duo dicemus. Primum, quomodo ista adductio adiuua quo admodum quo in sacramento à sacerdote adducitur, est omnium mirabilium representatio, & per consequens à nobis recogitanda, vt faginamur illa dicendo, Adducite &c. Secundum, quomodo adductio passiva est recta dispositio recipientis, ad quam habendam mittitur, dicendo, Adducite &c.

¶ Prima pars.

B E primo inter omnia mirabilia istius sacramenti diuinam potentiam concernentia hoc vnum nobis valde notandum puto, videlicet de eius benignitate in hac adductioe sacramentali, adeo, vt sicut in his quæ dicemus quæ suam potentiam manifestant, sic in hoc hic notando extollitur eius dignitas bonitas. Tum primo, quia adhuc loquente sacerdote, corpus eius aduenire postulante, non respondet voce fragili dicens, Expectate modicum, nam & ego veniam: sed illico facto efficaci suam adhibet presentiam dicens, Adsum. Tum secundo, quia non raptim suam exhibet presentiam, quemadmodum legitur suis discipulis post resurrectionem apparuisse, ac ipsis sensum in eum figere volentibus subito disparuit. Non sic in isto mirabili sacramento se exhibet, sed recipiendus expectat. De qua exhibitione constanti inquit. Vobiscum sum vsq; ad consumationem sæculi, scilicet sacramentaliter. Et se recipientibus digne, vitam æternam promittit, dicens, Ioannis. Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum. Verum tamen inter mirabilia & beneficia quæ Deus ab initio vsq; ad hæc tempora pro nobis fecit, ex-

hibuitque, omnia reducuntur ad tria. Videlicet ad beneficium creationis, ratione cuius debet esse in nobis magna humilitatio & timor reuerentialis, quod est requisitum in vera receptione huius vituli. Similiter beneficium redemptionis, ex quo magna gratitudo & charitas in nobis debet esse, quod etiam requiritur. Tandem beneficium iustificationis & glorificationis, ex quo magnum desiderium illam habendi insurgere debet in nobis. ¶ Primum beneficium & mirabile pro nobis operatum hic recolitur, quantum ad eius initium, medium, & finem. ¶ Primo quo ad initium, scilicet quod est creatio. Patet. Nam quod hic operatur est, quod ante consecrationem in illo pane non existeret sub illis accidentibus corpus Christi, & nil eius ibi erat: sed pro latis verbis consecrationis à sacerdote rite ordinato, debitam intentionem habente, super debitam materiam, substantia panis virtute diuina suo signo efficaciter assistente, nullo ad hoc compellente: definit esse secundum se & quodlibet sui, manentibus accidentibus solum: & succedit in instanti ibi verum corpus Christi, & incipit (non simpliciter sed ibi) & hoc sola sua voluntate. Nunquid hoc est possibile? Immo sicut virga Moysi conuersa est in alteram naturam, scilicet serpentis, ex hoc sequitur memoriale esse beneficij creationis. Nam nemine nostrum in rerum natura existente, anima in instanti adeo creatur, vt sit in corpore, nulla motus necessitate, nisi quia voluit: quia nec indigebat creaturis vt ab eis aliquod commodum haberet, cum sit sibi sufficientissimus, vt ps. Bonorum meorum non indiges. Nec aliquod delectabile bonum inde sequitur, cum sit fons omnis felicitatis in quo beati delectantur, siue quo nulla est delectatio. ¶ Delectationes in dextera tua vsq; in finem. Causa ergo creationis est sola gratuita Dei voluntas, vt nobis sic sua dona communicaret. Ideo indigebat nobis, pro nobis. Sicut sol indiget radio, vt lumen communicet, & fons riuulo. ps. Scitote quoniam ipse est qui fecit nos, & non ipsinos. Et ps. Manus tuæ fecerunt me & plasmauerunt me. Ex quo magna gratitudo & humilitas in nobis insurgere debet & obedientia, in recognitione huius tanti beneficij. Quoniam si equus recognoscit puerum portatorem cum filo quocumq; vult, cum illum non fecerit, quid tenetur homo erga suum factorem? ¶ Secundo quo ad medium creationis & finem. Tum, quia in isto diuino sacramento & tali transsubstantione non est annihilatio proprie panis quantum ad omnia (licet

De adductione secunda vituli faginati. 118

fit quo ad substantiam panis) sed conseruatur species, quæ non innituntur alicui subiecto: quia non in pane, cum desijt: non in aere circumstante, quia non est simul cum accidentibus, sed ipsis cedit: non in corpore Christi, quia cum sit gloriosum, non est receptiuum aliquorum accidentium. Ideo corpus Christi ibi nec saporosum nec album &c. Sunt igitur illa accidentia sine subiecto, & innituntur & conseruantur immediate a deo. Similiter non est ibi annihilatio, cum succedat ibi alter terminus illius mutationis sacramentalis, videlicet corpus Christi. Immo & aliquid melius, quia corpus gloriosum. Et melius quolibet corpore, ex quo refectio spiritualis. Item melior anima, ex qua redemptio. Melior res omni re, scilicet diuinitas, ex qua gloria. De quibus Christus, Ego sum panis viuus qui de coelo descendi. Vbi illa tria tangit. Ex quibus in tali receptione debemus in memoriam reducere alia duo pertinentia ad creationis beneficium, videlicet conseruationem. Quia non solum creati sumus à Deo: sed mirabile aliud additur beneficium, quod est ipsa conseruatio in esse. De quo Augustinus dicit, quod omnia redigerentur in nihilum, nisi à Deo manerentur. Quod certe non minus est, quod ipsa creatio. Vt Scotus optime deducit, non minus teneri Deo pro quolibet vitæ nostræ momento, quod pro ipsa creatione. Similiter recordari debemus ex hoc quod si creati sumus, & sic conseruati à Deo, hoc non est vt sic maneamus: sed vt ex bonis operibus melioremur in gloria, quæ finis nostræ creationis & conseruationis est. Potest hic formari repræhensio de tepiditate nostra in bonis operibus, & de oblivione ac si ad cælum non essemus creati, dic vt expedit. Ideo dicit, Adducite, scilicet ad memoriam vestram, vitulum faginatum. ¶ Secundum beneficium principale est redemptionis, de quo istud sacrosanctum sacramentum est memoriale. Tum primo, quo ad initium eius. Nota, quod illa accidentia sic continent corpus Christi, vt quocumq; transferantur accidentia, concomitatur Christi corpus. Vnde (vt dicit Gabriel in. iij. distin. x. q. v. nica. conclusione. x. & super canonem missæ lectione. xlvij. & in sermone de corpore Christi) & si sacerdos portas vel leuans sacramenti species leuet & moueat locatiter: non tamē virtute sua naturali mouet corpus Christi, quia vires eius ad hoc sunt improporcionabiles secundum modum secundum quem est in eucharistia: sed miraculose virtute diuinitatis, aut animæ mouet se immediate, vt dicit etiam Scotus

distin. x. Hoc enim significat, vt memoremur initium & principium beneficij redemptionis nostræ solum fuisse diuinam voluntatem, nullo compellente nec mouente ad nos redimendum, nisi sola Dei charitate. vt apostolus. j. Io. iij. Propter nimiam charitatem qua dilexit nos Deus, misit filium suum &c. Hinc mirabatur Pilatus si iam obiisset, quasi illate poenæ (& si lætales fuissent) non tamen vitam in tam breui extorsissent, nisi voluntarie eam deposuisset. Et hac etiam ratione latronibus, vt breuius morerentur, fregerunt crura. Ad Iesum autem cum venissent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura &c. Causa huius fuit, voluntaria animæ & vitæ depositio. Textus insuper dicit, quod cum clamore valido expirauit. Quod non est in homine morte naturali moriente, & vi illa illata, sed illius, qui voluntarie moritur. Hinc centurio vidēs quod sic clamans expirasset, inquit, Vere filius Dei erat iste. Ideo glo. emisit spiritum. Nullus enim habet potestatem emittendi spiritum, nisi conditor animarum & spirituum. Ex quo patet, quomodo insurgere debet in nobis magna gratitudo. Quia si pro nobis voluntarie moritur, rependere debes, voluntarie pro illo pati. Secundo quantum ad huius beneficij medium est notandum, quod quando sacerdos frangit illam hostiam in tres partes, hoc maxime ponderandum est, quod illa fractio significat Christi passionem. Partes vero fractæ (in quarum qualibet idem corpus Christi manet) significat eos, pro quibus iste vitulus passus est, vel ad patiendum venit. Patena vero, quæ concurrat in ista fractione, amplitudinem charitatis Christi patientis designat. De primo namque sunt multæ figuræ & prophetiæ, vt de scissione in frustra sacrificij legalis. ps. Foderunt manus meas, & pedes meos, & diuenerunt omnia ossa mea (quæ relinquuntur pro sermone passionis.) Similiter ibi dicemus de amplitudine charitatis, qua patebatur. De tertio vero, scilicet ad partes ad quas applicatio passionis se extendit. Sunt enim tres particule cum indiuisibilitate corporis Christi (licet accidentia illa diuidantur.) Vna designat laudem & gratiarum actiones, quæ beati in cælo ipsi Christo reddunt ex tanto dono eis concessio, quo illam gloriam adepti sunt, dicentes illud Apoca. Redemisti nos Deo in sanguine tuo ex omni tribu, lingua, & natione &c. Altera vero designat eiusdem virtutem, applicatam viatoribus in suo labore & viagio confortatis. Alia tandem designat suffragium, quod ex hoc ipsis animabus in

Psalm. cx.

C

Psalm. xv.

Psalm. xv.

Psalm. xcix.

Ps. cxviiij.

Lucæ. xxij.

Ioannis. vj.

Ioannis. vj.

Augustin.

Scotus.

D

Gabriel
biel.

Scotus.

Ioan. iij.
Marci. xv.

Ioannis. xix.

Glo.

Psalm. xxj.

Apoca. vj.

Septima clausula. Sermo. xlii. in coena domini.

Lucas. xj. purgatorio existentibus prouenit. Quod figuratur in illo amico tres panes pro amico venienti de via comodate. Hic amicus noster Christus est, vt ponant sacerdotes ante fidem poenitentem venientem de via addomum paternam tria ista suffragia, scilicet laudis, redemptionis, & supplementi. Ad hanc inuitat sponsa in canticis memoranda. **Cantico. v.** dicens. Canticorum. v. Aperi mihi soror mea, per carnis assumptionem: amica mea, per tantorum beneficiorum collationem. Aperi in mentem suscipiendo, & in memoriam per dilectionem. Quia caput, scilicet diuinitas (qua te creauit conseruauit, quia caput Christi Deus) plenum est rore, scilicet conferendo ista mirabilia. Et cincini mei, id est humanitas diuinitatem velans (qua te redemi) guttis nocturnis, id est effusione sanguinis guttarum, quas factus in agonia in nocte sudauit, significantes diuersam applicationem virtutis passionis eius necessariam ad tuam redemptionem. ¶ Amplitudo vero charitatis, qua pro nobis passus est, significatur in diuisione facta in ampla patena, quae tam intensa & extensa fuit, quae licet secundum Doctores minima sanguinis & sudoris Christi guta suffecisset ad nostram redemptionem, ratione dignitatis suppositi diuini: nihilominus tantum & totiens sanguinem fudit, & totum etiam post mortem: vt latitudine charitatis, qua pro nobis patiebatur, ostenderet: vt ex generalitate & totalitate effusionis, quae tantum cognosceremus dilectionis. Finem vero huius redemptionis, beneficium, videlicet remissionem peccatorum, dicemus, cum de lotionem in pelui sermone sequenti tractabitur. O igitur fideles, adducite vitulum saginatum per istorum beneficiorum recordationem significatorum in sacerdotum adductione actiue: vt passiuè adducatis, videlicet recipiendo cum huiusmodi recordatione spiritualiter, quam in praesentibus verbis adduci iubet. Et tantum de primo.

¶ Secunda pars.

E secundo de particulari spirituali adductione huius benedicti vituli, sequemur modum receptionis illorum de Hierusalem, eundem vitulum ad cibatorem generalem venientem. Pro quo est notandum (secundum quod pulchre deducit beatus Bernardus in quodam sermone de Euangelio aeterno) quod omnes de necessitate salutis tenentur ad huius vituli passiuam istam adductionem seu receptionem ab illis, ad minus spiritualiter. Quia hoc est in corporari, & Christo vniri tanquam legitimum

membrum suo capiti per gratiam, & in illum transformari. Vnde ista spiritualis manducatio obligat ad perceptionem huius sacramenti, & includit desiderium & votum. Nam secundum aliquos confessus tempore statuto ab Ecclesia, & obligatus tempore statuto sumere Christi corpus: & tamen non est dispositus, tenetur iterum confiteri &c. vt talis spiritualis receptio fiat. Verum istud dictum canonistarum videtur, quae si veritatem habeat, super illud verbum (non est dispositus) debet fieri distinctio. Videlicet, quod si ista dispositio velit dicere quod non habuit propositum communicandi vt Ecclesia praecipit suo tempore statuto: illa prior non fuit confessio: & credere cum illis teneri ad reiterationem. Si vero habuit propositum illud, postea non impleuit, peccauit ex transgressione praecipit nouo peccato, & de illo tenetur confiteri, non autem iterare priorem. Saluo tamen meliori iudicio, etiam si Ecclesia hanc vituli saginati receptionem non praecipere: ex Christi praecipito obligatur, vt sibi salus asfit, vt patet Ioannis. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Et Matthaei. Hoc facite in meam commemorationem. Et hic modus dicendi videtur esse sancti Thomae. Verum est, quod quo ad rationem vsus istius praecipit subest Ecclesiae potestati ipsa eius declaratio, sicut & aliorum quo ad temporis determinationem, & aetatis, & loci. Nam secundum diuersitatem temporis, variatus fuit vsus eius. Nam in primitiua Ecclesia, quando in hominibus deuotionis erat feruor, quotidie fiebat ista receptio, vt patet Actuum. ij. Item minuente feruore, quolibet die dominico. Item magis frigescente, tertio in anno, scilicet in resurrectione, pentecostes, & natiuitate domini. Item ad vltimum semel in anno Ecclesia de necessitate declarauit & praecipit. Vt tamen modo non refrigerit in aliquibus charitas, immo non sit extincta, vt plures trahant anni in quibus in illo iste vitulus non adducatur. ¶ Ex quo sequitur obligatio patrum familias inducendi vijs quibus possunt familiam suam ad huius receptionem. Tum ex praecipito charitatis, qua proximum sicut seipsum tenentur diligere. Tum, quia familiae suae tenentur providere etiam de cibo spirituali. Verum de pueris suis videretur stare debere dicto Alexandri de ales, dicentis, quod standum est arbitrio boni viri, pensantis in puero discretionem, deuotionem, & aetatem. Aetatem quidem, decem, vel vndecim annorum. Discretionem vero, vt sit doli capax, & sciat

De adductione secunda vituli saginati. 119

discernere istum cibum spiritualem ab alijs cibis materialibus. Deuotionem tandem, quae ex signis comprehendi potest, quia facit reuerentiam ei, recolligit se, vel huiusmodi. ¶ Abstineret autem ab ista receptione aliquando licite contingit, ad tempus, & ad confessoris consilium. Tum primo, vt ille qui diuturno tempore stetit in notorio & publico peccato, de poeni. dist. j. ca. in actione. Debet enim primo apparere aliqua emendationis signa ante communionem, vt caeteri non scandalizentur, vt sunt histriones, magici, publicae meretrices, lusores, ruffiani, publici vsurarij, fornicarij publici, homicidae partiales: & secundum grauitatem vel diuturnitatem criminis, debet consilium talis abstinentia. Horum autem causa est. Tum propter reuerentiam tanti sacramenti. Tum, vt probetur vera eius conuersio, & praesumptio illa, qui semel est malus &c. extinguatur. Tum, vt ne proximus (qui intima cordis non scrutatur) scandalizetur. ¶ Hoc ergo supposito, prima dispositio in adducendo passiuè hunc vitulum, ponitur ab illis, qui supradictam receptionem hierosolymis fecerunt, videlicet illi, qui praecedebant, vestimenta sua sternebant, & subtus pedes animalium posuerunt. In quo denotatur veteris hominis expoliatio, vt Apostolus, Spoliates veterem hominem cum actibus, & oportet induere nouum, qui secundum Deum creatus est. Vtens hominis expoliatio & corruptio, est desinitio a peccatis, & occasionibus eorum (vt Scotus in. iij. dist. ix. inquit vt supra etiam vidimus.) Quod non sufficit cessare ab actu peccati interiori & exteriori, remanente post pascha voluntate iterum reuertendi: quia & si non actu, voluntate tamen adhuc peccat. Exemplo arborum, quae ratione dulcedinis temporis incipiunt prorupere in gemas & flores: adueniente tamen frigore, in vna nocte illi flores cogellantur. Sic contingit peccatoribus, quod dulcedine praedicationis,

vel alias, conteruntur, confitentur, &c. sed modico interueniente impedimento vel occasione occurrenti, desinunt communicare. Exemplo etiam Petri, qui caesectus feruore societatis & conuersationis Christi dicebat, Si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Matt. xxvj. Tamē, quia frigus erat, calefaciens se negauit. Exemplo tadem istorum de Hierusalem, qui post tantum impium honorem, illico contumelias & alia in eius offensam parauerunt. Oportet ergo spoliari ab his, vt digne iste vitulus recipiatur. Hinc caueat sibi offensas & odia retinētes, non restituētes, plura beneficia absque legitima causa retinētes. Oportet enim ab his spoliari. ¶ Secunda dispositio fuit aliorum, videlicet comitatum, vt discipuli in omnibus obsequētes ex deuotione ad ipsum. Sic in huiusmodi adductione debet comitari deuotio, quae consistit in quatuor. Tum primo, in discreta examinatione conscientiae, nullum angulum in discussum dimittendo, quasi ex hoc mundo ad patrem transiturus, vt Apostolus inquit. Probet autem seipsum homo, vt sic de pane illo edat, & de calice bibat &c. Nam aliter susciperet digne iudicium de tanta indigna receptione. Tum in puritate animae, vt voluntas semper sit parata obsequēdi Deo in omnibus actibus suis. Tum tertio, in debita reuerentia, tantum dominum in hospite recepturi, adornando animae thalamum. Tum quarto, in meditatione deuota. Quia secundum Ambrosium iste cibus non vadit ad ventrem, sed ad mentem. Ideo mens illum masticare debet, eius bonitatem recogitare, ipsiusque maiestatem, sui ipsius indignitatem, etiam dicendo, Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum te ipsum sic communicando mihi: sed tantum dic verbo, quo omnia creati sanabuntur anima mea, hic per gratiam, & in futuro per gloriam. Ad quam nos perducatur Christus Iesus, qui cum patre & spiritu sancto viuunt &c.

Sermo quadragesimus tertius in coena domini.

De indigna malorum huius vituli receptione. Sub isto themate.

¶ Iuda, filium hominis osculo tradis? Lucas. xxij. cap.

G Argumentum sermonis. Ria verba praesentis thematis ponderanda videntur in praesenti, eiusque significatum accipiendum. ¶ Primo osculum, quod in sacra scriptura est signum intrinseci amo-

ris, vt sponsa Canticorum verbi incarnationem (quae immensum Dei patris amorem & charitatem ostendit) osculo comparauit, dicens, Osculetur me osculo oris sui. Nam sicut ex coniunctione duplicis oris constat osculum, sic ex coniunctione

Septima clausula. Sermo. xliii. in coena domini.

& vnione verbi aeterni procedētis ab ore paterno, & humanitatis constat persona Christi & ipsa incarnatio: quod fuit signū maximi amoris Dei erga genus humanum. Sic mos erat discipulorum, vt pluries magistrū oscularentur: maxime dum aliunde veniebant, vel adiuicem recedebant. Applicādo igitur hoc ad propositum. Tria gesta operatus est Christus in isto die circa discipulos suos, significātia sumptionem huius diuinissimi vituli in eucharistia, quae fuerunt signa maximi amoris & ineffabilis dilectionis, quae osculum dici possunt. Primum fuit esus agni paschalis, significans agni Christi sacramentalem esum: quem desiderio desiderauit cum illis māducare, anteq̄ pateretur. In quo notatur modus debitae receptionis huius vituli. Secundum gestum fuit lotio pedum ipsorum post coenam, significans munditiā requisitam ad hanc receptionem. In quo etiam significatur quidam mirificus charitatis & amoris effectus circa mūdationem macularū animae. Tertium gestum fuit communicare suum corpus sacratissimum & sanguinem preciosum ipsis discipulis. In quo significatur amorosus profectus bonis & salubriter communicantibus ac recipiētibus hunc vitulum. Osculum igitur eucharistiae sacramētum dicitur ratione huius triplicis amoris effectus. ¶ Secūdo filius hominis accipitur pro persona Christi cōtēta in hoc diuino sacramēto, quae antonomatice dicitur filius hominis ratione excellentiae supra alios. Sicut dicitur frequēter in euāgelio filius hominis ratione cōtentorum in illo (quae sunt excellētiora omnibus qui fuerunt, sunt, vel erunt) vt puta vera caro omni corpore nobilior, quam spiritus sancti manibus de purissimis sanguinibus virginis in eius utero cōstat esse formatam. Item anima omni creato spiritu gratuita perfectione sublimior, cui nō est datus spiritus ad mensuram. Item diuinitas fontana totius boni, à qua omne datum optimum, & omne donum perfectum descēdit. ¶ Tertio per Iudam intelligitur quilibet christianus indigne istum vitulum in sacramēto recipiens, significatus per illum fictum Iudam. Ideo in quolibet horū trium gestorum fit de ipso Iuda specialis mētio. Nam in primo dicitur, quod ipse illū traditurus esset, in cuius signum bucella panis data est, in cuius sumptione dicitur Satanam in ipsum intrasse. In secundo etiā dicitur (vos mundi estis, sed non omnes.) Et intelligitur de Iuda, dicente hoc ipso Euangelio. In tertio tandem dicitur ecce manus tradentis mecū est

in mensa. Et etiam dictum fuit ei. Quod facis, fac citius. ¶ Qui ergo recipit indigne istum vitulum faginatū, abutitur isto signo maxime dilectionis triplicis in osculo significato, quod est filius hominis: & in hoc imitatur Iudam. Ipsi ergo recte uerba assumpta diriguntur (Iuda, filius hominis osculo tradis?) Quasi dicat, Ad hoc iniquitas tua prolongatur, vt in isto signo maxime dilectionis & amoris rem tam dilectam & preciosam, quā pater ad tuum conuiuium preparari iubet, velut alter Iudas in tui damnum & condemnationem suscipias? Ideo in praesenti sermone ista tria declarabuntur. Primum, quomodo mali Christiani indigne recipientes hunc vitulum diuinum non seruantes modum sumptionis eius, significatum in sumptione agni legalis: comparantur Iudae bucellam panis in tinctū suscipienti, & recte dicitur, Iuda filium hominis osculo &c. Secundum, quomodo mali christiani non habentes munditiā, significatam in illa lotione pedum: suscipientes tamen hunc vitulum sacramentaliter, comparantur indignitati Iudae ipsum tradentis. Ideo dicitur, Iuda &c. Tertium, quomodo mali Christiani non seruantes ceremonias à Christo in cōmunionem sui corporis discipulis seruatas, recipiūt in suā perniciem vt Iudas. De quo dicitur, Iuda, filium hominis osculo tradis?

¶ Prima pars.

DE primo, vltra ceremonias comedendi agni paschalis obseruatas & praecipuas sunt quatuor. ¶ Primo, quod non comederent illum apodiat, nec sedetes, sed erecti. Quoniam nemo debet hunc vitulum suscipere, nisi sit erectus à peccati curuitate, & vitae praeteritae malae depositione, & per veram cordis contritionem, & oris confessionem. Et ratio Scoti est, Quoniam nō solum debet reconciliari peccator Deo, sed etiam Ecclesiae: quorum primum fit per contritionem, alterum vero per confessionem, & sacramentum unitatis postea recipere. Similiter debet esse erectus à sumptione alicuius cibi corporalis, vt sit ieiunium naturae: taliter, vt nil per modum cibi sumptum sit illo die, nec etiam medicina, & alicuius extrinseci ad stomachum emissi (vt vult Scotus distinct. viij. quarti. q. iij.) Dixi notanter ieiunium naturae: quoniam non sufficit ieiunium Ecclesiae, in quo sine eius violatione possunt sumi medicinalia. Dixi etiam per modum cibi. Nam secundum Durandum intelligitur in hoc quaelibet res, quae nutrire potest. In cuius signum Apostolus in epistola hodierna ar-

De indigna receptione vituli faginati. 120

guit eos, qui ebrij acceperunt. Tandem debet esse erectus & non prostratus aliquo canonico impedimento, scilicet excommunicationis, aut suspensionis, aut interdicti (quae cōmuniter pronunciantur in parochijs.) Talens namq; accedentes cōtra suorum superiorum prohibitionem, non est dubium, quin grauissime peccent. ¶ Secundum, quod cōmederent accinctis lumbis. Per quod significatur munditia à carnali delectatione per continentiam. Dicit enim Ambrosius super illud. Luce, Sint lumbi vestri praecincti. Lumbos enim praecingimus, cū carnis luxuriam per continentiam coarctamus. In cuius figuram cum Oza tetigisset arcam, quia illa nocte cum propria coierat vxore, à domino percussus fuit. Si ergo ille percussus, quia cū propria: qua percussione dignus erit, qui cum aliena? Si ille quia tetigit solum: quid qui sumit? Si ille qui ligneam tetigit arcam: quid qui verum Christi corpus? Formetur reprehensio ad concubinos. ¶ Tertium, quod haberent pedes calceatos. Designatur munditia in affectu & voluntate circa terrena. Calceamenta fiunt de pellibus animalium mortuorum. Sic restitutiones rerum temporalium, renunciationes, eleemosynarum largitiones, debent fieri ad exemplum illorum, qui propter Christum similia fecerunt. ¶ Quartum, quod haberent baculos in manibus. Significat firmitatem fidei, & rectitudinem in credendo. Quia nisi baculo fidei affigatur quis: crescere poterit ventus scrupulorum, & flumen phantasmatum. Hinc ab ista receptione huius vituli excluduntur serui (vt in esu agni,) scilicet serui adhuc peccato. Similiter in circuncisi, id est non abstinētes à vanis & superfluis. Tandem mercenarij, id est illi, qui cōmunicant ratione poenae taxata & infligenda. Sic etiam hac ratione celebrātes solum mercede pecuniae. ¶ Horum autem indignae communicantium & recipientiū indignitatem ostendit, in Iuda. Nam cum dixisset, quod vnus illorum illum traditurus esset, omnes admirati sunt, ac in stupore cōuersi, alterutrum se respicientes, eo quod quilibet illorum (praeter Iudam) sentiebat se totaliter firmatum in contrario dicti Christi. Et quilibet de suis socijs sicut de seipso sentiebat: nihilominus propter firmitatem verborū Christi magis credebant dicto eius, quam suis conscientijs, Ideo haesitabant. Hinc euangelista dicit, quod Petrus annuit Iohanni, Ioannes etiam quaesuit quis esset. Christus protulit illum esse, cui panem intinctum porrigeret, quem & Iudae dedit. Quem

praenimia turbatione non intellexerunt. Dicit tamen textus, quod accepta panis bucella intrauit Satanus in Iudam. Intrauit siquidem non de nouo, cum Christum iam vendidisset. Nec per corporis vexationem, cum non legatur fuisse à dæmone corporaliter vexatum. Nec per illapsum, sicut Deus ilabitur menti creaturae: sed suggerendo consumptionem proditiōis suae inchoatae, & fortificando ipsum in cogitatione illius proditiōis: vt quasi sibi impossibilis esset regressus. Et quia ingratus fuit tanto beneficio communicationis sui corporis à Christo exhibito: datus est in potestate demonis magis quā ante. Ecce igitur (charissimi) damnū Iudae indigne sumentis, scilicet panem tinctum accipere, panem sacramentalem videlicet corporis Christi. Ipse Christus tribuit, vos autem apponitis falsamētum, vel dulcedinis vitam, vel amaritudinis mortis. Talis namq; indigna susceptio, est toxicum animae, impossibilitatem regressus faciens, & ratione huius ingratiūdis peiores iudicio Dei iusto fiūt. ¶ Hinc aliqui doctores istam indignam receptionem comparāt blasphemiae Iudaeorum, & opprobrio expuentium in faciem Christi Iesu. Quando quidem illi solam foedabant faciem, isti autē quantum in se est foedant totum corpus. Illi etiā ignoranter illud faciebant, isti autē scienter. Ideo eorū poena est induratio, & à Deo deferuntur, & à gratia (vt de manna dicitur, quod à calore solis liquaefiebat, & à calore ignis indurabatur.) Ita iste cibus salutaris, qui per calorem amoris diuini solis iustitiae liquaefieri debuit, per effectum resoluendo animā in Deum ratione gratitudinis, & per calorem ignis concupiscentiae indurare facit ex desertione gratiae, ad quod sequitur execratio, vt merito dicatur peccatori indigne recipiēti. Iuda, filium hominis osculo tradis? Et sic patet primum.

¶ Secunda pars.

DE secundo dicitur in textu, quod coena facta, & cum iam misisset diabolus in cor Iudae vt traderet eum, sciens quod omnia dedit ei pater in manus, scilicet Iudam tradentem, dæmones instigatores, & Iudaeos persequentes. Hac autem potestate vsus est Christus (vt dicit Gregorius) quia omnia ad vsus pietatis reflexit, quicquid contra se malitia seruire permit. Atq; etiam in manu Christi erant omnia, quae ad salutem pertinet. Et ita totum genus humanū in potestate Christi traditū est, quod redimere debuit. Similiter potestas eius morietis erat. Ioannis, Ioannis. xij.

Septima clausula. Sermo. xliii. in coena domini.

Si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me-
ipsum. Quod etiam subiungit dicens, Et sciēs quia
à Deo exiuit, videlicet ad redimendū: & ad Deum
vadit, videlicet per passionem. Quia ad Deum ire
L. c. xxij. c. (supra diximus) esse mori. Luca, Filius hominis se-
cundum qd definitum est vadit. Item Christus di-
citur iuisse ad Deum, quia voluntatem suā mor-
tis in gloriā Dei retulit dicēs, Si non potest trāfire
nisi bibam illum &c. fiat voluntas tua. ¶ Secundo
dicitur qd surgit à coena &c. Vltra allegorias alias,
ista surrectio aliū effectum significat amoris. Dixi-
mus supra in illa coena significari eucharistiæ sum-
ptionis modum in illis ceremonijs agni legalis: mo-
do surgit à coena, vt altiore effectum significet
in illo actu lotionis pedum pro bonis, & aliū pro
malis. In textu enim dicitur, quod misit aquam in
peluim, ad lauandos discipulorum pedes. Dicatur
tota historia euangelij cum locutione Petri, & re-
sponsione alternatiua Christi. Pro intelligētia my-
sterij proposita est notandum, qd Christus triplici
aqua discipulos lauare dicitur. Prima est materia-
lis, quam in peluim misit: in signum humilitatis no-
bis insinuando. De quo inquit, Si ego magister la-
ui pedes vestros: vos debetis inuicem lauare pedes.
Sic vtuntur religiosi in monasterijs, hoc permoti
exemplo. Secunda aqua est sacramentalis, de qua
dicitur, Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes la-
uet. Quasi dicat, Qui lotus est, videlicet aqua ba-
ptismali (per quam anima lauatur ab originali &
venialibus) non indiget nisi vt pedes lauet, scilicet
affectus à venialibus, & est mundus totus. Ex quo
elici potest ex hoc textu discipulos ante fuisse ba-
ptizatos. Tertia aqua est virtualis passionis existēs
in hoc sacramēto, qua abluuntur peccata. ¶ Pro
quo est notandum, qd ratione contentorum in illo
proueniunt diuersi mirabiles effectus in nobis. Tū
primo ratione corporis, prouenit cōmuniō cum
corpore Christi mystico, & membris eius, de quo
I. Corin. x. Apostolus. Panis quē frangimus, nonne cōmuni-
catio vel participatio corporis Christi est? Et istud
sacramentum est vnionis, pro quanto est signum
vnionis, qua omnia membra vniuntur in Christo,
& secundum vnionem in ipsum vitā habent. Ideo
Augustin. Augustinus, Sicut ex multis granis vnus panis effi-
citur, sic ex multis fidelibus vnus corpus in Chri-
sto capite vnium efficitur. Tum secundo ratione
animæ, prouenit redemptio. Nam oblatione illius
animæ, qua obtulit suam passionem ipsi patri pro
nobis, & in qua illa tristitia vsq; ad mortē assu-

pta est, (de qua dicemus ista nocte) redempti su-
mus. De qua Christus, Maiorem hac dilectionem Ioānis. xv.
nemo habet, vt animā suam ponat pro ami-
cis suis. Tum tertio ratione diuinitatis, prouenit
æterna beatitudo, ratione cuius istud sacramentū
est pignus gloriæ. Pignus tātum valere debet, sicut
cuius est pignus. Tum quarto ratione sanguinis,
lauatio animæ, & peccatorum remissio (quæ fit in
sacramento poenitentia.) Ideo Christus, Sanguis Matt. xxv.
qui pro vobis & pro multis effundetur in remissio-
nem peccatorum. Et Apostolus, Si sanguis tauro-
Hebræ. ix.
rum aut vitulæ aspersus emundat in sanctificatio-
nem: quanto magis sanguis Christi emundabit con-
scientias nostras: ¶ Ex quo Doctores dicūt, qd du-
plex fit peccatorum remissio. Vna in sacramento
poenitentia, videlicet de his quæ sunt in consciē-
tia virtute contritionis: quæ denotatur in effusio-
ne sanguinis Christi è latere eius. Altera in sum-
ptione huius sacramēti, denotata per aquam, quæ
de latere Christi fluxit. De qua Ioannis, & conti-
nuo exiuit sanguis & aqua. Et pōdera verbū (con-
tinuo.) Super quo Chryostomus, Cum accesseris
ad tremendum calicem sic accede, quasi ex ipsa
costa bibiturus, eundemq; fructum percepturus.
¶ Ex quo inferūt lotionem à diuersis peccatis fie-
ri in sumptione huius sacramēti. Tum primo in
quantum sacramētum fit lauatio à venialibus, ex
quo dicitur panis quotidianus. Hinc Ambrosius S. Ambro.
quotidie offertur, quia quotidie peccamus. Cuius
dimissionis quantitas (secūdum Thomā) sumitur S. Thomas
secūdum deuotionē, offerentis vel fumentis. Tum
secūdo fit lauatio à mortalibus. Non quæ sunt in
conscientia fumentis (quia de his secūdum Apo-
stolum fit reus ipse recipiens. Et ps. Fiat mēsa eo-
rum coram ipsis in laqueum) sed fit quantum ad
mortale oblitum, vel quod memoriā aufugit. Simi-
liter quod ignorantia inuincibili & non affectata,
ignorat esse mortale. Etiam mortale, de quo non
est sufficiēter contritus, & hoc ratione consequen-
tionis gratiæ sacramentalis. Tandem in quantum
istud sacramentū est sacrificium: fit quandoq; la-
uatio à mortali recordato, scilicet impetratorie,
& indirecte. Vt de oratione sancti Stephani dici-
tur, qd meruit Pauli conuersionem. Multo magis
hic, nam ex parte operis operati maius sacrificium
est, quocūq; alio. Vltra hoc oratio etiam ministri
(qui in quātum Ecclesiæ minister est) multum im-
petratoria est. Ex quo consilium sumendum esset
pro his, qui non possunt habere displicentiam de

De indigna receptione vituli saginati. 121

peccatis (vt cupiunt) videlicet vt hoc sacrificium
faciāt continue offerre pro se, vt dolor atq; emen-
da eis impetretur. Postremo mortalia futura fa-
ciendo cauere, vt sacramentum. vt Christus in-
quit, Si quis manducauerit ex hoc pane, non mo-
rietur in æternum, scilicet mortaliter: quia robo-
rem præstat fumentibus, & ita medicina & cibus
est, vt non moriatur, scilicet præseruando: nō tol-
lendo liberum arbitrium, sed illud fortificando.
Quod verum habet in digne fumente. Nam in al-
tero, velut in Iuda, mortem & animæ toxicum ge-
nerat. ¶ Quantum autem ad relaxationem poe-
næ istud sacramentum vt sacrificium, nulla maior
oblatio satisfactoria esse potest: quia efficaciam &
effectum habet non solum ex parte offerentis, &
illius pro quo offertur: sed etiā oblati. scilicet Chri-
sti, ideo summum remedium est, & pro relaxatio-
ne poenæ. Vnde licet in quantum sacramentum
principaliter ordinetur ad nutritionem & roborā-
tionem spiritualementis: tamen in quantum sa-
crificium maxime iuuatiuum est ad satisfactionē.
Matt. xxvj. Quod vt trumque tetigit Christus. Qui pro vobis,
scilicet offerentibus: & pro multis, scilicet pro qui-
bus offertur: in remissionem peccatorum, scilicet
mortalium (modo dicto) & poenarū effundetur.
Ecce ergo aquam in peluim ad abluenda peccata,
supposita poenitentia, designata in sanguine. Nam
peluis eucharistia est hæc continens. ¶ Verum
quia fumentes hoc diuinum viaticum aquam quæ
mundificatiuam conscientia, conscientiam mul-
tiplicem habere possunt: aut timorofam, timendo
videlicet se esse adhuc in mortali crimine (quem
oporteret prius informare, ne secundum Richar-
dum & doctores distia. ix. quarti mortaliter pec-
caret) aut temerariam, quia mortalissime pecca-
ret, sicut erat conscientia Iudæ proditoris: ideo
saluator dixit, Vos mundi estis, sed non omnes.
¶ Hinc doctores peccatum indigne & temerarie
fumentium comparāt peccato effudentiū Chri-
sti sanguinem, & crucifigentium illum. Cuius simi-
litudo est, quia illi innocentem dominum pro om-
nium salute sese offerentem maliciose occiderūt,
in proprium eorum interitum & condemnatio-
nem: & sanguinem & aquam ex charitate fufurū
ex propria iniquitate fuderunt: ita indigne com-
municantes memoriale passionis eius in expiationem
& lauationem peccatorū institutum à Chri-
sto, quantum ad seipsos euacuant, non diligendo:
sed in eorum perniciem contemnendo, dicentes;

Sanguis eius sit super nos, id est contra nos, & sit per
filios nostros. Quod experientia compertum
cernimus (si hystoria fides adhibeatur) cū & ipse
Pilatus seipsum interfecit, & Herodes à vermibus
legitur consumptus. Et in primitiua Ecclesia, qui
publicæ indigne cōmunicabant, morte subita mo-
riebantur. Vtinam in his temporibus hæc inflige-
retur poena indigne communicantibus (vt tunc
contingebat vt Apollolus dicebat, Ideo inter vos
Corin. xij.
dormiunt multi, scilicet subito) & non perirent cū
Iuda. De quo verba assumpta, Iuda, filium homi-
nis osculo tradis?

¶ Tertia pars:

DE tertio dicitur in textu, quod cœnanti-
bus illis accepit Iesus panem & c. & com-
municauit eos: non excludēdo Iudam
traitorē, & indignum. Quod certe mirum vi-
detur cur hoc fecerit, eum & ipse præcipere san-
ctum non dari debere cambus: maxime cū & præ-
sciret (vt supra diximus) diabolum in traturum in
ipsum, atq; illum peiorari. Dico quod & bonitate
sua hoc fecit. Tum primo, quia licet proditionem
ipse sciret, non tamen à pignore amoris illum ex-
cluserit, vt amore ostenso, à peccato & proditione re-
uocaret. Ex hoc deberent attēdere indigne hunc
vitulum saginatum recipientes, vt illa receptio nō
eos induret: sed ad emendationem prouocet, dum
sciens Deus suam indignitatem se ab illo (& si in-
digne) sumi permittit. Tum secundo, quia prædi-
cendo suam passionem ei (quæ alijs occasio tristi-
tiæ & doloris fuit) etiam sui & aliorum dolore à
proditione reuocaret. Tum tertio, vt prædicendo
poenam huius scelerati criminis, dicens, (Vx ho-
mini illi, per quem filius hominis tradetur: & bo-
num erat ei si natus non fuisset homo ille) etiam
à traditione ipse respiceret. Tum quarto, vt oc-
casione tolleretur, ne ex denegato sibi hoc sacra-
mento, occasionem malefaciendi fumeret? Ideo
prouide ab Ecclesia institutum est, vt peccatori-
bus occultis (etiam si impoenitentia eius à sacerdo-
te nota esset) cōmuniō non denegetur. Secus in
notorijs. Ideo licet Iudas esset canis, quia non no-
torius nisi soli Christo, sanctum tradere non de-
negauit. Quod certe notare deberent peccatores
sic indigne fumentes, quod si non punit (vt in pri-
mitiua Ecclesia) ideo fit, vt amore nobis osten-
so, reuocemur à mala vita, & occasio detur emen-
dandi in posterum.

¶ Ex quo patet, quemadmodum Christus hanc indignitatem fumens notauit dicēs, Ecce manus tradentis me cū est in mensa: quando quidem istorum ingratitude, ingratitude Iudæ comparatur. Nam sicut ille signum pacis & amoris gerebat exterius: quod interius in pectore non habebat, de quo Christus conquerebatur dicens, Iuda, filium hominis osculo tradis: sic indigne accedēs, contemptor est Dei, & fictus Iuda. Et potissime accedentes ad monasteria, & ad alienas parochias maxima cum instantia sibi mortem & toxicum procurantes: quibus aliud non deficit, nisi ut sicut Iudas abeant, & laqueo se suspendant. Quam ingratitude ipse regius Propheta. Psalmus tangit, Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique: & si is qui oderat me super me magna loquutus fuisset, abscondissem forsitan ab eo. Tu vero homo vnanimis, homo pacis meæ (scilicet gaudendo pacifica conuersatione) dux meus (scilicet

Psal. liii.

licet ratione officij procuratoris & prouisoris collegij apostolici) notus meus (scilicet per apostolatus electionem) qui edebat panes meos (scilicet in familiaritate) magnificauit super me supplantationem (quasi magnis vocibus tradendo) videlicet dicendo, Quemcūque osculatus fuero, ipse est, tenete eum. Ex quo libeat (charissimi) resolute conditiones huius receptionis considerare, videlicet quia agnus innocentissimus est, recipiendus est cum munditia cordis: quia aqua lauans, cum magna diligentia: quia vero viaticum omnibus se tribuens, cum gratiarum actione: ut ratione primi, ad tantam receptionem dispositi inueniantur: & ratione secundi, effectum lauationis peccatorum recipiant: & ratione tertij, sit eis viaticum roborem præstans: hic gratiæ, & in futuro gloriæ. Ad quam nos perducatur ipse Christus Iesus, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat in secula seculorum. Amen.

Sermo quadragesimus quartus. Feria sexta

IN PARASCEVE. DE OCCISIONE HVIVS vituli, & Christi passione. Sub isto themate.

¶ Occidite vitulum faginatū.
Ex parabola Lucæ. xv. cap.

¶ Salutatio ad crucem.



Secundum autem in libro de causis. Omnis nouitas est causa admirationis. & omnis admiratio causa interrogationis. Exēplis hoc cōprobare possumus. Cum filij

Israel nouitatem illius cibi coelitus dati aspicerēt, admirati sunt, & ex hoc interrogantes, dixerunt. Exodi. xvj. Exodi. Han hu, id est, quid est hoc? Item virgo beatissima de nouitate annunciata ab angelo dicente, Ecce concipies in utero &c. turbata in sermone eius, & ex admiratione inquit, Quomo-

do fiet istud, quoniam virum non cognosco?

¶ Hodie ego Ecclesiam ingressus plura noua inspectus sum, quæ in admirationem me deduxerunt, ut occasio interrogandi mihi daretur. Tum primo, ex altarium denudatione, ac omnia quæ in Ecclesia erant, veste lugubri cooperta visa sunt. Tum secundo, ex cātus Ecclesię mutatione. Quandoquidem lætitiæ cantus, in lugubres lamentationes versos conspicimus, videlicet Te deum laudamus, & Gloria in excelsis Deo &c. Ecclesia horum loco dicit, Facta est quasi vidua domina gentium, & princeps prouinciarum facta est sub tributo. Plorans plorauit in nocte: & lachrymæ eius in maxillis eius. Non est qui consoletur eam, ex omnibus charis eius. Tum tertio, sonitus ille dulcium campanarum fillet: quarum loco, furdus tabularū sonitus successit. Tum quarto, sanctorum

Threno. j.

imagines (ad quas ut substitutas representatiuas sanctorum orando cōuertebamur) coopertas, ac velut absconditas, à nobis vultum auertentes habemus. Vnde hæc nouitas? Quorsum hæc mutatio? Nūquid sine mysterio in Christi spiritu sancto illustrata Ecclesia hæc orta & instituta? Minime.

A ¶ Egredienti mihi igitur ab Ecclesia, & parumper declinanti turbas, audiui fletum cuiusdam hominis desolati ac moesti. Et appropinquās locum vbi manebat, inueni hominem quendam veste lugubri vestitum, prolixam habentem barbam, oculos præ nimio fletu rubeos, præ tristitia pallidum. Cui ego, Qui tu es? Qua de re tantum ploras? Cur afflictus manes? Quid tibi infortunij accidit? Vide an tibi in aliquo suffragari possim? quando quidem cor meum compassione affligis. ¶ Qui respondens ait, O pater, non agnoscis illum, quem per totam istam quadragesimam conuersatus es? quem tua doctrina ad hunc statum adduxit poenitentialem? Ego enim sum ille filius prodigus, quem è regione longinqua peccati ad paternam domum reduxisti, quæ pater tam benigne suscepit, cui calcamenta in pedibus, anulum in manibus, & stola prima in tota anima, à patre (te ductore & instructore) data sunt, cui etiam vitulum faginatū adduci iussum est, ut spiritualiter in tanta fame reficeretur. Quid ergo (dixi) præterit in te hæc tanta tristis mutatio? quoniam quæcundam in Ecclesia vidi. Tum denudata altaria, tum lugubres cantus, tum tabularum sonos, tum coopertos & absconditos sanctorum vultus. ¶ Ego (inquit) tibi dicam, & qua de re in me ista fuit mutatio, ut Ecclesiæ matri lugubriter agenti me cōformarem. Primo ipsa altarium nudatio, nudationem duplicis vestis Iesu designat. Prima materialis, qua denudatus fuit in domo Herodis, & veste alba ibidem in signum irrisionis indutus: cum re vera ipse Dei sapientia, & puritatis & innocentie decor esset. Item illam exuentes in domo Pilati, purpurea circumdederunt ei in signum malefactoris, & ut dignus mortis, & ut eius sanguis tanquam nocens fundere retur (quem utique nostris pro reatibus fundere venit.) Item illam exuentes, ut ab omnibus ut latro & malefactor agnosceretur, propriam induerunt, dum ad caluarie montem duceretur. Item quia illam propriam etiam exuentes, ut nudus super crucem poneretur: illamque milites partiti sunt, mittentes sortem, dicentes, Non scindamus eam, sed fortiamur de illa cuius sit. Iuxta Psalm?

Lucæ. xxiiij.

Ioanis. xix.

Psal. xxxj.

Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Item vestem illam voluntarie nudauit, scilicet corpus (quod animæ vestis est) dum in cruce, inclinato capite, emisit spiritum. Quid ni si nudus incedam, cum etiam & hoc debuisse? ¶ Secundo ploro, quia omnis creatura hoc facit. Tum terra, quia mota est, & monumenta aperta sunt, & Petræ scisse sunt, sol, & luminaria cœli obscurata, quia tenebræ factæ sunt super vniuersam terram. Item plorant mulieres de Hierusalem, ad quas Christus se conuertit dicens, Filie Hierusalem, nolite flere super me &c. Item plorant Apostoli, de quibus Ecclesia, Tristes erant Apostoli de nece sui domini &c. Item plorat virgo sacratissima, quærens filium, nec inuenire valens. Item plorat Christus in horto & in cruce, ut Apostolus, Cum clamore valido & lachrymis ex-

Lucæ. xxiiij.

Hebræ. v.

Esa. xxxiiij.

Psal. xviiij.

Matth. xvj.

ps. lxxv.

¶ Quarto sanctorū imagines absconduntur & cooperiuntur. In signum, quod nobis ad illos non est locus

orationis dirigendæ ratione sentimenti passionis Christi, & diuinę iustitię rigoris, nolentis etiam in hac nocte ipsam virginem exaudire pro hac passione orantem, sed quo ad hoc habuit repulsam.

¶ Ex quo (inquit hic adolescens) nec ad ipsam hodierna die pro gratia impetranda adire debemus: quandoquidem motiua recursus, quo solebamus ad eam recurrere, hodie in ipsa deficiunt, & in cruce translata sunt.

B ¶ Primum erat propinquitatis virginis cum datore Deo, quoniam maternitatis præminentia causa erat tantę concessionis, vt patet de matre Salomonis. Verum hodie cessat ista propinquitatis, Quia (secundum aliquos) cum mater & filius correlatiue se habeant, & actualiter in uicem referri debent: sicut in illo instanti in quo filius incipit viuere vita rationali incipit esse, & dici actualiter mater: sic illo quo incipit mori vel moritur, actualiter dicitur desinere esse mater: Ideo cessat hodierna die illa propinquitatis ratio, ad minus quo ad actualem referibilitatem, & quasi ab ipsius brachijs ad crucis brachia translata est.

Ecclesia. De qua canit Ecclesia in hymno, Beata cuius brachijs sæcli pendit præcium &c. ¶ Secundo alijs autem diebus solebamus adire virginem, eo quod thesauraria erat gratiæ, & omnium donorum à nobis petendorum & obtinendorum, & illius clauem habet, tenens in suis manibus illum, de quo

Coloss. ij. Apostolus, In quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi. Alijs autem diebus indigebamus salutationis angelicę clauē, eo quod thesauri absconditi erant. Quia hodie aperti sunt, vt Psalmus, Concidiſti faccum meum &c. (Augustinus intelligit de Christi corpore aperto per eius vulnera in cruce) ideo non indigemus nec clauē nec thesauraria, sed solum mensa crucis, vbi faccus aperitur. Similiter crux clauis, vt Propheta

Esaie. xxij. Esaie, Dabo clauem Dauid super humerum eius. Ideo ad crucem debet esse recursus. ¶ Tertio alijs etiam diebus solebamus virginem adire, quia ipsa videbatur banca mercatoris: vbi positum erat precium nostrę redemptionis, vt Apostolus, Empti enim estis precio magno. Et Petrus in canonica.

1. Corin. vj. Non corruptilibus auro & argēto &c. quod certe fuit in incarnatione. Sed hodie translātū est bancum ad crucē. Tum primo ad precium recipiendum. Cum enim aliquid soluendū est alicui, vadit ad bancum, vt inde illud recipiat: sic hodie precium quod nos soluere non poteramus, ibi Christus hodie tenet, ac in cruce posuit, vt inde nobis acciperemus

quasi censuale nō solum annuale: sed quotidianū. Tum secundo ad soluendum illud. Quia licet con dignum soluere non possimus, de congruo tamen soluere ibi debemus, scilicet compatiendo. De quo Apostolus, Si compatimur, & conregnabimus. **Rom. viij.** Tum tertio ad cancellandam chartam obligationis debiti. vt Apostolus, Vos cum mortui essetis in delictis, conuiuificauit, donans nobis omnia delicta, & delens chirographum, quod aduersum nos erat decreti. Ideo ibi fuit obligatio & debitum solutum, & charta cancellata. Ideo hodierna die iuxta morem non eundū est ad virginem, sed ad crucem: cum & ipsa virgo à cruce accepit redemptionem nobis excellentiorem, videlicet præseruationis. Cum (secundum Scotum) etiam ipsa passione Christi præuisa, redempta fuit, & ita ad crucem cucurrit. Item quia & ipsa ad istud bancum crucis (& si non obligata) cucurrit & accessit. Quia teste Euangelio, Stabat iuxta crucem Iesu mater eius, vt fiducialiter & nos ad crucem ad eam, illam salutando, dicentes illud, quod ab Ecclesia offertur, genibus flexis dicēdo, O crux aue spes vnica, hoc passionis tempore auge pijs iustitiam, reisque donaueniam. Amen.

¶ Argumentum sermonis.

Vplicem in Christo passionem fuisse nulli dubium est. Alteram interiorem in anima, quæ vocatur compassio. De qua Psalmus, Repleta est malis anima mea. Et Christus illam insinuauit, dicēs, Tristis est anima mea vsque ad mortem (vt exponemus.) Alteram exteriorem in corpore. De qua Propheeta, A planta pedis vsque ad verticem capitis non erat in eo sanitas. Hinc duplex occidite oportet sumere, videlicet interius in anima (si possibilis in esset occisio) ex supereminenti tristitia, & exterius in corpore. Quorum primum (secundum Bonauenturam seraphicum) maius fuit, & tanto quanto anima excedit corpus. Quoniam compassio, quam Christus pro nobis & de nobis pertulit in anima, maior fuit, quàm passio quam pertulit in corpore. Tum primo in seipsa, Quia omnis actus pure spiritualis maioris efficacie est, quàm corporalis, vt visio spiritualis quàm corporalis, & sic de auditu &c. vt Christus Matthæi. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Dum ergo audis quod compassio Christi fuit perfectior: in-

tellige, quod magis affligebat animā. Quod Christus dicebat, Baptismo habeo baptizari, & coarctator nimis, donec perficiam illum. Ista autem coarctatio Christi ante passionem ex compassione processit. Cuncti enim morituri protrahunt mortem quantum possunt, præter Christum: qui ex dilectione sciens nos eius morte indigere, optabat ex compassione illam citius perficere. Hinc vsque ad mortem eius anima tristabatur, videlicet ex dilectione eius, vt citius nos redimeretur. Constat igitur compassionem morte esse maiorem, cum mors ex compassione sequitur tanquàm ex causa. Tum secundo maior comprobatur tempore, quoniam ab vtero matris secum egressa est, durans vsque ad crucem. Quæ in egressu Phares ex vtero matris significatur, dum filium coccineum ligatum digito tulit. Quoniam Iesus à ventre matris suæ progrediens, recordatus est redemptoris nominis: cum in cogitatione animæ suæ nobis cōpatiebatur, & ex compassione nobiscum ligabatur charitatis excellenti vinculo. Hinc quidam dicit, quod prius in ventre virginis fuimus redempti: quàm in cruce. Intellige inchoatiue vel acceptatiue, vt dicit Apostolus ad Philippenses, Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem: mortem autem crucis. Vbi bis dicit mortem, vt prima sit acceptata in ventre virginis, alia exhibita in cruce. Ibi que in anima eius compassionis crux formata fuit: quæ ex duobus lignis constat, scilicet recto & transuerso, & titulo super illam. Lignum rectum compassionis Christi vsque in coelum est ipsa compassio, qua erigere decreuit hominis lapsum vsque ad coelum. Transuersum vero, est ipsa exterior passio, quæ ei adiungitur, tanquàm consequens ipsam. Quoniam passio eius recepta fuit in compassione, vt inde veniret nobis titulus regni. Et totum illud compassio vocatur. Nam compassio dicitur passio pro alio suscepta. Et vtramque velut crucem super se pro nobis tulit, incipiendo ab vtero matris eius, vt maior esset tempore. Tum tertio maior in attingentia, ratione multiplicium obiectorum, quoniam compatiiebatur multorum. Quia quàmuis realiter non pateretur nisi à carnificibus & ministris diabolis: dum tamen pateretur, tot carnifices interius habuit, quot nos peccata commisimus. Vnde per Prophetam conqueritur. Vtrum tamen seruire me fecisti in peccatis tuis, præbui mihi laborem in iniquitatibus tuis, ego ipse sum qui deleo iniquitates tuas. Fuit enim in hoc

minister nostrę salutis, immo & cuiusque nostrū. Tum quarto maior in subiecto, quia in spiritu eius initium habuit, quoniam & in ipso affligebatur. Vnde Iob, Flebam quōdam super eo qui affligebat me. Nam teste Augustino & Scoto in tertio distin. xvij. Ad misericordiam plura requiruntur, videlicet voluntas charitate informata, miseria cognita, & actus voluntatis circa miseriā. Hæc in Christo redemptore fuerunt ab initio. Magna certe fuit miseria, quæ non potuit releuari, nisi per compassionem Dei. Hæc vt dicit Scotus in quarto distin. xlvij. q. vij. est culpa, & non poena essentialiter. Hæc (vt idem dicit) fecit redemptorem nasci miseris plenum, quia alias non suscepisset illas ab vtero matris, nisi nos culpas contraheremus à vtre nostrę matris. Ideo ps. vocat delicta sua delicta nostra, dicens, verba delictorum meorum (vtique ex compassione & passione.) Tum quinto maior merito, quia Christus plus cōpassione quàm passione meruit. Nam Apostolus. Corporalis exercitatio, scilicet passionis, ad modicum utilis est: pietas vero, scilicet cōpassionis ad omnia valet. Vnde eius mors per compassionē in agno asse, & deuorato (quem filij Israel deuorabant) figuratur. Christus enim fuit agnus innocens, assatus in compassione per charitatem internam, & deuoratus in passione exteriori, per illos, qui famem patiebantur vt carnes. Quibus dictum est, Comeditis festinanter. Quid festinātius, quàm media nocte capere hunc agnū, & in medio diei sequentis eundem totum morti tradere? Nonne agnum deuorabant dicentes. Sanguis eius sit super nos, & super filios nostros? Et hæc de interiori (occidite) sufficiant, dicens, Occidite vitulum saginatum, vt quasi ex anima saginationem pro nobis habēdam iubeat æternus pater exire. ¶ Secundum occidite, denotatur exterius in acerbissimo modo patiendi huius vituli in eius morte & occisione. Nam non satis visum est beato Luca, cum Matthæo, Marco, & Ioanne dicere, tradidit eis Pilatus Iesum caesum flagellis, vt crucifigeretur. sed ille (qui per vitulum in visione Ezechielis significatur (quoniam Christi sacrificium quo in cruce pro nobis immolatus est, per vituli holocaustum figurabatur) clarius describit breui compendio passionis Christi magnitudinem & amaritudinem nunquàm auditam, dicendo, Iesum autem tradidit voluntati eorum. Vt videlicet nedum crucifigerent: sed omnem

crudelitatis suae rabiem in eum retorquentes, omnem sanguinariam sitim, omnemque voluntatis furorem, opprobrijs, contumelijs, blasphemijs, infamia, exquisitisque tormētis, fatiarent. O inauditam à seculo crudelitatem? Nusquam patrie proditor, ciuium depopulator, latro publicus, in fratres sicarius, parentum interemptor, aut quantumlibet facinorosus, ita suis inimicis à iudice traditus legitur: vt omnem in eum suae inuidiae acuerent aculeum & stimulum: sed quos lex extremo iubet interim supplicio, modum etiam statuit interemptionis: vt quibus per iustitiam viuere non licet: saltem in occisionis modo determinato misericordia ostē datur, & nunquam iustitia à misericordia (sine qua non iustitia sed crudelitas dicēda est) separetur. Quod etiam in ipsis latronibus cum domino crucifixis actum fore comprobatur. Non enim de eis legitur quod fues baiularint cruces, nec quod flagellati, quod spinis coronati, quod iam crucifixi blasphemijs, & opprobrijs illusi, quod felle & aceto potati fuerint, & cetera huiusmodi. Solus innocens hic vitulus (cui etiam ipse traditor iudex nil causae mortis inueniens: & crucifixo pariter innocentie perhibet testimonium) nedum crucifigi iubetur: sed ipsis suis poenis modus nullus statuitur, quoniam rabidorum canum voluntati discerpendus exponitur. Hinc hunc vitulum mansuetissimum plebs illa furens apprehendit, ligat, exclamat, impellit, flagellat, spinis coronat, purpura vestit, arundine pro sceptro in manu ponit, arundine venerabile caput furiose percutit, conspuat, illudit, alapis caedit, colaphis impetit, vt regem saluat, crucem imponit, trahit, nudatum, fossis manibus & pedibus cruci affigit, erigit, erectum blasphemat, felle & aceto potat, sic mille talibus iniurijs omnem voluntatem suam inhumaniter explent, nec viuo parcere volūt, nec mortuo cum etiam iam expiratum transfigunt. Vnde hoc nisi vt sagino huius vituli tam immaniter occisi, & tractati, nos impinguemur. ¶ Huius occidite, & occisionis crudelitatem ponderare, & causas inquirere non superfluum iudicamus: causam autem semper inueniemus, vt huius benedicti vituli pinguedo ad nos deueniat. Nam secundum sanctum Thomam tertia parte, quaestione. xlvj. arti. primo, necessitas patiendi in saluatore non fuit absoluta, quasi aliter fieri non potuisset, sed conditionalis. Vt si quis in locum determinate intentum applicare voluerit, necesse habet iter determinatum peragere. Alio modo, (vt inquit Augusti-

nus) humanum genus poterat redimere, sed non ordinationi diuinae conuenienti, ideo talis à diuina voluntate ordinatus est. Mirum igitur ex hoc videtur tam acerbum tamque crudelem sic dederat minasse, maxime considerando patiendi causas. ¶ Quorum prima videtur ex parte patris fuisse. Tum primo paternus honor. Nam tanto culpa grauior aestimatur, quanto persona offensa est dignior. Quanto ergo Christus Deum patrem tenebatur diligere, ac quantum ipsum diligebat, eiusque honorem: tanto magis tenebatur de offensa eius sentire tristitiam, & allumere dolorem. Sufficere igitur debuisset ei patienti summum de illa offensa siue detestationem; (sicut & de facto habuit) habere. Ad quid igitur tantum sensibilis dolor, vt & in anima & corpore repletus malis dicitur? Tum secundo ex parte grauitatis culpae ipsius adae, quae in rei veritate grauissima fuit. Quoniam consideratis tot & tantis, quae ipse Deus illi contulit, scilicet posse non mori, poni in paradiso &c. magna fuit eius ingratitude. Similiter considerata praecipua facilitate, quia solum de non edendo fructu ex vnicā arbore, omnibus quae in paradiso erant sibi commissis maxime ipso non esuriente: immo si esuriret, erant aliae arbores ibi pulchriores, & suauiores, ideo eius delectatio fuit grauis. Item considerata peccati & culpae generalitate, quia fuit principaliter peccatum naturae & non solum personae. Nam in peccato personae, iuxta Ezechielis prophetiam, Filius non portabit patris iniquitatem (secus in peccato naturae) ad cuius peccatum adae & si necessaria esset mors Christi ratione infinitae satisfactionis, non tamen necessarium: nec apparet causa, quare tam dira & crudelis esset mors, & passionis modus. ¶ Secundo ex parte ipsius Christi, vt ex isto actu patiendi redemptionis & saluatoris nomen acquireret, & sic ista passione suam exaltationem acquireret. Quod Apostolus videtur sentire. ad Philippenses, Propter quod & Deus exaltauit illum. &c. Quod secundum Bonauenturam Christus obtinuit, videlicet saluatoris nomen tripliciter. Primo ex potentia saluandi, & sic istud nomen ei conuenit ab aeterno. Secundo ab habitu saluandi, videlicet habendo omnia quae ad rationem saluatoris requiruntur, scilicet summam gratiam, summam gloriam, & vniōem ad Dei personam: & hoc ab instanti conceptionis habuit, & istud nomen ab angelo tunc fuit impositum. Tertio ab actu saluandi, & tunc passione exhibita

hoc adeptus est, vt dicit Apostolus in praallegata autoritate. Nihilominus si alio genere mortis moreretur, non desinet nomen saluatoris acquirere. Mirum igitur est, cur istud occidite tam crudele fuit. ¶ Tertio ex parte ipsius spiritus sancti (qui amor est) & manifestatur in ista vituli Christi occisione, vt homines ex amore ostenso attraheret, dum maioris charitatis signum ostendit, ponendo dilectam vitam pro illis, & eligendo vltimum terribilium. Verum mors ipsa sufficiens attractiuum videtur, nec necessaria videtur tam dira mors ad hoc. ¶ Quarto ex parte circumstantiae peccati. Quoniam & si Doctores dicant, quod mors Christi debuit esse poenalis, eo quod in culpa fuerunt duo: videlicet elatio, & delectatio: & ita opus fuit correspondenter, quod in satisfatione essent alia duo, videlicet humilitas seu humiliatio & poenaltas: & diximus humiliationem Christi fuisse maiorem quam adae elatio fuerit: cum illa humiliatio erat Dei, ibi modica delectatio, hic autem poenaltas, Verum tamen vt tanta inesset poenaltas, non videtur causa ad hoc necessitans, nisi quam assignamus, videlicet quia vitulus saginatus occiditur, vt faginum extrahatur, vt nos pinguedine eius repleamur. ¶ Tertium principale circa istud occidite ponderandum putamus, videlicet, Quod cum sit ista occisio huius vituli pro satisfatione generis humani (quae opus iustitiae est) & Christus saluator in quantum homo vnitus diuinitati sit caput Ecclesiae, vtrūque brachium, scilicet ecclesiasticum & saeculare comprahendentis, vt Apostolus in epistola ad Ephesios dicit, Dedit ipsum caput super omnem Ecclesiam, quae est corpus eius: Concilium igitur brachij ecclesiastici synagoga ipsum ad mortem condēnans, dicens. Reus est mortis: nec iudex secularis, videlicet Pilatus, non potuerunt ex iustitia ipsum Christum occisioni tradere. Quoniam (vt diximus) Christus caput illorum erat, & per consequens illi non erant sui iudices, vt Apostolus dicit, Qui descendit de caelo, super omnes est. Mirum ergo videtur, quomodo ista vituli occisio est opus iustitiae, vt pro nobis sit plena satisfactio. ¶ Pro huius dubij declaratione & satisfatione est notandum, quod istud occidite à quatuor dictum est, vt ab isto vitulo benedicto, pro nobis quatuor pinguedines ad nostram refectioem elicerentur, & per maxime ipsi peccatori poenitentia. Primo ex anima ipsius Christi proueniunt nobis quatuor pinguedines, videlicet remissio omnium

peccatorum totius mundi, effectus praedestinationis, fructus tribulationum, & meritum nostrum. Et ita quia ad ista voluntate sua seipsum tradidit, istud occidite dicitur à seipso Christo, vt beatus Petrus i. Petri. ij. dicit, Tradidit iudicanti se in iuste &c. In qua traditione tantam poenam in seipso assumpsit (vt dicemus) vt si anima eius fuisset mortalis, sufficiens esset etiam animam occidere, quantum in se esset (quod est impossibile) ideo dicit, occidite. Secunda pinguedo est concessio misericordiae eiusque promissio, ex respectu eius, quae prouenit ex fama & doctrina ipsius. Et quo ad hoc traditur à pontificibus dicentibus, occidite. Tertia pinguedo est restitutio innocentiae in nobis ex condēnatione innocentie eius. Et quo ad hoc traditur à Pilato iudice dicente, occidite. Quarta pinguedo est condonatio vitae nostrae ex Christi morte, & sic traditur à Deo patre, auferente ab ipsa humanitate diuinitatis influxum. De qua subtractione conquirebatur in cruce dicens, vt quid dereliquisti me? ¶ Hinc praedicta verba inquit ipse Christus dicens, occidite, ratione poenae voluntarie assumptae sufficientis animam occidere, si esset possibile. Item pontifices, occidite eius famam, doctrinam, & nomen. Item Pilatus, occidite eius innocentiam & iustitiam. Tandem ipse pater, occidite per realem mortem. ¶ Ex quo patet, quod & si ratione aliorum non esset istud occidite opus iustitiae (vt deducit) ratione tamen paternae autoritatis, ac voluntatis propriae, & immensae eius charitatis fuit. Similiter ex parte executorum & occidentium: quoniam si non secundum eorum intentionem, fuit tamen secundum diuinam ordinationem sic disponentem pro nostra salute. ¶ Et secundum hoc quatuor erunt partes in praesenti sermone videlicet quod secundum quatuor pinguedines extrahendas pro nobis fuit traditus, vt quater occiderentur, à quatuor, & in quatuor locis. ¶ Prima pinguedo est omnium peccatorum remissio, praedestinationis effectus, tribulationis fructus, & meritum ex occisione animae Christi (si possibile esset) à seipso & in horto. ¶ Secunda pinguedo promissionis misericordiae, eiusque concessio, ex occisione famae & doctrinae Christi à pontificibus in domo Annae & Caiphas. ¶ Tertia pinguedo, restitutio innocentiae & iustitiae in nobis, ex occisione eius innocentiae & iustitiae à Pilato in eius praetorio. ¶ Quarta pinguedo, condonatio vitae, ex occisione eius vitae à patre in cruce.

Doctores.

G

Ephe. j.

Ephe. iij.

H

Ezec. xvij.

Ad philip. ij.

S. Bonauē.

Septima clausula. Sermo. xliiij. in parascue.

¶ Ideo dicit, Occidite vitulum saginatum.

¶ Prima occisio, videlicet animæ in horto.

¶ Textus.

Iteitur primo, q̄ egressus à grandi coenaculo, illa sacratissima coena peracta, in qua seipsum in cibum vt vitulum saginatum præbuit in mirabili sacramento illo, (vt heri diximus) expletoque cōsolatorio sermone, quo pusillum gregem fouit, cautū reddidit, de scandalo eorum aduisauit, Petrum se negaturum prædixit, traditorem discipulum cibauit, & quantum potuit reducere conatus est: intrauit cū ipsis in hortum. Et circa principium horti octo eorum manere præcepit, tribus tantum assumptis: vt per hoc duplex extēsiō suę passionis virtutis ostendi intendens, videlicet quantum ad sufficientiā in primis, qui in principio horti dimissi sunt: & quantum ad efficaciam in alijs quos secū adduxit, Petro videlicet, Iacobo, & Ioanne. Et coepit tædere & pauere &c. In quo conflictu quatuor miranda fecit, vt inde quatuor pinguedines huius vituli saginati pro nobis elicerentur. ¶ Primo coepit tædere & pauere. Nouit dominus futuros hæreticos (qui dicturi essent) eū non vere passum (vt Manichæus) sed doloris dūtaxat imaginem pertulisse. Cuius ratio erat, quia Christum non verum, sed phantasticum corpus assumptisse dicebat. Sed hic error est, & contra pietatem Christi Iesu pro nobis sumentis veram carnem, doloribus & pœnalitatibus plenam, vt redemptionis nostræ & satisfactionis mysterium expleret. Est etiam contra euāgelicam veritatem, asserentem diros dolores sensisse euidentissimis signis, scilicet pauore, & pugna, atq; tristitia, & sudores sanguinis. ¶ Alios autem nouit temerarios, asserentes quod Christus ab instanti conceptionis æquali acerbitate in anima pertulit, quę passus est in cruce: immo omnes dolores & acerbiores quàm omnes homines simul ab initio seculi: immo quàm in purgatorio existentes & damnati. Vtrorumque autem falsitatē, & hæresim ostendit euangelista, dicens quod tædere & pauere coepit. Quod nō potest esse sine veritate carnis & doloris, prouenientium ex representatione passionis de proximo eminentium. Hinc Ambrosius libro quarto de trinitate inquit, Vt homo turbatur, vt homo flet, vt homo crucifigitur: non tur-

batur eius diuinitas, sed turbatur anima secundum humanæ fragilitatis susceptionem. ¶ Alios tandem pietatem prætendentes nouit dicturos, non tædio illum affectum, rationibus quibusdam apparentibus permotos. Tum ratione flagratis Christi charitatis, quæ non minor, immo maior in Christo fuit, quàm in martyribus, qui passiones etiam acerbissimas non sentiebant, igniti intus charitatis feruore, vt patet in Laurentio & alijs. Nam secundum Apostolum, Charitas omnem timorem foras mit- tit. Quantomagis in Christo, cum omnium virtutum ipse sit mensura & metrum, immo & intrepidus patientium? Tum ratione comprehensionis. Nam iuxta Aristotelem vehemens voluptas omnē absorbet tristitiā. Et etiā Auicēnam dicentē, q̄ potētia naturales ex excellētia obiectorū absoluuntur à propria & particulari operatione. Quanto magis illa anima Christi, quæ beatificè vnita erat verbo diuino, absorpta erat, vt non tristitiam sentiret? Tum ratione intensiōis vtriusque; mutuo se impediētis, vt contingit inæqualiter trahentibus cordā &c. Contra hos etiā idem textus in promptu est, scilicet quod coepit tædere & pauere. Nec charitati Christi illa tristitiæ assumptio & omnium defectuum non dicentium imperfectionē, vt mortis timores &c. obstat, quādoquidē (secundū Thomam) imperfectionis est habere passionem menti & animo dominantē: quod in viris iustis non contingit, vt Propheta Esaias inquit, Non erit tristis neq; turbulētus &c. Et Prouerborum, Iustus nō conturbabitur quicquid acciderit illi. Verū illam (quæ incipit in sensu experimētali nō attingit mentē, vt illam conturbet, nec superet) assumere: nō est imperfectionis, sed diuinæ gratiæ & dispensationis, vt in Christo. Nec suæ excellentiæ charitatis ille timor & pauor derogat, quia totum fuit in eo voluntarium. Vt sicut omnium martyrum & pro Christo sustinentium caput est, inter quos quidam sunt fortes nil timentes, quidam autē fragiles, & timorem naturalem habentes: voluit (vt inquit Apostolus) per omnia fratribus (quorum erat caput) assimilari. Supræmam super alios charitatem & fortitudinem habuit: & infirmitatē pro alijs assumpsit: ne in passionibus deficerent, & de virtute diuinitatis, & de infirmitate & veritate carnis integra fides haberetur. Hinc statum infirmorum habuisse in illo pauore & timore, & magnanimitatis, dicens, Surgite, Ecce appropinquat qui me tradet, ostendit.

J. Ioan. iij.

Aristoteles
Auicenna.

S. Thomas

Esai. xlij.
Prouer. xij.

L

Hebræo. ij.

De occisione animæ vituli in horto.

S. Thomas. ¶ Hinc beatus Thomas. iij. parte. q. xlvj. ar. vj. inquit, quod & si Christus ab instanti, conceptionis nouit in verbo, vel per scientiam aut noticiam infusam omnes futuræ passionis amaritudines: noluit tamē vt redundarent in sensualitatem, scilicet vt sentirentur ad causandum experimentalem dolorem aut tristitiam: quomodo in agonia, & nunc factum est. Quoniam nisi sic esset, quomodo nunc coepit tædere & pauere? Ideo non dicit Euangelista contristatus est, scilicet ab alio: sed inquit, coepit tritari: quasi ipse volens assumpserit tristitiam. Et causam tristitiæ interioris per pauorem, eius discipulis significauit, dicens. Tristis est anima mea vsq; ad mortem. ¶ Ex quo prima elicitur pinguedo superius insinuata, videlicet peccatorum remissio ex assumpta ista tristitia. Quæ tam magna fuit, vt vsq; ad mortem protendere dicat. Non solum (vt Lira exponit) extensiuè, ab ista hora vsque ad mortem inclusiuè durans, sed etiā intensiuè, sufficiens mortem causare: nisi super benedictæ deitatis virtus hoc permisisset. Quæ tristitia, cōpassio, & dolor de peccatorum nostrorū miseria fuit. ¶ Ex quo doctor subtilis dicit, quod in ista diuina intuitiōe illius animæ cognouit & representata sunt omnia peccata tam præteritorum, præsertim, quam futurorum hominum: atq; gradum offensionis, quo diuinam maiestatem offendere debebant: & tantum de dolore assumpsit, quantum ad illorum remissionem sufficere cognouit. Hinc illa ea sibi ascribit Psalms. Deus deus meus respice in me, quare me dereliquisti longe à salute mea verba delictorum meorum. ¶ Ex quo insuper patet, quam magna illa assumpta tristitia fuerit atque contritio siue detestatio. Quod coniectari potest, ex magnitudine illorum, que contritionem, aut peccati detestationē magnā faciunt. Tum primo ex multitudine peccatorum de quibus conterebatur, quia pro peccatis totius mundi: quæ innumeraliter plura fuerunt, quā peccata alicuius contriti. Quid mirū si moriturus pro omnibus doluit, qui etiā pro vno fleuit? Quid mirū si moriturus pro omnibus tædeat, qui pro vno Lazaro resuscitando lachrymatur? Tum secundo ex claritate cognitionis. Quanto quis malitiā peccati clarius cognouit, tanto eius detestatio maior esse dignoscitur. Peccatorum namque malitiam Christus clarius cunctis cognouit, præponderans dignitatem Dei summi boni, qui illis offensus erat, & contemptus. Quod & ipse secundum humanitatem, etiam per plenitudinem scientiæ & sapien-

tiæ sibi concreatę distinctissime nouit: & malignitatem peccati, & peccantium ingratiudinem, quæ in eo magnam causabant tristitiam. Tum tertio ratione magnitudinis charitatis (in qua secundum Augustinum & Thomam dolor contritionis fundatur) sicut & quelibet animę passio in amore. Nā quanto dilectio Dei est maior in aliquo, tanto magis tristatur de eius offensa. Sic tristitia Christi ex charitate maxima, qua anima illa repleta erat, quę semper Deo placuit. ¶ Ex quo rursus patet huius sagini & pinguedinis latitudo pro illis, pro quibus dolet. Tum vt diximus, pro totius mundi peccatis generaliter. Tum specialiter pro peccatis iudeorū, quę eius exaggerabant eorū, illius iudaici populi attendens ingratiudinem, non magnificentiæ mirabilia pro eis facta, & eis collata beneficia in Egypto, in mari rubro, quadraginta annis in deserto: quæ omnia ad longum numerare non est possibile. Tū adhuc specialius exaggerabāt eius cor iniquitas & peccatum futurorū malorum christianorum: quorum maior est ingratiudo, quanto plura & maiora bona à Christo receperunt. Quia filij per baptismum effecti ipsius Dei, quia compotes gratiæ Sacramentorum, eucharistiæ, & sanguinis effusione participes. Affligebatque obliuio Christianorum modernorum, quam præuidebat. Tum etiam specialissime tristabatur de casu discipulorum, & ceterorum amicorum, de quę scādalo passio ab eis, ac quia de eius diuinitate dubitandi erant: maxime autē de peccato proditoris iudæ, & eius desperationis. Quoniam si Ionas, tristabatur de vnius hederæ ariditate, quomodo non tristabatur dominus de ariditate sanctorum. O cor benedictū, & quantum tristaris? ¶ Ex quo vltimo sequitur huius doloris magnitudo ratione finis. Quia non assumpsit tantum dolorem, quantum ad liberationem generis humani sufficiebat (cum etiam minimus sufficeret) sed quantum ratio fructus consequendi exposcebat. Cuius ratio est, Quia licet potuisset liberare minimo dolore, propter personę patientis dignitatem & infinitatem: voluit hanc liberationem fieri non potestate, sed iustitia. Ideo non solum attendit quantum virtutis haberet dolor ipse ex diuinitate vnita: sed quātus sufficeret secundum naturam humanam ad peccatorum nostrorum remissionem & satisfactionem. Quod est primum saginum & pinguedo huius immaculati & saginati vituli. De quo dicitur, occidite vitulum saginatum. ¶ Secūdo sequitur alia pinguedo, pro

Augustinus
S. Thomas.

P

Q

nobis, videlicet prædestinationis effectus, quod notat eius, plixata oratio. Dicitur enim in textu, quod procidit in faciem suam, orans, & dicens, Pater, si possibile est, transeat a me calix iste &c. Legimus hæc tenus pluries ipsum orasse, sed non ita profunde & instanter. Quandoquidē hac nocte antequā exiret ad montem Oliueti, pro discipulis & creditorum orauit, vt aduocatus noster: nunc vero equalis patri, oblitus videtur se esse Deū. Quoniam genuflectit, sed solo tenus in faciem procidit, & cum instanti importunitate ad discipulos omnes dicens, Vigilate & orate, vt non intretis in tentationē. Itē ad Petrum, Non, inquit, potuisti vna hora vigilare mecum? Vigilate & orate &c. Quid igitur sibi preter tendit? Dico quod orauit. Primo propter argumētum veritatis, vt ostēderet se verum hominem, & vere à deo missum vt Ioannis inquit. Gratias tibi ago domine, quia audisti me: sciebam quia semper me audis, sed propter populum istū qui circumstat dixi, vt credant, quia tu me misisti. Secundo, vt pluribus modis nobis mereretur. Nā quod per acceptationem suarum passionū in incarnatione meruit: & postea per exhibitionem, etiam per suam instā tissimam orationem mereri voluit: quādoquidem ad illud bonum suscipiendū minus idonei eramus. Ideo iustus orat pro iniustis, & digno pro indignis. Tertio orat ex officio sibi conuenienti. Nam ad pō tificis dignitatem & officium pro alijs orare conuenit, vt Apostolus, Omnis namque pontifex pro hominibus constituitur, in his quæ sunt ad Deum &c. Et ibidem, Talis decebat esse pontifex, impollutus &c. Et idem, Christus assistens pontifex futurorū bonorū &c. Et sequitur, introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuēta. Diuinitas enim Christi semper cœlum inhabitat, ideo ipsa diuinitas nō introiuit cœlum, nec etiā anima Christi passione & sacrificio: sed introiuit cœli tabernaculum, dum virtus orationis eius cœlos penetrauit, Deum nobis reconcilians. Sed dicit (semel) tangens huius introitus vnitatem. Quia sicut semel passus est, ita semel pro nobis prædestinatis orauit: vt sacerdotale officium pro nobis se habere ostenderet. Quarto & ad propositum, vt per suam orationem nostræ prædestinationis effectum haberemus. Nam per Christi orationem vt medium quoddā, nostra prædestinatio suum sortiri debet effectum. Cum (secū dum Scotum) sub ipsa prædestinatione non solum cadat in se finis, sed etiā media ordinata à deo, quorum vnum est ipsa Christi oratio Ioānis, Opus cō-

Ioannis. xi.

Hebræos. v.

Hebræos. ix.

Scotus.

Ioan. xvj.

fumari, quod dedisti mihi. Et tibi, Pater sancte, serua eos: quos dedisti mihi, scilicet per prædestinationem. ¶ Ex quo patet quemadmodum Saluator ipse ter hoc in loco orauit. Primo, quasi sensualitatis suæ positus aduocatus, compatiens angustie eius, causam proponens dicendo (vt si fieri posset, transfret ab eo hora) & veritatem carnis ostendens. Verū tamen sensualitati dominās, inquit (nō sicut ego volo, sed sicut tu). Secundo vt transeat virtus passionis eius in omnibus quo ad sufficientiam, ideo transeat in omnes: vt tua voluntas (qua omnes vis saluos fieri) quantū in ipsa est impleatur: & per illā nō stet, quin omnes salui fieri possint. Tertio vt transeat in prædestinatos secundū efficaciam, ideo transeat à me, vt prædestinatio ipsa impleatur, & omnia impedimenta expellātur. Et ita non mea patiē tistantum voluntas: sed Dei ordinātis fiat complete. Vel breuiter aliter. Primo transeat à me in gloriam resurrectionis, cognita ab omnibus per passionem veritatem carnis, quia Lucæ. Oportuit Christi pati, & ita intrare in gloriam suam. Secundo, transeat, scilicet scandalum istorum discipulorum, videlicet ne in illo diu permaneant. Tertio hic calix transeat in martyres, qui mortis etiam calicem bibiturus sunt. Quarto transeat hic passionis calix in prædestinatos, vt suæ prædestinationis effectū sortiantur, pro quo ad patiēdum veni, & sanguinem hoc præstare. ¶ Tertio sequitur alia pinguedo & sanguinum pro nostris tribulationibus ex angelica confortatione insinuata. Nam sequitur in litera, quod apparuit angelus de cœlo: confortans eū. Legimus enim angelos domino ministrasse: sed nunquā legimus illum confortasse. Ista autem confortatio nō fuit vt in gratia firmaretur ille, qui secundum portionem superiorem perfecte beatus erat, nec vt nō vinceretur, cum Deus esset, cui etiam cum magna voce clamasset, vt quid derelinquebatur: non aliqua alicuius creaturæ consolatio adhibita est. Sed hæc consolatio magnitudinem tristitiæ & anxietatis denotat. Confortatus igitur est: sed tali confortatione, quæ dolorem non minuit: sed magis auxit. Confortatus namque est ex suæ passionis fructus magnitudine, non subtracta doloris amaritudine. Sicut medicus prædicēs afflictiuam medicinam, cū effectu sanitatis sequutur: augeat timorem patientis, licet animam patientis spe confortet ad patiēdum. Verum verba angeli confortatis quæ fuerint: Euangelista nō exprimit. Fortassis fuerunt hæc vel similia ex parte patris relata. ¶ Fili mi charissime,

R

Lucæ. xxij

S

tū nosti quod charitate perpetua diligo te. In te semper mihi bene complacui, quia tu maius omnibus bonum, semper in me manes. Verū quia causam peccatorū tuam fecisti, exigit iustitia mea, vt paulisper, subtracta paterna consolatione, te vnicum meum velut à corde proiectum, sæuissimis exponam tormentis, & omnium peccatorum vindictā in te vnum retorqueam. Omnes errauerunt quasi oues: quia eorū debita soluere descenderas: omnium iniquitatem in te ponā. Tum solus quæ non rapuisti exolues. In ultionē peccati armabitur contra te omnis creatura, cœlum cū astris lumen subtrahet, aer frigore tuum nudum corpus constringet, terra suo tremore viscera tua, & membra & artus concutiet, & aqua & omne quod refrigerare potest, in se tibi & acetum cōuertetur, Tadam te inimicorum tuorum voluntati, vt quicquid furoris, quicquid doloris, quicquid seueritatis excogitare poterunt, in te exacuendi facultatē dedi, Ipsis quibus benefecisti, quos à lagorib⁹ sanasti grauis eris ad videndū. Replebo animā tuā malis, vt à planta pedis vsq; ad verticē capitis nō sit tibi sanitas. Solus ab amicis derelinqueris, tibiq; dilectissima mater vnicus cordis tui tibi adhærebit, astabitq; derelicto, sed non ad tui consolationē, quinimo ad augmentum tristitiæ & incedoris: cuius vehementissima cōpassio te plusquam inimicorū crudelitas vulnerabit. Sed esto constans fili, & confortare: quia posita anima tua pro peccato, videbis semen longæuum, redemptionem multorum, mortē tua morte mortuam, fortem armatum deuictum, ouem perditā quam quaesisti inuentam, & illam in pascuis repones. Ex hac tua passione animū sumendis sunt martyres, & omnes post modum pro tui nominis honore patientes. ¶ Ex hoc sanguine & pinguedo omnibus tribulatis sequutura est, vt in omnibus tribulationibus fructum reportent, vt ps. Labores manuum tuarum manducabis, beatus es, & bene tibi erit, scilicet patiēdo. ¶ Quarto sequitur alia pinguedo, vt omnia sint prædestinatis meritoria ex ipsi⁹ sudore sanguineo. Dicitur in textu, quod exiens in agonia, factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrētis in terrā. Nusq; aliq; martyri, nūq; aliq; quocūq; tormēto vel supplicio exponēdus legitur sanguinē sudasse, vel sudorē sanguineū emisisse. Cuius ratio est, Quia quāuis plurimi iam tortorum manibus traditi, mortem poenofam effugere desperabant: & si mortē sibi imminere certe cognouerunt, vim tamen mortis atque doloris

Esaia.

Psal. cxxvij

I

acerbitatem nullus distincte præcognoscere potuit: quam tamen Saluator tanquam nunc presentem sensu interiori prægustauit. Sicut qui primo factus fuerit secari oportet, longius plusquam prius timet. Hinc patet, quomodo nullus tantam tristitiam habuit & horrorem aduersus mortem, quāta fuit istius innocentis vituli. Tanta namque fuit, quod apertis & cōstrictis venis ex horrore, sanguis exiuit: propter quod non modicas seu paruas guttulas sanguinis emisit. Tum causante timore. Tū amore, quod est velut calor. Ideo timor cor cōstringebat, & calor bullire faciebat. Ideo inquit Anselm⁹. Angustias cordis tui, domine Iesu, iudicabat ille fūdor sanguineus. ¶ Ex quo intelligere possumus sanguinum seu pinguedinem ex isto sudore nobis elicatum. Pro quo secundum Scotū ille exterior fūdor sanguinis sudor signum fuit interioris applicationis virtutis passionis eius ad prædestinatos, vt opera illorum vitæ æternæ meritoria essent, Ideo dicit, quod ille sudor erat sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram, id est, opera de se terrena meritoria sint vitæ æternæ. Quādoquidē sudor ille, applicatio fuit interior ad prædestinatos. Guttulæ, diuersas & particulares applicationes, scdm gradū p̄destinationis vniuscuiusq; prædestinati designāt. Quæ etiā in verbo nouit, cōformiter ad diuinā voluntatē. Vitulū igitur sanguinum occidite, videlicet in anima. Tū, vt ex assumpta tristitia, sanguinum remissionis culpæ in peccatores proueniat. Tum, vt ex oratione proluxa, ipsa prædestinatio suum sortiat effectum. Tum, vt ex angelica confortatione, omnis tribulatio in nobis sit fructuosa. Tū, vt ex sudore sanguineo, opera nostra efficaciam habeant ad vitā æternam. Et sic patet primum.

¶ Secunda occisio, videlicet famæ & doctrinæ in domo pontificū, Annæ, & Caiphæ.

¶ Textus.



Vrgēs igitur Saluator à plixata illa oratione, ex perge factis discipulis, iā in magnanimitatis statu positu, inquit. Surgite, eamus, Ecce appropinquat qui me tradet. Quasi dicat, Non æquū est, vt nos inueniat quasitantes, vltro pergamus ad mortem, quam etiam volūtariē pati debeo. Accessit Iudas, qui eū tradidit, cum cohorte ferocissima iudæorum, fulcimentum habens ab vtraque curia, dato que eis si-

Septima clausula. Sermo. xliiii. in parasceue.

gno, vt quē oscularetur, eū tenerent: atq; in addu-
 ctione huius vituli reddit cautos, dicens, & ducite
 caute. ¶ Quantus fuerit Christi dolor, & quantum
 in hoc creuerit, cui libet deuote inspicienti patebit.
 Tū primo, qd traditur a discipulo proprio. Nā mino-
 rē dolorē inferūt, quē ab extraneis inferūtur. Plus
 enim in nobis sauiūt illa tormēta quā ab illis pati-
 mur (de quorū mētibus præsuebam⁹). Quia cū
 malo corporis, etiā nos cruciāt dāna amissē chari-
 tatis. Quid tristi⁹ esse poterat, quā tradita domesti-
 co: nō a quocūq; sed ab eo, cui cura prę ceteris cō-
 missa fuerat: Tradit a commensali, etiam angelorū
 cibo refecto: Tradit a discipulo, non de septuaginta
 duobus: sed vno ex duodecim qui fuerunt intimi?
 Hinc dominus perps. Si inimic⁹ meus maledixisset
 mihi, sustinuissem vtique: & si is qui oderat me, su-
 per me magna loquutus fuisset, forsitan abscon-
 dissem me ab eo. Tu vero homo vnanimis, dux
 meus, & notus meus: qui simul mecum dulces ca-
 puebas cibos, magnificauit sup me supplantationē.
 Tum secundo creuit ex signo pacis. Quod inter di-
 scipulos & Christum erat pignus amoris, fecit fi-
 gnum suę proditiōnis. Tum tertio, aggrauat etiā
 præcium vile, scilicet triginta denarijs vendere to-
 tius mundi thesaurum, Quasi rem vilem & indi-
 gnā, præciū eius non taxauit (vt de re chara fic-
 ri solet) sed præcium emētium potestate reliquit,
 dicens, Quid vultis mihi dare? &c. Tum quarto au-
 xit dolorem ingratitude Iudæ, Quia cum triginta
 denarijs pacificebatur, vt videret Christum eiusq;
 sanguinem, quem gratis venit in remissionem pec-
 catorum fundere. Tum quinto infligit dolorē ni-
 mium ipsa discipulorum fuga. Ex quo magna pro-
 ueniebat ei diffamatio, quando nō solum vnus, sed
 omnes eum reliquerunt. O Petre, vbi est nunc
 constantia tua? Dixisti enim. Et si oportuerit me
 mori tecum, non te negabo. Item, Et si omnes scan-
 dalizati fuerint in te, sed non ego. O Ioannes, vbi
 familiaritas tua ex prerogatiua dilectionis supra
 peccus domini recumbens? Vbi Iacobi fratris tui
 præsumptio, qui calicē domini vos potare posse af-
 firmastis: Ecce paratur Saluatori calix, & minime
 expectatis? Vbi Iacobi minoris & iudæ thaddæi
 carnalis consanguinitas, quę etiā ethnicos sibi san-
 guinitas, propinquitate facit iunctos, assistere in ne-
 cessitatis articulo? Vbi est o Thoma virilistua ani-
 mositas, qua dixisti, Eamus, & moriamur cum illo?
 Vbi o Bartholomæe generositas tuę audacia,
 quę etiam cogit pro gloria sæculi bellis mortalibus

& desperatis nō fugere? Vbi o omnes apostoli spō-
 sio, & determinatio alijs recedentibus, dicens, Ad
 quem ibimus, verba vitæ æternæ habes? Iuste igitur
 Christ⁹ sentit sui nominis diffamationē. Ah qui
 hic interferunt planctum Ioannis euntis ad virgi-
 nem, etiam colloquium ipsius cum virgine: verum
 quia hæc contemplatiue referuntur, ideo dimitti-
 mus contemplationi concionatoris, prout spiritus
 dabit. ¶ Ad huius intente pinguedinis extractio-
 nem ordinata fuit quædam malignorum coaduna-
 tio, quoniam ipso Iesu in horto capto, inquit eu-
 gelista, quod duxerūt ipsum ad Annam primum.
 (Nam oportebat transire per eius domum ex val-
 le Iosaphat) & deinde in Caiphæ domum, vbi erāt
 pharisæi & pontifices coadunati. Ex quo notandū
 est, quod ad istam sagini extractionem coadunati
 sunt multi, & contra Christi famam: scilicet demō,
 populus gentilis, & iudaicus arma tulerunt. Habe-
 mus figuram iudicium. iij. c. Hæc sunt gentes, quas
 reliquit Deus, vt erudirēt Israelem. Exemplum po-
 ni potest, si esset vnus circulus, cuius centrum sit
 Christus: circuli autem dæmon, gentiles, & Iudæi.
 Dæmon autem obsidebat nationum populos, po-
 pulum vero iudaicum populus nationum, & popu-
 lus iudaicus ipsum Christum. Conclufit ergo Deus
 omnium dæmoniacorū legionum odia, & tyran-
 nides populorum gentium in vno iudæorum po-
 pulo, & conclufit omnem iniquam voluntatē ad-
 uersum Christum. Itaque omnis inimicitia dæmo-
 num gentilium, & iudæorum super Christi nomē
 & famam fuit: cuius omnis malitiæ finis & conclu-
 sio fuit, Christi nominis interemptio, vt de ipso di-
 car ps. Omnis cōsummationis vidi finē. Quia nul-
 la maior malitia excogitari potest, quā interimere
 nomen & famam Christi, vt propheta, Venite
 mittamus lignum in panem eius, vt eradamus eum
 de terra viuentium, & nomen eius non memore-
 tur vltra. Sic Pilatus, sic Herodes, sic pōtiffices, sic to-
 tus populus hoc acclamabat, vt ex hoc nobis pin-
 guedo proueniret. ¶ Pro quo aduerte, Isti sic coa-
 dunati procurarunt expoliare a Christo, & auferre
 bona quæ habuit, quæ in genere sunt tria gene-
 ra bonorum, quæ solēt omnes appetere. Primum
 fortunę, de quibus Christus nihil habuit, nisi illam
 tunicam, quam scindendam significauit ipse sum-
 mus pontifex Caiphæ, suam propriam scindendo,
 notans Christum vt blasphemum. ps. Ipsi vero cō-
 siderauerunt, & inspexerūt in me, videlicet fialitud
 haberem, & cum non inuenissent, sequitur: diuise

De occisione innocentie in prætorio Pilati. 115

ferunt sibi vestimenta mea &c. Secundum genus
 bonorum est fama: quam sibi Christus acquisiuit
 ex doctrina & vita. Famam vero ex doctrina extin-
 guere conati sunt, cum Christo respōdente coram
 Anna de doctrina edocta in publico in tēplo & nō
 in occulto, recepta a seruo percutiēt e alapa, submit-
 tit se iudicio vnus serui, dicēs. Si male loquut⁹ sum,
 testimonium perhibe de malo &c. Similiter famā
 ex vita etiam cōdemnant. (Nam duobus testibus
 adductis dicentibus, Ipse dixit, Possum destruere
 templum Dei &c. qui reuera falsi erant. Tum pri-
 mo, quia non eodem sensu (quo Christus dixerat)
 testati sunt. Nam a Christo dicebantur de templo
 corporis sui (vt euāgelista declarat) ipsi vero dicūt,
 de templo illo materiali Salomonis. Tum, quia in
 verbis addebant & mutabant. Saluator enim dixit
 rat, non præcipiendo, sed prædicendo. soluit, id est,
 soluetis: ipsi enūciant dicentes, ego dissoluam tem-
 plum hoc manufactum. Item Christus dicit exci-
 tabo: ipsi vero mutāt dicētes, reedificabo. Tum di-
 cuntur falsi, ex intentione, quam habuerunt Chri-
 stum perdendi). Ipse sagax pontifex, vt ex eius ore
 occasionem sumeret cōdemnandi, adiurauit. Et sic
 vt diuini nobis blasphemum proclamaret dicens,
 Blasphemauit, quid adhuc egemus testibus? Ecce
 nunc audistis blasphemiam. Quid vobis videtur? Et
 ab omnibus conclusum est. Reus est mortis. ¶ Ex
 quo libeat considerare Christi dolorem ex hoc, vi-
 delicet, de diffamatione sui nominis, vt concludere
 tur blasphemus: maxime quia in inhonorem pa-
 tris redūdabat. Tristabatur igitur quia non solum
 vt blasphemus habitus est, sed tanquā blasphe-
 mus & dehonorans patrem cōdemnatur. Iam per-
 ditis discipulis, vili pensa & cōdemnata doctrina,
 vitæ eius etiam veritas cōdemnatur.
 ¶ Aliam pinguedinem huius vituli in domo ista
 habemus, videlicet indulgentiam negantis. Dici-
 tur in textu, quod Petrus ibidem Christum ne-
 gavit. Quod maxime Christum affligebat. Tum,
 quia a principali discipulo. Tum ab illo, qui nun-
 quā illum negaturum spondit. Tum, quia cū
 iuramento & execratione. Tum, quia multum le-
 uitatione superato, quia ab ancilla & ab alio di-
 cente. Nonne ego te vidi in horto cum illo? Sequi-
 tur pinguedo intentata, quia respexit Petrum domi-
 nus & conuersus fleuit amare, id est, fecit venire in
 eius notitiam & mentem sanctitatem sui nominis,
 & sic ex hoc flere. Ex quo nobis promissio remis-
 sionis insinuatur, si blasphemauerimus, dum modo

in nobis recordatio sui nominis & flet⁹ afflit. Ideo
 dicit. Vitulū saginatū occidite. Et patet secūdum.

¶ Tertia occisio, videlicet innocentie eius
 in prætorio Pilati.

¶ Textus.

Ost tam funestum cōcilium, post tam
 infanas calumnias, post tot testium fal-
 sitates, post tam iniquam cōdemnatio-
 nem, post tam sceleratam irrisionē, ad-
 ducunt, manē ad examen Pilati vincitū saluato-
 rem (quia sic erat apud eos mos, cum illi præsentā-
 bant aliquē dignum morte) quot irrisiones & lu-
 dibria Christus in hoc passus sit in præsentatione
 ad Pilatum, missione ad Herodem, in remissione
 Herodis ad Pilatum, in iudicis disceptatione, in iu-
 daici odij obstinatiōe, ipsa euāgelia clare ostēdunt:
 tamen notāda in præsentatiōe. Tum propositio
 accusationis simplicis. Nam cū pilatus interrogas-
 set, Quam accusationē affertis aduersus hominem
 hunc? voluerunt sine aliqua accusatione cōdem-
 nare: quasi esset adeo nocens peccator, vt sola eorū
 relatio sufficeret. O crudelitas inaudita? innocen-
 tiam velle cōdemnari sine probatione aliqua? di-
 centes, Si non esset hic malefactor, non tradidisse-
 mus tibi eum, concurrente ad hoc sola eorum au-
 toritate. Similiter facto publico dicentes, Inueni-
 mus eum subuertentem populum &c. Tum iudi-
 cis examinatio, dicentis, Tu es rex iudæorum? Ad
 quod non respondit, nec ad illud quod de veritate
 fuit quæ situm: quia in breui cōdemnanda erat ve-
 ritas, & eius innocentia. Præualere ad aures iudicis
 conspiciebat plus eorum accusatio quā ipsius in-
 nocentie defensio: licet inculpabilis apud eius con-
 scientiā agnosceretur. Sciebat enim (inquit text⁹)
 quod propter inuidiam tradidissent eū. Et quam-
 uis eum accusarent de triplicis legis transgressione,
 videlicet naturali, quia asserēbāt quod tributa pro-
 hibebat dari cæsari: cū in rei veritate falsum asserē-
 bāt, cū ipsis inquit, Reddite quę sunt cæsaris cæsari,
 & quę sunt Dei deo. Itē humana, quia se regē face-
 re voluisset: quod mentiebatur iniquitas eorū. Nā
 cum ipsi post panū multiplicationem voluissent in-
 stituere regem, ab eis a fugit, nec consensit. Itē di-
 uina, quia advertebat populum a lege Moyfi asse-
 rentes, quod multo aliter loquutus est, dicens, Nō
 veni soluere legem, sed adimplere, Quibus accusa-

Psal. liiij.

Xj

Iudicū. iij.

Psal. cxviii.

Jeremi. xj.

Psal. xxxj.

tionibus apud Pilatum tamquam friuolis reputatis, nixus est, ut huius innocentia non condemnaretur, eam liberare tripliciter. Primo, ex iustitia, de regno temporali quaerens, an rex esset, atque audita eius responsione de regno spirituali debere intelligi, dixit in eam nullam causam inuenisse, qua iustitia sibi seruata condemnandus esset. Secundo illis acclamantibus, ex privilegio eum liberare tentabit, dicens, Est consuetudo vobis, ut unum vincetum vobis in Pascha dimittat &c. sed nec acquiescentibus optioni & electioni datæ, sed malefactorem homicidam & seditiosum eligentibus. Tertio tentauit aliam viam, videlicet ex compassione, putans eos moueri, ut dimitteretur. Nam flagellatum, spinis coronatum illum ostendit eis, dicens, Ecce homo, Quasi dicat, Misericordia moueamini quia homo est, non canis. Licet immiserabilis sit tractatus, homo vobis similis, vobis propinquus, & de genere vestro: qui si forte regem se dicendo excessit, videte quis regius cultus sibi in poenam venit. Si regem videtis, iam parcite, quia defectum, flagellatum, spinis coronatum conspiciatis. Si malefactorem accusastis, in quo: nam coram Caipha in testibus defecistis. Si se legis transgressorem, in quo: cum decalogum seruasse negare non potestis. Si vos spernentem, in quo: cum vos in cathedra sedentes obedire omnino vestris mandatis dixit dicens, Quæcunque dixerint vobis, facite. Si populo vestro damna intulit, in quo: cum vestros infirmos à varijs languoribus absque mercede aliqua curauit. Si regnum vsurpat, in quo: cum regnum coelorum per poenitentiam vobis aduenire & appropinquare prædixit. Si peccatorem dicitis, in quo: Quod dicitis in eo fuisse delictum. vbi furta: vbi homicidia: vbi iurgia: vbi gula: vbi fornicatio: Ecce ergo homo, qui reclusus manet homo.

¶ Acclamantibus omnibus, & populo persuaso ut poteret Barabbam liberari, ac Iesum cruci affigi: iustus & iniquus iudex sententiam mortis timore amissionis iudicature per motus, in eum protulit: ac ipsam Christi innocentiam, velut ream, condemnauit. Quæ quã iniqua fuerit ipsa condènatio, ex hoc possumus perpendere. Nam solet seuera iustitia tres partes animæ condemnati & rei conseruare. Primo rationalem, ex efficaci ostensione causæ mortis eius, & poenæ ab ipso demerite iuste: nec quid minus intra iustitiæ latitudinem agere potuisset, quin hæc sibi infligatur poena. Secundo irascibilem, ex consolatorijs & demulcentibus verbis. Nam condemnans dicere solet, Tum qui deliquisti, ser-

uare teneris legem, & ipsam poenam patienter sustinere, & similia. Tertio concupiscibilem, à doloribus, quantum in ipso iudice est, præseruado. Vnde in quibusdã partibus morituris præstatur aromatis potus, ut stupidi essent, nec tantum sentirent dolorem, & in arterijs impediretur spirituum discursus.

¶ Verum in hac Christi condènatione nil de hoc seruatum cernimus. Nam & rationalem quantum in ipsis erat exasperabant: nulla iustitia, nulla æquitate seruata: immo omnis iniquitas procurata est. Nam nocte furibunde ducitur, sine probatione, absque allegatione, cum odientium consilio, & acclamatione condemnatur. Similiter exasperarunt irascibilem, per verba admodum execrabilia, dicendo illum malefactorem, seductorem, crimen læsæ maiestatis imponendo, & alia similia. Tandem concupiscibilem, sine alicuius poenæ alleviatione: immo cum omni crudelitate bis flagellatur, spinis diris coronatur, imponitur sibi iam fatigato pöderosa & grauis crux, quod nunquam circa aliquem factum erat. Sed ad quid hoc? nisi ut ostendatur omnino innocentiam condemnari, ut pinguedo nocentibus adueniat remissionis suarum nocentiarum. Quod figuratum habemus Numeri dicens, Præcipe filiis Israel, ut adducant ad te Aaron vaccam rufam, ætatis integram, in qua nulla sit macula, nec portauerit iugum. Tradesque Eleazar, & extra castra, & tinges sanguine digitum, & asperges contra fores templi, &c. Vacca rufa Christum significat (secundum Augustinum de quaestionibus veteris testamenti) & fragilitatem poenaltatis ratione sexus, in ipso significat. Verum quia rufa, condènationem ad mortem designat. Quia ille rubor sanguinis cum albedine innocentie hoc præfert. Perfecit illa ætas, amorem perfectum ostendit in saluatore. Nam illa ætate condemnatur, in qua magis chara solet esse vita. Vel plenitudinem vite perfectionis notat in Christo, quia in illa ætate, vbi nec in augmento, nec incremento deficit. Nullum iugum portauerat, videlicet obligationis peccati, sed innocens: ut nos ab omni nocentia, & peccati obligatione liberaret. Trades Eleazar, id est, succedenti populo Christiano, vel poenitenti in domo paterna manenti: qui septies aspergitur, dum innocentia eius vniuersitas nocentia à nobis tollitur (ut infra dicemus) ut ex ipso Christi dolore ex hac condènatione, faginum & pinguedo ista procedat. Pro quo dicitur, Occidite vitulum faginatum. Et patet tertium.

Num. xix

S. Augusti

¶ Quarta occisio, videlicet vitæ.

¶ Textus.

Innocentia iam huius innocentis vituli condènata, & ab eis (ut possibile fuit occisa) ad propriæ vitæ occisionem eius procedunt. In quo quantum crudelitatis rabiem acuerint, patet ex tribus principaliter. Tum primo, ex ipsa iterum flagellatione. Quoniam dicitur, quod flagellatum tradidit illi illis, ut crucifigeretur. Quæ flagellatio fuit (ut creditor) crudelior prima, cum esset in hominem iam ad mortem condemnatum. Tum secundo, ex ipsa crucis portatione, quæ dolorosa admodum fuit. Tum propter ligni pöderosa. Nam propter generis mortis prophanitatem nemo volebat (etiam si compaterentur) manus apponere. Tum propter vulneratas scapulas ex flagellis. Etiam, quia manibus ligatis incedens, non poterat se iuuare ad tollendam ipsam crucem. Tum propter noxiis præcedentis fatigationem. Lassitudinem eius notat ipsa Simonis cyrenensis angariatio. Tum tertio ex ipsa in crucis affixione, quoniam iam fossis manibus (quæ coelum creauerant) & pedibus (qui pro nobis per mundum ambulauerant viator factus, ut nos coeli ciues faceret) quod non potuit fieri sine magno eius dolore & sentimento. Ut magis dolor augetur, eleuatur ad deum, ut iuxta prophetam dicant, Morte turpissima condemnemus eum. Dedit profecto vitam præciosam pro morte turpissima. Tum propter loci turpitudinem. Quia extra portam in damnatorum loco, inter interfectorum cadauera. Tum propter temporis festiuitatem, quo tempore sceleratissimi (quorum mors dilationem non patitur) condemnabantur. Tum propter genus mortis. Tum propter sceleratam societatem. Dicitur ut vitulus faginatus occiditur.

Sapient. ij.

Hebr. x. x.

In quo iuxta figuram de vacca rufa, cuius sanguis septies effundebatur seu aspergebatur, septem pinguedines seu fagina eliciuntur huius vituli immaculati. Iuxta septem in cruce prolata verba. ¶ Primum fuit faginum, pro ignorantibus dicens, Pater ignosce illis: quia nesciunt quid faciunt. Instabat enim Dei iustitia, & iustitiæ paterne austeritas: quoniam iuxta apostolum, Florentum est incidere in manus Dei viuentis, at non in manus Dei morientis, quia moriens dicit. Pater, ignosce illis &c. Tria sunt attributa, scilicet potètia, sapientia, & bonitas: contra quæ quis peccare po-

test. Non enim orat pro habentibus potèstatem: quoniam cum habeant illam desuper, male illa vtentes, odibiles Deo redduntur, ut Pilato dixit, Non haberes potèstatem aduersum me ullam, nisi tibi datum esset desuper. Ideo attendant iudices quos timore mundano iudicent, ne à Christi oratione excludantur. Sic etiam nec orat pro peccantibus ex malitia, ut Iudas eum tradens. De quo dixit Pilato, Propterea qui tradidit me tibi maius peccatum habet. Item nec pro pharisæis inuidia accusantibus. De quibus dicitur. Sciebat enim Pilatus, quod propter inuidiam tradidissent eum. At vero pro ex ignorantia peccantibus orat, vitam pro eis ponens, & eorum aduocatus efficitur, etiam offensus, dicens, Pater, ignosce illis &c. ¶ Ex quo tria in illo puncto magnæ faginationis momento ostendit. Primo ipse iustificationem. Quoniam in illo mortis puncto vbi latrones non solent confiteri veritatem, confitetur Deum patrem, dicens, Pater. Secundo ipse magnam pinguedinem pro illis scilicet, qui peccant etiam flagranti maleficio, dicens, Quid faciunt. Tertio motuum peccandi, quia ex ignorantia, dicens, quia nesciunt quid faciunt, videlicet vim sanguinis mei quem effundunt, nesciunt: ideo oro, ut quantæ faginationis sit, sciant. ¶ Nec tamen illa oratio fuit inefficax, quin plures recipient id faginum, textu dicente, quod multi percutientes pectora sua reuertebantur. Item centurio, dicens, Vere filius Dei erat iste. Item Petrus, Scio fratres, quia per ignorantiam fecistis. Ex quo illico conuersi fuerunt tria milia. ¶ Secundum faginum fuit pro poenitentibus, videlicet, regnum. Latro ipse cernens ipsum pro tortoribus & suis crucifixoribus intercedere, tacitus patientiam & Christi misericordiam considerans, cognouit non ut mundus offensas retinere, ideo credidit (quod non ut mundus) sed coeli viscera Christus gestabat. Ideo reuocat ad mentem illud coram pilato Christi dictum, Regnum meum non est de hoc mundo. Fecit tria. Primo accessit perfidem. Hec considerans in Christo, alteri impropèrans socio dixit, Neque tu times Deum, qui in eam datione es. Secundo acceptauit sibi poenam ipsam in poenitentiam, dicens, Nos quidem digna factis nostris recipimus, hic vero nihil mali gessit. Tertio assumpsit spem & fiduciam, quasi illo tempore pinguedinem se sperans recipere misericordie, & ipsum lucrari coelum. Ideo subiungit, Domine, memeto mei, dum veneris in regnum tuum. Quasi dicat, Nolo inter ipsa vulnera te vexare, nec

Actor. i. iij.

Septima clausula. Sermo. xliiii. in parasceue.

sinistram in regno tuo petere, solum memoriam mei peto, ideo memento mei &c. ¶ Ex quo sagineum sibi conceditur, dicēs, Hodie mecum eris &c. Vbi tria concedit. Primo deitatem ad fruendum, dicens, Hodie deitatem, & heri humanitatem designat. Secundo operū suę humanitatis participationem, vt expiaretur dicens, Mecum eris, videlicet participes. Tertio aptum illi assignauit locum, dicens, In paradiso. ¶ Tertium sagineum fuit pro benedicta eius matre, filiorum adoptiuorum Dei & ecclesię matrem illam constituens spiritualement, dicens, Mulier, ecce filius tuus &c. Erat enim illo tunc ipsa beatissima virgo velut Moyse mater, quę filio flumini exposito, sperabat quid esset de illo futurum, quia sciebat licet naufragium pateretur, non tamē in illo periturum. Audierat misericordiam peccantibus per ignorantiam concessam, poenitentibus etiam regnum largiri, expectabat aliquod sagineum sibi eius matricollaturum. Eiusq; intimę expectationi respondens, inquit, Mulier, ecce filius tuus. Aliqui dicūt, quod fuerunt verba, vt attenderet qualiter filius eius tractaretur. Verum nec ista aduertentia opus erat, cū & ipsa iam qualiter tractatus fuerat videbat. Non ergo de illo filio (qui ipse erat) loquebatur, sed de alio. Ideo Rupertus tuicensis inquit, qd loquebatur de filiis adoptiuis, quorum ipsa velut illorum mater instituebatur, & illorum primus erat tunc Ioannes, omnes illos representans. Sagineum igitur ex hoc virgo accepit, vt deinceps ex compassione, quam ad naturalem suum Deique patris filium, habuit, esset cunctorum Christi fratrum mater, quos passione sua acquisiuit, & illorum, quorum ipse (vt dicit Apostolus) est primo genitus in multis fratribus. Ideo & nobis in Ioanne dicitur, Ecce mater tua. ¶ Quartū sagineum est, vt flagellati & tribulati non derelinquamur à patre, nobiscunq; sit in omni tribulatione nostra. Quod ex ipsa Christi à patre derelictione prouenit. De quo cōqueritur, dicēs, Deus meus vt quid dereliquisti me? Ista derelictio non fuit deitatis, cū suppositabiliter & Hypostatice vnuebatur in separabili vnione: nam (teste damasceno). Quod semel assumpsit, nunquam dimisit: sed fuit ablatio consolationis à verbo, ne in ipsam partē portionis inferioris & sensualitatis redundaret, vt plene pateretur pro nobis. ¶ Oratigi tur patrem, quod & si ipsum reliquerit quo ad hoc propter nos vt patiat: tamen dū nos flagellamur propter peccata nostra, & patimur, non ab ipso re-

linquamur: & ne suam misericordiam à membris, pro quibus patitur, amoueat. Conqueritur igitur de se tamen oratio est pro nobis, vt ex hoc sagineum. ¶ Quintum sagineum est iustitię & sanctitatis, dicēs, Sitio. Secundū tēpus sitis euenire solet. Tēpore nāq; frigoris sitis aduenit vini, tēpore vero caloris aque, tēpore aut alicuius infirmitatis alicuius liquoris, tēpore poenitentię lachrymarū. Tēpore isto (fratres) oīs ista sitis multiplex adest. Quia tēpus frigoris charitatis, in quo refrigescet charitas, multorum (vt inquit Christus) vino feruoris opus est & deuotionis. Quia tempus estatis & abundantię aquarum peccatorū, aqua lachrymarum. Quoniam infirmitatis tempus, opus est liquore alicuius sanctitatis. Et quia omnis sanctitas nostra ab illo procedit (qui sanctus sanctorum dicitur) ideo pro nostra sanctitate sicut dicitur, Sitio, vt in illa impingue mur. ¶ Sextum sagineum est veritatis pro patriarchis & prophetis, dicens, Consummatum est. Quādo quidem gesta & ipsorum dicta consummauit. Lingua namque syriaca dicitur, solutum est, pacificatum est: sed quoniam lingua latina caret verbo tam fecundo, fecundius translulit, dicens, Consummatum est. Quando quidem solutum est debitum peccati per meam passionem, & plusquam satisfactis, ideo pacificatum est inter Deum & hominem. Et tandem consummatum est opus redemptionis, prophetarum vaticinium, vetus holocaustum, hoc vno sacrificio, totum vetus testamētum: quia sine hac impletione, sine consummatione veritatis esse non poterant. ¶ Septimum sagineum est anima propria vel vita, dicens, Pater, in manus tuas commendo spiritum meū. Non ob hoc dicit, quod necessum sit illi commendare animam, ne illam perderet, quia hoc erat impossibile ratione vniōis ad verbum: sed illam pono in manus tuas, vt sicut scis illam tuis prædestinatis esse necessariam, sicut præuidisti eis profuturam: sic repartiaris inter illos hanc quam pro eis vitam pono, animamq; meam ad te emitto. Quo dicto, spirauit.

¶ Eleua crucifixum ad populum, & dic hęc vel similia verba.

Ecce fratres, quid fecit assumpta tristitia in horto, vt remissionis peccatorum sagineum obtinere. Ecce ad quid illa promissa oratio, vt dignitatis & prædestinationis sagineum acquireretis. Ecce illo agonia & angelica con-

De mortuo viuificato, & de perduto inuento. 129

solatio quid prætendebat, vt deficeret ille in passione voluntaria, vt in illis tu non deficias. Ecce quid ille sanguineus sudor, immo corpus exsiccatum, vt tua merita efficaciam essent. ¶ Ecce Iesum, cuius fama & doctrina hodie pro te condemnata est. Ecce illum innocentem pro te in prætorio flagellatum, spinis coronatum, & ad mortem tam iniuste condemnatum. Ecce vitulum in altari crucis pro te occisum, vt sagineum omnes accipiant, ignorantibus indulgentiam, latro regnum, mater multos filios adoptionis, tribulati assistentiam Dei non relinquentis. Ecce illum sitibundum tuę salutis. Ecce qui vitam pro te posuit in manibus patris, vt ti-

bi vitam impartiat. ¶ O bone Iesu vt quid tanta pro nobis passus es? O benedictum caput, ad me inclinatum ex misericordia. O benedictum os, quod tanta & nobis salutaria protulisti documenta. O manus, quę cęlos formastis, & tot mirabilia pro nobis operata estis. O pedes, qui tot gressus post oves istas perditas (vt reducerentur) fecistis. O latus factum canale, à quo omnia sacramenta manarunt, & sagineum atque pinguedo gratię & glorię. Ad quam nos perducat ipse Christus Iesus pro nobis crucifixus, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum. Amen.

Sermo quadragesimus quintus Dominicare sur-

RECTIONIS. DE GAUDIO RESPECTU FILII, qui mortuus fuerat & reuixit. Sub isto themate.

¶ Gaudere & epulari oportet: quia qui mortuus fuerat, reuixit: & qui perierat, inuentus est.

Ex parabola Lucę. xv. c.



CAVDIUM quod in præsentia hodierna die oportet habere (vt assumpta verba dicūt) in duobus consistit, quę in illis includuntur. Primo, quia quod in Christo, mortuum fuerat, reuixit hodie. Secundo, quia quod amissum fuerat & perierat, videlicet in discipulis, scilicet fides, inuentum est. Ideo dicit, Gaudere & epulari. &c. ¶ Gaudere te oportet (o virgo sacratissima) super omnes hac festiuitate, quia quod in te in Christi morte mortuum fuerat, reuixit: & quod perierat, inuentum est. Mortuum in te fuerat, quod maius omnibus est, & reuixit. Perierat officium super omnia alia à Christo communicata, & inuentum est. Hinc ratione tui, & de te gaudere & epulari oportet. &c. ¶ Vt proposita declarantur, supponendum est, quod euangelistę non dicunt, virginem Christum primo apparuisse, eo, quod eorum intentio erat assignare testes idoneos suę resurrectionis. Quod non est propria mater in filij proprii fauorem. Pie tamen creditur illi primo ap-

paruisse. Tū primo ratione materni honoris. Quoniam præceptū de honore paterno etiam per mortem nō absoluitur, quin filius ad illud teneatur suo modo, etiam in cęlo quo ad gaudium accidentale, sicut in inferno ad poenam, vt patet de diuite illo rogante pro fratribus &c. Tum secundo ratione maioris doloris. Cum plures doluerit, equū fuit, vt etiam præ omnibus sua præsentia consolaretur. Tum tertio ratione maioris fidei & spei (quibus visio & tentio respondere debet). In cuius signū alijs euntibus discipulis & mulieribus ad sepulchrū, ipsa remansit. In qua quidē apparitione maius gaudium habuit, quia quod mortuum fuerat reuixit. ¶ Scotus & alij dicunt Christū in triduo non fuisse hominem, & defuisse esse homo (licet semper remaneret Christus). Ratio primi. Quia homo cōstat ex anima & corpore simul vnitis. Nam sola anima nō est persona (vt Magister in secundo dicebat) & ita nō homo. Nec etiam corpus per se non est homo, sed vnita. Cū ergo in Christi morte realiter & vere anima separata fuerit à corpore, & per triduum sic separata essent, nō erat homo in illo triduo. Ratio secundi. Quia Christus est nomen vnionis, scilicet illius supremę, qua deitas illis partibus, scilicet animę & corpori, semper fuit vnita, & ita semper mansit Christus, id est, Deus illis vnitus. Iuxta illud, Nos autem diuimus ex lege, quod Christus manet in eternū.

Scotus.
B

Magister.

Ioan. xij.

Septima clausula. Sermo. xlv. diæ Resurrectionis.

¶ Applicando igitur ad propositum, Si desijt esse homo, desijt esse filius illius hominis, scilicet virginis. Nam secundum regulam, Correlatiua simul posita, se ponunt: & simul perempta, se perimunt. Hinc maior tristitia eius in illo triduo fuit de amissione tituli materni, quãdo quidem maius gaudium fuit ei de illo. Et sicut propositum in proposito, sic oppositum in opposito. Verum tamen hodie illam gaudere oportet, quia reuixit. Nam in passione moritur filius, moritur ipsa maternitatis actualis referibilitas, & sic maternitatis actualis titulus: sed hodie in resurrectione reuixit filius, & ipsa actualiter refertur mater. Ideo gaudere, immo magis gaudere oportet. Quia de reperita plus solemus gaudere, ipsa post modum inuenta.

¶ Secundo quod perierat inuentum est. Perierat namque in eua maxima dignitas supra totam Ecclesiam. Vidimus eam executricem bonorum, quæ ex Christi passione relinquenda erant, quæ ad manus virginis nondum venerunt. Nam Christi anima in limbo cum sanctis patribus erat, corpus autem in militum custodia & potestate, sanguis effusus totus in monte caluario, in prætorio Pilati, in horto, ideo legata à Christo, quorum executrix ipsa erat, adhuc ad manus eius non peruenierunt, & quasi perditæ erant. Sed hodierna die recuperata & inuenta sunt coram illa simul in unum collecta, eique integrat Christus in manus eius. Habemus ad hoc legem. j. Regum. xxx. promulgata à David, scilicet quod descendentes ad bellum, & remanentes ad sarcinas, esset æqualis pars acquisiti spoliij. Christus fuit in prælio cum hoste in capite crucis. De quo, Nunc iudicium est mundi, & princeps huius mundi ei cietur foras: virgo autem ad sarcinas, dum prouisionem Ecclesie conseruabat, videlicet fidem & spem (quam omnes alij perdidierant) ideo fuit spoliij passionis Christo & virgini æqua pars. Tum, quia Christo aduenit resurrectionis ac celeratio, quia iuxta psalmum. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem: sic virgini tertio die post eius mortem concessum est, ut psalmus. Surge domine in requiem tuam: tu & arca sanctificationis tue. Tum secundo, quia Christo nomen aduenit, quod est super omne nomen, ut omne genu flectatur: sic suo modo virgini, dum Maria nominatur. Tum tertio, quia Christus habet iurisdictionem super medietatem regni, scilicet iustitiæ, quia Ioannis. Pater omne iudicium dedit filio: virgo vero alteram medietatem eiusdem regni habet, videlicet misericordiam, quia illius mater appellatur. Tum quarto, Christo adue-

nit collatio omnium meritorum in passione acquirentium: virgini vero illorum omnium thesaurariam esse (secundum Bernardum) & impartitricem vel distributricem omnibus, illis qui in die tanti gaudij ad eam accedent mente pia, dicentes. Ave maria.

¶ Argumentum sermonis.



Vius gaudij causam regius propheta assignat Psalms. cxvij. dicens, Hæc dies quam fecit dominus, exultemus & letemur in ea. In qua autoritate tangit tria, quæ materiæ præstant gaudij. ¶ Primo stabilitatem & immutabilitatem beneficij. Quoniam & si Deo soli immutabilitas conueniat, Exodi. Qui est, misit me ad vos. & ego sum quisum. Et Lucæ, Cælum & terram transibunt, verba autem mea non transibunt. Et Boetius, stabilisq; manens dans cuncta moueri. Et, Ego Deus, & non mutator. Et Psalms, tu idem ipse es, & anni tui non deficient. Res autem mutabilis est ipse dies, nam est mensura rei successiue, videlicet temporis, cuius esse consistit in definire esse. Quare ergo dicit, Hæc dies est? Dicendum est, quod propter beneficij claritatem. Dies enim sequuntur res quæ in ipsis aguntur. Nam malitiam & bonitatem ab ipsis gestis fortuntur. Nam ratione mensuræ, dies omnes sunt eiusdem bonitatis & malitiæ. Eorum autem bonitas vel dignitas ex ipsis actionibus attendenda est. Exemplo comprobamus, ut ipsi vincentes in bello, diem victoriæ vocant suam. Sic ex beneficij humano generi a Deo collatis, dignitas alicuius diei est sumenda. Hinc, hæc dies alijs à propheta dignior & stabilior dicitur: quia cæterorum dierum beneficia temporalia & transeuntia fuerunt, istius diei autem beneficium æternum. Quoniam natiuitas Christi, qua nobiscum conuersatus visibilis apparuit, magnum fuit beneficium, sed transijt. Item impensæ sanitates, sed transeunt. Iterum enim mortuus est Lazarus. Item magnum beneficium passio qua nos redemit, sed transijt. Quia secundum apostolum Christus iam non moritur, & mors illi ultra non dominabitur. Item eius mors quæ nostram destruxit, sed transijt in vitam. Verum maximum resurrectio ipsa ad immortalitatem, quia ista sola manet, illa namque quasi media, ista autem omnium finis. ¶ Tangit secundo eiusdem singularitatem dicens, quam fecit dominus, quasi alios dominus non fecerit dies. Aliqui volunt intelligere filium Dei ex die patre genitum. Psalms. Tecum principium in die virtutis tue. Et Psalms. Dies diei eructat verbum. Et nicenum

S. Bernar.

Psal. cxvij.

Exodi. iij.

Lucæ. xxj.

Mala. ij.

Boetius.

Psal. cj.

Roma. vj.

Psal. xliij.

De mortuo viuificato, & de perduto inuento. 130

Psal. xc.

Ioan. viij.

Athanasij.

symbolum. lumen de lumine. Et psalmus Annunciate de die in die salutare eius. De quo ipse Abraham, ut dicitur Ioannis. exultauit ut videret diem, scilicet æternitatis, aut temporalis incarnationis. Si primo modo intelligatur, videlicet de æternitatis die, illum non fecit Deus, sicut nec creauit: sed genuit, ut Athanasij symbolum dicit, Filius à patre solo est, non factus, nec creatus: sed genitus. Et nicenum, Genitum, non factum, consubstantiali patre. Si autem secundo modo, videlicet de incarnationis die, illum non fecit hodie, sed in incarnationis die. Ideo (saluo meliori iudicio) intelligere debemus hunc diem fecisse dominum principaliter, & singulariter. Principaliter quidem: quia omnia alia ordinantur ad beneficium huius diei, videlicet beatitudinis immortalitatem. Singulariter autem: quia in cæteris operibus & donis aliorum dierum habuit coadiutores, hoc solum ipse solus operatus est. Nam in natiuitatem habuit matrem, in prædicatione discipulos, in miraculis fidem infirmorum, in remissione peccatorum liberi arbitrij motum. In passione tortores. In beatifica autem resurrectione solus operatur: non solum in resurrectione corporum, sed in actibus beatificis mentium quos (secundum multos) solus infundit, & sese quando, & qui bus, & quomodo vult, ostendit. Nam & solus ipse obiectum beatificum est. ¶ Tertio tangit actum gaudij dicens, exultemus & letemur in ea. Quid duo actus sunt correspondentes his, quæ in presentibus verbis ponuntur, videlicet gaudere, & epulari: gaudere quidem, latitia interiori: epulari vero, exultatione exteriori. Et hoc duplici ex causa, videlicet, quia qui mortuus fuerat, reuixit illa videlicet quatuor, quæ in Christi morte occisa sunt in vitulo saginato, quæ omnia ostenduntur reuixisse. Et quia quod perierat inuentum est, videlicet fides ipsa in Christi apostolis inuenta. Quæ sunt duo puncta presentis sermonis, iuxta dispositionem temporis de claranda. Cum Euangelio occurrenti breuiter.

¶ Prima pars.

E



De primo veritatem sui corporis ostendisse nulli dubium videtur, si per ostensionem manus & lateris (ut Lucas & Ioannes dicunt) hodierna die ipsi apostolis factam, quid intelligatur ostenderimus. In quo reassumpti corporis veritatem se habere ostendit. Licet sint in hoc diuersi dicendi modi, ex diuersa tractatione & intelligentia vulnerum, quæ ostendit, insurgentes. ¶ Quibusdam dicitur, quod solum in

Christi corpore post resurrectionem remanserunt vulnerum cicatrices, non autem ipsa vulnera. Quorum ratio est, quia vulnera habere arguit corporis corruptibilitatem. Item idem arguit palpabilitatem in corpore ut Gregorius inquit, Corruptibile est quod palpatur: & palpari non potest, quod non corrumpitur. Experiencia cõpertum est minus palpabilia, minus corruptibilia esse, ut ignis, aer, & terra, cælum &c. Cũ igitur Christus in sui corporis ostensione post resurrectionem dixerit, Palpate, & videte: quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere: consequens est incorruptionem illo tunc non habuisse, aut vulnera vera non habuisse, sed cicatrices solum. Si autem diceretur, quod obstat, quia dominus iussit Thomæ manum in latus mittere. Dicunt, quod per hanc commissionem non intelligendum est sic, ut adhuc latus fuisset apertum, ut in cruce fuerat. Magna enim fuisset Thomæ temeritas, & infirmitas in Christi corpore argueretur, ex hoc: sed quia in locum cicatricum & vulnerum iussus est manum inferre, sicut nos interdum iubemus nobis latera coniungi. ¶ Damascenus autem libro. iij. cap. j. &c. xix. dicit, quod latus Christi fuit apertum, & Christum seruasse cicatrices vulnerum: non quidem secundum naturam, sed secundum presentem dispensationem. Et potuit ille hæc facere commode, ut quadraginta diebus hic in terra discipulis apertis vulneribus appareret, eaque post ascensionem aperta non habuit. Sicut de beato Fracisco legimus biennio aperto latere singulis sextis ferijs, ut sanguis flueret, vixit. Sicut enim Christi corpus per totam vitam eius miraculo & dei dispensatione (ut dicit Scotus) passibile fuit, ut nostre redemptionis mysterium expleretur: sic pro confirmatione veritatis sui corporis extra palpabilitatis & corruptibilitatis statum, ad tempus ipsam corruptibilitatem reseruauit. Hinc summi potest causa remanendi post resurrectionem ipsorum vulnerum, ut scilicet veritas corporis eius ostenderetur istis quadraginta diebus. Ut beatus etiam Augustinus libro contra paganos quaestione prima parte sexta inquit, quod non aliud pro alio Christus ostendit, quia tunc falsæ cicatrices fuissent, si vulnera non præcessissent, ideo quem crucifixum viderant, resurrexisse monstraret. Et sic sancti Patres in hunc sensum arbitrati sunt semper in perpetuum remanere in Christo: non ex impotentia curandi, sed ut in perpetuum suæ victoriæ circumferat triumphum. Causa autem remanendi post as-

Gregorius.

Luc. xxij.

F

Damasc.

S. Augusti.

Septima clausula. Sermo. xlv. die Resurrectionis.

scensionē potest esse multiplex. Tum primo, ut patrem præcaretur pro nobis, ostendendo quæ & quāta pronobis in corpore suo sustinisset. Ioannes, Adhucatum habemus apud patrem Iesum Christū. Ipse enim est propitiatio pro peccatis nostris: non tantum nostris, sed & totius mundi. Tum secundo, ut cognoscatur electi quanta pietate & misericordia sunt redempti ostendente Christo signa mortis, & charitatis eximie. Tum tertio, etiam malis, quanto iusto Dei iudicio condemnentur, ostendens vulnera quæ ab eis iniquissime suscepit. ¶ Sequitur etiam quod in sanctis martyribus apparebunt principalia, quæ pro Christo passi sunt. ut beatus Augustinus. xxij. de ciuitate Dei. c. xx. inquit, quod fortasse in illo regno in corporibus beatorum martyrum videbimus vulnerū cicatrices, quæ pro Christi nomine in suis corporibus pertulerūt: neque in eis erit aliqua deformitas, sed magis decor. Hæc est etiam sententia sancti Thomæ in tertia parte, & iij. scripto. ¶ Ex quo nobis & pro nobis reprehensio est in proprio, non habetibus quid in alio seculo ostendamus earum passionum, quæ pro Christo passi sumus. Nam dicite apostolo, Caro & sanguis regnū Dei non possidebunt. non est intelligendū (ut sanctus Bonauentura dicit in quarto) secundum substantiam, videlicet quod caro & sanguis iustorum hominum perpetuo in cœlesti regno non manebunt post resurrectionem: sed quantum ad concupiscentiæ corruptionē, id est, qui carnaliter uiuit, nil pro Christo patiēdo, &c. Oporteret igitur carnē refrenare, banquetis, & his superfluis frangere abstinentiæ apponere: ut ex hac conformitate cum corpore Christi patiente, post resurrectionem hæc veritatem in agilitate & cæteris donis habuisse cōprobemur. ¶ Hinc pro huius puncti conclusione nota, quod ostendendo manus & latus: & præcipiēdo mitti manus & digitos, denotat discretionem patiēdi nobis necessariam. Quoniā in digitis (quibus unum ab alio discernimus) discretio. In manibus (quibus opamur) operatio designatur. Vtrūque enim necessarium est, ut veritas corporis nostri pro Christo passi ostendatur. Multi namque discernunt mente Christi passionem, & quæ pro nobis in corpore passus est: tamen manus non ponunt, scilicet patiēdo, sola tamen consideratione, digitorumque discretionem contenti. Et quia istud corpus exanime & mortuum fuit & occisioni traditum. (ut vidimus) in domo Pilati ex flagellatione, coronatione, & multa sententiatione: hodie ostē-

ditur omnia in eo reuixisse. Ex quo gaudere & epulari oportet, quia quod mortuū fuerat reuixit. **H**ecundum & tertium simul declarando (ut breuitati studeamus) videlicet de recuperatione veritatis famæ quæ in veritate doctrinæ consistit, dicimus, vno supposito fundamento ex Aristotele, videlicet, Quod naturale desiderium, naturaliter non frustratur. Ideo philosophus libro de cœlo, dicit, quod Deus & natura nil agunt frustra. Sicut enim frustra haberet sollem si non illuminaret, quia illud naturaliter habet: sic & res frustra naturaliter aliquem appetitum & desiderium haberet, si nunquam illud consequeretur. Hinc Auicēna sexto naturalium dicit, quod anima desiderat reuniri corpori quod annauit, & non alteri, tãquam proprio perfectibili & adæquato. Et non cōtingit de corpore migrare in corpus (ut pithagoras dicebat) hoc theologice probare ex scriptura possumus. ex textu Apocalypsi. quod animæ in tormentorum clamabant, Vindica domine sanguinem nostrum &c. Quibus dictum est, quod expectarent, quousque impleteretur numerus fratrum suorum. Et interim, quod singula stola data fuerunt. Ratio huius est, quia participia fuerunt corpora ipsa in merito, etiā sunt in retributione. Sicut duo fures sociati in furto puniuntur, duo etiam laboratores in eadē vinea præmiantur: sic ad diuinam iustitiam pertinet, ut reprobis sociati corpore & anima puniantur, sicut & ad diuinam misericordiam, quod præmientur. Hoc ergo est primum naturale desiderium, videlicet ad idem corpus reuniendū. Secundum autem est ad eodē actus, & ad eadē verba dicentia perfectionem. Ex quibus doctrina Christi, eiusque veritas ostenditur. Ideo in euangelio dicit. Hæc sunt verba quæ loquutus sum vobis. Sicut misit me pater, ego mitto vos. ¶ Beatus Gregorius exponit, scilicet ad patiendum. Quali dicat, Non putetis vos à me odiri, si ad patiendum mitto vos: quia & ad hoc misit me pater. Et hæc lex euangelij est, quia si me persequuti sunt, & vos persequetur. ¶ Beatus Chrysostomus, scilicet aduincendum exponit. Nam Luca. Ego dabo vobis os, & sapientiam, quibus non poterunt resistere omnes aduersarij vestri, Quali dicat, Si ego vici mundum: sic & vos victores abibitis. ¶ Beatus autem cyrilus magis ad propofirtum exponit, scilicet ad euangelium annuncianum. De quo ipse fuit Apostolorum apostolus, & missorum missus, quia Ioannis, Non veni in mundum ut fac-

De mortuo viuificato, & de perduto inuento. 131

iam voluntatem meam &c. Hunc dixit esse suū cibum. Ioannis. Meus cibum est, ut faciam voluntatem patris mei &c. Ideo sicut pater misit illum, ad hoc mittit illos. Et ita secundum istum doctorem in verbo isto ordinavit illos ministros sui euāgelij, immo potius restituit illis ministerij huius autoritatem, & prædicationis euangelij, quam ex passionis scādalo perdidit. Ideo interrogati Anna de discipulis & de doctrina, ad illud de doctrina respondit, dicens illam semper in publico & palam docuisse: nil de discipulis, respondēdo, quia illo tunc nullum de illis responsum bonum dare poterat: cum professam doctrinam, pro qua mori tenebantur, fugientes reliquerant: reliquerant & magistrum. Ideo in hoc videtur confirmasse apostolicam autoritatem ne putarent per scandalum eorum in passione omnino & irreuerabiliter perdidisse: vti unumque confirmans, ut Psalmus, Ego cōfirmavi columnas eius. ¶ Ex quo formari potest reprehensio contra assumptes officium prædicationis: non missi, sed adhibiti, & sine aliquo examine, unde tot hæreses, tot mendacia, tot scrupuli oriuntur: & admirantur alios qui gratia Dei missi sunt, si secreta scripturæ aperiant: & nimirum, quia assueti sunt suis fabulis, Ideo Christus, Scruta ministri scripturas, quia illa testimonium perhibent de me. Veri autem prædicatores mittuntur, Ideo dicit, Sicut misit me pater, & ego mitto vos. **K** Quarto, videlicet de veritate viuificationis animæ etiam patet: cum ad idem officium super corpus Christi missum illos cōmittit. Dixit enim, Hæc sunt verba quæ loquutus sum vobis, scilicet cum essem in corpore mortali. Nam anima Christi non solum habuit virtutem viuificandi corpus Christi verum, sed etiam mysticum. Cuius viuificatio exprimitur hic, cum dicitur, quod insufflauit super apostolos, dicens, Accipite spiritum sanctum: Quorum remiseritis peccata &c. Illa namque insufflatio non fuit naturalis, sicut ante passionem: quia illud corpus aere non indigebat, sicut nec comedere, nec alijs nutritionis acibus: sed fuit spiritualis, sicut dicitur Genesis. ij. Genesis, quod inspirauit in eo spiraculum vitæ. Vbi septuaginta habent, insufflauit, Ideo fuit spiritualis, tangens sic absentes, sicut presentes. Quis autem fuerit effectus, sunt modi dicendi. ¶ Quidam dicunt, quod bis datus est spiritus sanctus ipsis apostolis, videlicet ad expellendos demones, & egrotos curandos, ut patet Luca, & etiā ad remittendum

peccata, ut hic. Quod vtrumque habet ecclesia, scilicet per exorcismum, & poenitentiam. ¶ Cyrillus autē & Chrysostomus dicunt, quod fecit illos idoneos ad receptionem spiritus sancti futuram in die Pentecostes. Ideo dicunt non dedisse spiritum sanctum, sed idoneitatem. Et ratio est. Quia ille aduentus requirebat dispositionem ne corruerent, ut patet de Daniele & Ioanne in Apocalypsi: verum ille aduentus in die Pentecostes erat confortatiuus, nec opererāt tali idoneitate ita expressa. ¶ Veritatem ad propositū dicendū videtur, quod cum ad integrum sacerdotium duplex requiritur potestas, altera super corpus Christi verum, quæ est consecrationis: altera super corpus Christi mysticum, quæ est absolutionis à peccatis: primam contulit in die cœnæ, dicens, Hoc facite in meam commemorationem. Alteram post apertam ianuam cœli per eius passionem. Iuxta id Esaiæ, Dabo ei clauem David super humerum eius. Et eam post resurrectionem contulit. ¶ Ex quo patet, quod non solum hoc in loco concessa est apostolis credentibus & presentibus (secundum Cyrillum) hæc potestas: sed etiam absenti Thomæ & discrepanti. Quod patet, quia non legitur postea ab alijs recepisse, nec aliquem illum ordinasse. Et ratio esse potest, Quia cū ista potestas detur principaliter ad vtilitatem totius ecclesiæ & propriæ illius personæ: non requirit bonitatem in eo, nisi requisitā ad vsum & exercitiū illius. De absentibus autē casus est expressus Numeri de Baldach & Meldach prophetiæ donū etiā absentibus recipiētibz (ut notat Ioannes Echius homelia ista.) Hinc Echius. Augustinus dicit, quod clauis non sunt data vni, sed vni tati, scilicet ecclesiæ. Ideo malus sacerdos non præiudicare potest toti cōmunitati, dū modo sit fidelis, & faciat quod ecclesia statuit faciendum in suo ministerio. Quomodo igitur non probabit eadē esse animā, & reuiuixisse, vbi idem desiderium, eadē verba, eadē charitas, eadē legationis expressio, & idem officium explicatur? Ideo gaudere & epulari oportet, quia reuiuixit &c. ¶ Tercunda pars. **L** Secundo de inuentione fidei, quæ perditata fuerat in discipulis, notanda est quæstio: sancti Thomæ. iij. parte. q. lv. videlicet, An Christi, resurrectio omnibus debuit manifestari, an aliquibus personis in particulari solum? Ratio dubitandi, Quia sicut peccato publico debetur poena publica, (ut Apostolus dicit.) Peccantē coram omnibus argue: ita merito publico debetur præmium publi-

Septima clausula. Sermo. xlv. diæ Resurrectionis.

cum. Cum igitur passionis præmium sit ipsa resurrectio (vt Christus in euangelio hodierno inquit, Nonne oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam?) & passio fuit publica, quo ad locum, diem, & festum: ergo resurrectio debuit esse publica & omnibus manifesta. Hoc idem patet ex parte nostri, Quia ipsi resurrectio nostra est iustificatio, vt Apostolus inquit, Mortuus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Multum enim iustificamur coram ethnicis insultantibus, eo quia credimus in mortuum, cum ipsum resurrexisset prædicatur. ¶ Ad hoc ponitur multiplex responsio. Prima est sancti Thomæ dicentis, Quod ea quæ naturaliter fiunt, naturaliter omnibus manifestari debent: ea vero quæ supernaturaliter, non videtur, nisi quatenus voluntas agentis supernaturalis hoc disposuerit. Quia vero mors & Christi passio naturalis fuit (quia nil naturalius post peccatum, quam mors) ideo omnibus nota esse debuit. Resurrectio vero quia supernaturalis est (cuius a priuatione ad habitum naturaliter impossibilis est regressus) ideo non omnibus debuit manifestari: sed solum illis, quibus diuina voluntas ordinauit. Verum quia licet mors Christi non fuerit tam supernaturalis sicut resurrectio: fuit etiã miraculosa sicut vita vt secundum Scotum diximus, quia miraculum fuit eius vita, vt passibile esset corpus vnitum anime tanta beatitudine fruente. ¶ Ideo Rupertus tuiensis (& si non informa) dicit, quod sicut circa inimicos non facta fuit repentina punitio suorum scelerum, sed vt dicit Apostolus, Thesaurizarunt iram indignationis in die domini, & permisit protendi eorum iniquitatem, etiam vt post mortem darent militibus pecuniam, vt mendacium proferrent: expectando tamen suam iniquitatis tempus vt poenas sustinerent. Sic contingit respectu suorum amicorum, eiusque resurrectionis triumphum, quousque tempus ad eorum utilitatem manifestandi aduenisset. Hinc permisit dubitationem Thomæ, & aliorum incredulitatem: vt in eorum reductione ad fidem, conueniens ordo seruaretur. Hinc nunquam ab aliquo visus est exterius, a quo non fuerit, aliquo modo visus interius. Magdalenam conspexit desiderio interiori affectam ipsum videndam: ideo illi primo apparuit, Petrum vt indulgentem. Quasi si diceret, sicut respexit vt conuersus poeniteret, o si videam indulgentem &c. Hinc Actorum dicitur, Dedit ipsum manifestum fieri, non omni populo: sed testibus præordinatis a Deo. ¶ Hinc etiam se-

quitur, quod in omnibus apparitionibus in aliena forma, & non in propria apparuit, hoc exigente dispositione illorum, quibus apparebat. Sic enim Magdalenam in forma hortulani, quia in ea plantanda erat fides deitatis, Cui dixit, Noli me tangere, nondum ascendi ad patrem meum, scilicet in corde tuo, eo quod equali patri adhuc non me credis, & immortalem, dum sicut prius tangere me vis, & tangibilem aestimas.

¶ Hinc tandem tribus generibus personarum manifestatus est, qui testes fuerunt sue resurrectionis, & de futura resurrectione ad vitam esse possunt. Primo piscatoribus, in forma mercatoris. Quia ad vitam testes erunt sue resurrectionis innocentes, videlicet illi, qui nullo merito proprio beatitudinem acquirunt, sed solo præcio passionis Christi, vt pueri & innocentes, vt scilicet piscatores & quasi (de veteri vt dicitur vulgariter.) Secundo Petro negati, & iam conuerso & flecti, in forma indulgentis & hominis cõpatientis. Erat namque Petrus admodum de suo peccato tristis, eo quod intelligebat magistrum eius mortuum, resurrectionem eius etiam certam non habebat: & licet mulieres hanc annunciarer, & ratione figuræ in qua dicebant apparuisse, non credebant sed visa sunt deliramenta, vt euangelium dicit. Tertio duobus discipulis euntibus Emaus castellum in forma peregrini: illis, qui videlicet spem suam non ponunt in his transitorijs. Isti Iesum perditum inueniunt, vt in Euangelio præsentis de his duobus discipulis dicitur Luca. xxiii. In quo tria ponuntur. Primum, ipsorum discipulorum de resurrectione dubia fides. Secundum ipsum Christum resurrectionis manifestatio, quo ad veritatem corporis & animam in peregrini forma, & in reseratione scripturarum. Tertium manifestatio totius, in fractione panis: vt sic gauderent de inuentione illius, quod in ipsis perierat.

¶ Primo eorum in his quæ fidei erat dubietas, N ex eorum colloquio & cõfabulatione perpendiculari potest. Quoniam egressis his duobus a ciuitate, sua cõfabulatio incoepit ac exordium sumpsit, quæ ad modum ipse traditor Iudas post tanta recepta beneficia: ipsum immaniter vendendo, vili præcio, prodiderat. Sermonem insuper vertebant super se ipsos & alios, maxime duodecim, qui sic tam faciliter illum relinquentes fugerant. Rursus quemadmodum & ipse Petrus, cui tantam auctoritatem super Ecclesiam vniuersam in omnium presentia (velut super Petram firmam fundandam) promiserat, tam Leui occasione ad vnius puellæ vocem sic cum tam enormi execratione negauerat. Ex altera parte

De mortuo viuificato, & perduto inueto. 132

colloquebantur de Christi miraculis: quæ si non cum eo fuisset Deus, operari tam mirabiliter nequaquam posset. Ex altera parte obijciebant ad hæc, miracula ab alijs operata, quæ cum non propria fierent virtute: non ostendebant facientes filios Dei naturales fuisse. Immo de hoc etiam mali & iniquitatis operari iactabantur dicentes, Domine, in nomine tuo prophetauimus, & eiecimus demonia. Offerebatur insuper illa oratio cõquisitionis in cruce, quod eum Deus dereliquisset. Ex alio loco ipsa mala tractatio à Iudæis, quam & ipsi viderant. Ex quibus omnibus clare eorum dubietas in fide perpenditur.

¶ Ad hoc accedit secundum, videlicet ipsius veritatem doctrinæ eius quæ famam recuperasse, atque vt fideles essent ostendit, dum dicit textus, quod iunxit se illis sic colloquentibus, vt fides in eis perditam plantaretur in eorum cordibus, atque vt promissum (quod vbi duo aut tres congregati in nomine eius essent, ibi in eorum medio inueniretur.) adimpleret. tenebantur nihilominus oculi eorum grauati, ne illum agnoscerent. Quod ex demonum ludificatione (vt in bruxis patet) fieri potuit. Quos tamen iam tacentes forte, interrogauit dicens, Qui sunt hi sermones quos confertis adinuicem, & estis tristes? Quasi dicat, Confertis inuicem sermones de quo tractatis, dubiam ostendentes in vobis fidem. Ex quo vos alicui infideles fuisse profertis, cum dubius in fide infidelis censeatur, ac ostendunt in vobis tristitiam alicuius facti, de quo spem amisistis. Cui inquit, Tu es solus peregrinus in Hierusalem, & hæc ignoras? Rursus querit, Quæ? Subdunt. De Iesu nazareno, qui fuit vir potens in opere & sermone &c. Plura ad propositum discipuli inculcant. Tum primo Christi Iesu excellentiam, nominando eum potentem in opere & sermone. In quo vitæ & doctrinæ eius veritatem notant. Tum secundo ipsius famam extollunt condematam (tamè iniuste) dicentes, & quomodo tradiderunt eum summi pontifices & principes nostri in damnationem mortis. Tum tertio eorum defectum & infidelitatem dicentes, Nos sperabamus, quia ipse esset redempturus Israel &c. Hi autem ex parte credebant (nam si non crederent (saltem ex parte, minime dicerent, Nos sperabamus eum redempturum Israel.) Ex parte tamè dubitabant, in quantum dubij ab Hierusalem recedebant. Illa enim ab Hierusalem in Emaus discessio, dubietatem ab integritate fidei designat.

Sicut regressus ab Emaus ad Hierusalem, de recuperata fidei integritate testimonium perhibet: vbi fideles iam Apostoli facti, erant congregati: qui quod viderant, testati sunt. At vero saluator exprorsus illorum incredulitatem ex scripturæ testimonio, in fide quam amiserant confirmare nitens, incoepit à Moyse, scilicet à lege, exemplum in medium proponens de Sansone, qui in medio noctis portas gazæ tollens, in montem adduxit & collocauit, contestans Christi resurrectionis figuram fuisse, qui sublatis portis animæ & corporis à sepulchro & inferio in vnum vnies, ad montem resurrectionis gloriæ duxit. Hoc idem adduxit de Iona ex prophetis. Atque idem protulit de psalmis. Psalmus, Domine tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. Et post, resloruit caro mea. ¶ Postremum autem concludendo, ipsum vere & totaliter omnia per veram resurrectionem recuperasse, potissimum ipsam fidem resurrectionis in eorum cordibus plantatam, clare ostendit finis Euangelij dicentis. Quod iam aduesperascente, & cogentibus illis ne ab eis corporaliter ac spiritaliter recederet: inuitatus, intrauit cum illis in castellum: ibique comedentibus, simul cognouerunt eum in fractione panis. Aliqui dicunt hoc in vita Iesum habuisse familiare cum eis, vt accepto pane, illum benediceret, ac si cultello scinderetur, illum illis frangebatur. Quod cum hic sic egisset, ex illo cognouerunt. At vero Ioannes Echius in homilia hodierna de intentione Augustini & Bedæ dicit, quod illa fractio panis sui corporis, communicatio fuit: nam & in scriptura euangelica & apostolica hoc per fractionem panis importatur, vt Apostolus i. Corin. x. stolis, Panis quem frangimus, nonne participatio corporis Christi est? Et Actuum, quod erant perseuerantes in oratione, & in fractione panis. Et plura alia de his. Ex quo in eis recuperatam fidem, quam amiserant, denotat. Nam panis fractio illa sic intellecta, non datur nisi fidelibus, ne sanctum porrigatur canibus. Ex quo gaudere & epulari poterant, cum vidissent illum, qui mortuus fuerat, reuixisse, & quæ in ipsis perierat fides in eis inueniretur: vt sic collegio Apostolorum in fide & charitate vniti, mererentur etiam vniri in collegio celesti in gloria. Ad quam nos perducit ipse Christus Iesus, qui cum patre & spiritu sancto viuuit & regnat in secula seculorum. Amen.

F I N I S.

r iij

Tabula erratorum.



IOANNES A CAMPO PRESBYTER
Compostellanus, Ad. D. Picum contio-
natorem Tetrasticon.

Vt Picus natos herba fat fospitat omnes.
Nidi cum referat limina clausa fui:
Sic reduces mentes tu nostras efficit ipse
Compedibus ruptis dogmate pice tuo.

Folio primo, columna. iij. linea. xxvij. superfluit diues. Et ponitur diues, pro diuites.
Folio primo, columna. iij. linea. xxxij. retentio, pro retento.
Folio secundo, columna. j. linea. xvj. superfluit. x.
Folio tertio, columna prima, linea. vj. ilta, pro ita.
Folio tertio, columna secunda, linea. xiiij. notantur, pro notanter.
Ibidem, seus, pro secus.
Folio. iij. columna. iij. linea. ix. secundum, pro tertium.
Folio. v. columna. iij. linea. xj. misericordia, pro misericordia.
Folio. vij. columna. ij. linea. xxvij. inferior, pro superior.
Folio. xj. columna prima, linea. xxx. qui, pro quis.
Folio. xij. columna. ij. linea. antepenultimam, separabilem, pro separabilem.
Folio. xiiij. columna prima, linea. xxxiiij. autem, pro autem.
Folio. xvj. columna. iij. linea. xxxix. ex, pro &.
Folio. xvij. columna. ij. linea. xxvij. leuitatis, pro lenitatis.
Folio. xix. columna. iij. linea. ij. verba, pro herba.
Folio. xix. columna. iij. linea. xxij. piscipus, pro piscibus.
Folio. xix. columna. iij. linea. xlj. prosperat, pro prospera.
Folio. xx. columna. ij. linea. v. vendente, pro vendentes.
Folio. ij. columna. iij. linea. prima, tabernaculo, pro tabernaculo.
Folio. xxii. columna. iij. linea. xxxj. facientes, pro faciente.
Folio. xxv. columna prima, linea. xv. volunt, pro nolunt.
Folio. xxvj. columna prima, linea. xxxj. vafibus, pro vasis.
Folio. xxx. columna. iij. linea. xxij. rugiones, pro rugiens.
Folio. xxxij. columna prima, linea. xlj. miretur, pro meretur.
Folio. xxxij. columna. iij. linea. vltima, iuducunt, pro inducunt.
Folio. xxxiiij. columna prima, linea. ix. secundam, pro primam.
Folio. xxxiiij. columna. ij. linea. xvj. aduertur, pro aduertatur.
Folio. xxxiiij. columna. ij. linea. xxij. peccati, pro peccanti.
Folio. xxxv. columna. iij. linea. xj. vouedo, pro vouendo.
Folio. xxxvj. columna. ij. linea. xxvij. redemptor, pro redemptore.
Folio. xxxvij. columna. iij. linea. xj. decentium, pro dicentium.
Folio. xl. columna prima, linea. xj. diuine, pro diuitie.
Folio. xlij. columna prima, linea. xxxij. alicui, pro alicui.
Folio. xlij. columna. ij. linea. xlv. precipio, pro precto.
Folio. xlj. columna. iij. linea. xxxiiij. primam, pro prima.
Folio. l. columna. iij. linea. xxix. ratione, pro regione.
Folio. li. columna. ij. linea. xxvij. perdenentibus, pro perdentibus.
Folio. lxvj. columna prima, linea. xlj. secundum, pro tertium.
Folio. lxvj. columna. ij. linea. xvij. sufficientam, pro sufficientiam.
Folio. lxvj. columna. ij. linea. xxv. dicont, pro dicunt.
Folio. lxvij. columna. iij. linea. xlij. auferretur, pro auferret.
Folio. lxvij. columna. iij. linea. xvj. exterior, pro exterius.
Folio. lxix. columna prima, linea. xx. dicito, pro elicito.
Folio. lxxvij. columna. ij. linea. xl. primus, pro prius.
Folio. lxxix. columna prima, linea. xxij. mortaliter, pro mortaliter.

Folio.lxxx.columna.iiij.linea.xiiij.comittit,pro permittit.
 Folio.lxxxij.columna prima,linea.xliij.penem,pro penam.
 Folio.lxxxij.columna prima,linea.xxxv.coutritione,pro contritione.
 Folio.lxxxij.columna.iiij.linea.xiiij.contignus,pro contiguus.
 Folio.lxxxij.columna.iiij.linea.xxij.purgatio,pro purgatorio.
 Folio.lxxxij.columna.iiij.linea.x.euangelici,pro euangelici.
 Folio.lxxxiiij.columna.ij.linea.xiiij.motuus,pro mortuus.
 Folio.xcj.columna.iiij.linea.vltima,tum,pro tamen.
 Folio.xcij.columna prima,linea.xliij.equalemtis,pro equiualemtis.
 Folio.xcij.columna.ij.linea.xxxij.naturem,pro naturam.
 Folio.xciii.columna.ij.linea.vj.propositiam,pro propositam.
 Folio.xciii.columna.iiij.linea.xlvj.respondet,pro respondent.
 Folio.cij.columna.iiij.linea.x.instituere,pro restituere.
 Folio.cij.columna.iiij.linea.vj.superfluit,prua.
 Folio.cij.columna prima,linea.j.prohibentis,pro prohibentes.
 Folio.cv.columna.iiij.linea.xlvj.quia,pro quam.
 Folio.cvj.columna prima,linea.xxxiiij.superfluit,in.
 Folio.cix.columna.ij.linea.xxx.etiper,pro etiam.
 Folio.cx.columna.ij.linea.xliij.pro,pro per.
 Folio.cxj.columna.iiij.linea.xliij,pro sic.
 Folio.cxv.columna.iiij.linea.xxxiiij.per,pro pro.
 Folio.cxix.columna.iiij.linea.xxxj.sedetes,pro sedentes.
 Folio.cxx.columna.ij.linea.v.talens,pro tales.

¶ Finitur (o lector) prima pars Trilogij quam auctor tibi vtilem
 copilauit, ora Deum, vt reliquas eius partes scrinio la-
 tentes vita illius comite Tipographis bo-
 nis auspitijs in lucem tradat.



¶ Impressum Cæsaraugustæ, in ædibus
 Bartholomæi de Nagera.
 Anno Domini.
 M. D. XLIX.

